

Joan. Walter inventor — Matth. Küsell sc.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Η.

HERODIANI HISTORIARUM LIBRI VIII.

cum Notis & animaduerſionibus

JO. HENRICI BOECLERI.

SECUNDA EDITIO.

Acceſsit

Index Græcus locupletiſsimus, qui ſimul & Lexici Græco-Latini, & Latino-Græci, & Phraſeologias, & paſsim commentarii loco eſſe poterit,

Autore

BALTASARE SCHEIDIO, Th. D.
L.L. Hebrææ Græcæque in Academia Argentoratenſi Profeſſore Publico.

ARGENTORATI
Impenſis & typis JOSIÆ STÆDELII
cIↃ IↃc LXII.

VIRIS

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMIS

DN. ANDREAE

BRACKENHOFFERO,
Consulari, Tredecimuiro,
& Scholarchæ,

DOM. ELIAE

BRACKENHOFFERO,
Quindecimuiro,
Fratribus Germanis,

Ad Inclytæ Reipublicæ Argentoratensis
decus & præsidium genitis,
Patronis Literarum & Literatorum,

S. P. D.

JO. HENRICUS BOECLERUS.

QVa me inde à prima adolescentia vestra,

Viri Amplissimi, vel studiorum, vel animorũ quadã coniunctione ducti, cœpistis complecti beneuolentia, eius in hunc diem illa voluistis extare cum augmentatum monumenta, quæ & in prosperis ornamento & in aduersis solatio me abunde affecerunt. Non desunt multis passim locis, quos salua modestia & veritate iis affari verbis queam, quibus Cicero Curionem suum deprecatus, *Te rogo*, inquit, *vt memineris, quantæcumq; tibi accessiones fient & fortunæ & dignitatis, eas te non potuisse consequi, nisi meis puer olim fidelissimis atque amantissimis consiliis paruisses. Quare hoc animo in nos esse debebis, vt*

ætas

ætas nostra iam ingrauescens, in amore atque in robore tuo conquiescat. In Vos autem, quæ nisi vulgaria potui, & à Parente Vestro venerandæ memoriæ Consule, non vulgaribus pensata beneficiis, officia conferre? Tale tamen vestrum est erga me patrocinium, quale maximis obsequiis vix mereri assiduissimus cliens queat. Animum scilicet spectatis & candorem: nec humanitatem vestram ad speciem & tempora, sed ad iuris diuini humanique sanctimoniam exigitis. DEUS gratiam tam constanti vestræ voluntati & aduersus tempora meà benignitati referat. & profecto referet. experi-

mentis

mentis enim didici, non vana esse, quæ vel pro incolumitate Patronorum, vel ob confugium aduersus inimicos, domus mea quodam modo gregatim suscipit vota. Testem deuoti Vobis animi hunc librum, vestro more, quæso, id est comiter accipite, & inter curas Reipublicæ salutares etiam in posterum bonorum & innocentium literasque amantium ciuium tutelam, quod hactenus æterna cum vestra laude facitis, numerate. Scribebam Argentorati d. XIV. Septembr. an. Chr. cIↃ IↃc LXII.

Benivolo Lectori

S. P. D.

J. H. B.

ANni ſunt decem & octo, cum Herodianum ſcriptorem elegantiſſimum, noſtris quibusdam notis & animaduerſionibus neſcio an cõmendatum in gratiam eorum edidimus, qui Græca cum Latinis coniungere, partem negotii, quod veræ eruditionis ſtudioſis adoleſcẽtibus publice datum intelligitur, ſerio ſtatuerunt. Quantus vir ſit, non diſſimulaſſent æquales eius temporis & ſuppares, ſi pares ad ſcribendam hiſtoriã artes attuliſſent. Sed defecerant magna illa ingenia, quibus & ſua vt laudari mererentur adornare, & aliena ſcripta merito proſequi teſtimonio, non ſcientia minus quàm mos fuit. Igitur ipſe ſibi teſtis & auctor ad famam, nihil ornamentorum proximis ſuo ſæculis debet, donec Photii iudicio illuſtratus eſt: qui paucis multa, nec niſi eruditis arbitranda de Herodiano dixit. Reperiet, quod

 dixi,

dixi, qui cum Dione Caſsio eiusdem aui Hiſtorico, velit comparare. Eloquentiæ quidem laudem Herodiano vltro conceſſurus ille, an aliquid ſibi aſſumere poſsit, cuius ſpecimen anguſtiores intra limites, ingenii doctrinæque ſubtilitate, non æquauerit hic aut vicerit, non iniuria dubitaueris. Accuratioris quidem curæ exquiſitæque artis nomine, Curtio eum in Latinis comparaſſe, nondum nos pœnitet. Multum quoque auctoritatis & fidei in delectu argumenti poſitum eſt. comperta enim ſibi pleraque & de proximo ſumta liquido grauique iudicio executus, in ſeptuaginta pæne annorum hiſtoriam, miras fatorum vices, omnemque fortunæ Romanæ varietatem & amplitudinem compegit: tanta diſciplinæ indole, vt vix idem iudicaturus videaris, ſi legas idem apud Lampridios, Capitolinos, eiusq; generis ſcriptores. à quibus fidem eius ſuſpectari citra cauſſam, ſatis animaduertas. Contigit tanto ſcriptori dignus interpres Angelus Politianus. cuius primam editionem Bononienſem anni 1493 hic ſecuti ſumus, reiectis, quæ Stephanus interpolandi cauſſa addiderat. Cuius cenſura in Politianum quàm non ſit æqua & erudita, non vno ſpecimine oſtendimus ſuo loco. Βιογράφοις *Herodianum accenſeri, nullā*

ratio

ratio doctrinæ consentanea patitur. Itaque nolumus in ea sententia submouenda verbosi esse. Adiunxit autem huic secundæ editioni nostræ luculentum & vberrimum Indicem Vir plurimum Reuerendus Excellentissimusq; DN. BALTHASAR SCHEIDIVS *Doctor Theologus, Græcæque & Orientalium Linguarum Professor, vt de tota Academia præclarissime meritus, ita mihi collegio & amicitia coniunctissimus. Quæ res non parum adiumenti afferet Græce erudiri volentibus, & Herodianum magistrum optantibus. Denique, quod à me non habet gratiæ, hinc potissimum noua hæc editio mutuabitur. Vale, Lector Beniuole, & loco præfationis amplioris cape iudicium Photii, & argumentum librorum Herodiani; tum Politiani præfationem primigeniæ editioni præfixam, vt & doctissimi Viri Tanaquilli Fabri Epistolam ad Amplissimum Gronouium, in qua eximiæ animaduersiones in Herodianum nostrum consignantur. Serius accepi volumen illarum epistolarum, unde hæc describenda dare, operæ pretium videbatur.*

PHOTII EXCERPTA.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΙΣΤΟΡΙΚΟΙ

λόγοι ή.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗΣΑΝ Ἡρωδιανοῦ ἱστορικοὶ λόγοι ὀκτώ. ἄρχεται ἐξ οὗ Μάρκος ὁ ῥωμαίων βασιλεὺς ἐτελεύτησε, καὶ διέξεισιν ὅπως τε Κόμμοδος ὁ Μάρκου υἱὸς ἐβασίλευσεν. ὅπως τε τῶν πατρῴων ἠθῶν ὑπὸ τῶν κολάκων ἐκδιαιτηθείς, ὕστερον ὑπὸ Μαρκίας τῆς αὐτοῦ παλλακῆς καὶ Λαίτου καὶ Ἐλέκτου συσκευασθεὶς, ἀνῃρέθη. καὶ βασιλεύει Περτίναξ πρεσβύτης καὶ καλὸς (ἀλλ' ἤθη οἱ στρατιῶται), ἀπεχθαινόμενοι τὸ σῶφρον, εἰσδραμόντες ἐν τῇ βασιλικῇ κτείνουσιν οἰκίᾳ. καὶ ὅπως Ἰουλιανὸς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν χρήμασι λαβὼν τὴν ἀρχὴν, μετ' οὐ πολὺ ταῖς αὐτῶν ἀνῃρέθη χερσίν. ὅπως τε Νίγρος, ἀνὴρ ἐπιεικὴς εἶναι δοκῶν, ζῶντος ἔτι Ἰουλιανοῦ εἰς μοναρχίαν ἤρθη. καὶ Σευῆρος δὲ, ἀνὴρ ἀγχίνους τε καὶ πόνοις δεινὸς ἐγκαρτερεῖν, καὶ βαθυγνώμων ἄλλως, ἀνῆλθέ τε εἰς τὴν βασίλειον ἀρχὴν, καὶ Νίγρον μάχῃ νικᾷ, καὶ ἀναιρεῖ: καὶ πᾶν τὸ ἀντιστατοῦν, ἢ μάχαις βιαίοις ἢ τέχναις δυσδιαφύκτοις ὑπηγάγετο. καὶ τῶν ὑπηκόων ἐπὶ τὸ σοβαρώτερον ἦρξε πρᾳΐων. καὶ τελευτᾷ νόσῳ, τὸν πρὸς Βρεττανοὺς διαχειρίζων πόλεμον. καὶ ὁ Ἀντωνῖνος ὁ τῶν αὐτοῦ παίδων πρεσβύτερος σπονδὰς πρὸς αὐτοὺς θέμενος, ἀναχωρεῖ· καὶ συμβασιλεύοντα καὶ ἄκων λαμβάνει τὸν ἀδελφὸν Γέταν. καὶ μετ' οὐ πολὺ Ἰουλίας τῆς αὐτῶν μητρὸς πρὸς τοῖς κόλποις τοῦτον ἀναιρεῖ· καὶ εἰς ὠμότητα καὶ αἰσχρότητα ὑπερβαλέσθαι πάντας φιλονεικήσας, περὶ Συρίαν διάγων ἐπιβουλεύεται. Μακρῖνος δ' ἦν ὁ τὴν ἐπιβουλὴν παρασκευάζων, δεδιὼς καὶ αὐτὸς θάνατον, καὶ περιλαμβάνει ἀγωνιζόμενος. ἐπεὶ δὲ ἀνῄρητο Ἀντωνῖνος βασιλεύει Μακρῖνος, ἀνὴρ πρεσβύτης καὶ μελλητὴς, καὶ οὐδ' ἐγκράτειαν ἀσκῶν τὰ δ' ἄλλα δοκῶν ἐπιεικής. τῆς δὲ Μέσης, ἥτις ἦν Ἰουλίας ἀδελφὴ, δύο θυγατέρας ἐχούσης, Σοαιμίδα καὶ Μαμαίαν. καὶ τῆς μὲν ἐχούσης παῖδα ὀνόματι Βασιανὸν, τῆς δὲ Ἀλεξιανὸν οἳ ἐξ Ἀντωνίνου λαθραίαις μίξεσιν ἐλέγοντο γεγεννῆσθαι· τὸ στρατιωτικὸν, μικρᾶς λαβόμενοι προφάσεως, ἐν τῷ σφῶν ἀναγορεύουσι στρατοπέδῳ τὸν Βασιανὸν, μετονομάσαντες αὐτὸν Ἀντωνῖνον. καὶ μάχαις ἡττηθεὶς Μακρῖνος, καὶ φεύγων ἐκ τῶν μεθορίων Φοινίκης τε καὶ Συρίας, τὴν Χαλκηδόνα κατέλαβε, πρὸς τὴν ῥώμην ἐκεῖθεν ἀφικέσθαι διανοούμενος. ἀλλ' ἐπικαταλαβόντες οἱ τοῦ Ἀντωνίνου, ἐπὶ τοῦτο ἀπεσταλμένοι, τέμνουσί τε τὴν κεφαλὴν, καὶ ὀπίσω ἀποκομίζουσιν. Ἀντωνῖνος δὲ, ἕως μὲν ἐπείθετο τῇ

καὶ τῇ μάμμῃ ἰσοφρονεῖ, καὶ ποιεῖται καὶ τὸν Ἀλέξανδρον μετακληθέντα. ἐπεὶ δὲ τοῖς κόλαξιν ἑαυτὸν ἐξέδωκεν, οὐδεμίαν αἰσχρότητος καὶ ἀκρασίας ὑπερβολὴν ἀπέλιπεν. ἐπιβουλεύων δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιχειρήσας, ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀνεκόπη· ὁ δὲ τούτους τιμωρήσασθαι διανοηθείς, ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρέθη. ἐβασίλευσέ τε Ἀλέξανδρος ὁ Μαμμαίας ἔτη ιδ. καὶ τό γε ἐπ' αὐτῷ καλῶς τε καὶ ἐπιεικῶς ἄρξας, καὶ χωρὶς αἱμάτων ὅλως. τὸ δὲ μητρὸς Μαμμαίας, ὥς φησιν, ἥ τε φιλοχρηματία καὶ τὸ μικρολόγον εἰς αὐτὸν τὴν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν σὺν αὐτῇ Μαξιμίνου ἀναρρηθέντος ἀπήνεγκεν. ἦρχε δὲ Μαξιμῖνος ἐπὶ ἔτη τρία ἐμβριθῶς καὶ τυραννικῶς· ἀνὴρ ὑπερμεγέθης, καὶ τὸ ἦθος ὠμός. διόπερ τὸν Λιβύης ὑπάρχοντα ὑπ' αὐτοῦ καθεστῶτα, καὶ ὅμοιον ὄντα τοῖς τρόποις, οἱ ἐκεῖσε στασιάσαντες καὶ ἀνελθόντες Γορδιανὸν ἀνθύπατον γεγονότα, καὶ ὀγδοηκοστὸν ἄγοντα ἔτος, χειροτονοῦσι καὶ ἄκοντα βασιλέα. καὶ ἡ ῥώμη περιχαρῶς αὐτοῦ τὴν ἀνάρρησιν δεξαμένη πάσας τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς καθεῖλε. συνωνεῖτον δὲ αὐτῷ καὶ υἱὸν Γορδιανοῦ Γορδιανὸν βασιλέα. Μαξιμίνου δὲ παρασκευαζομένου πρὸς πόλεμον, καὶ Γορδιανὸς ἅμα τῷ υἱῷ τὴν Καλχηδόνα καταλαβών, καὶ ἐν ἀπογνώσει τῶν ὅλων γεγονώς, βρόχῳ ἀνεπαύσατο τοῦ βίου. ὁ δὲ παῖς τῆς πρὸς Μαξιμῖνον μάχης κρατούμενος ἀναιρεθείς, ἠφανίσθη. οἱ δὲ ῥωμαῖοι τῷ πάθει τούτων ὑπεραλγήσαντες, καὶ δεδιότες καὶ μισοῦντες Μαξιμῖνον, ἀναγορεύουσιν ἐν ῥώμῃ Βαλβῖνόν τε καὶ Μάξιμον. καθ' ὧν στάσεως ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀνεγειρομένης, συμβασιλεύει τούτοις καὶ Γορδιανός, ἀπόγονος Γορδιανοῦ τοῦ πρώτου, κομιδῇ παῖς, θυγατρὸς υἱός. καὶ Μαξίμου ἐξιόντος κατὰ Μαξιμίνου, ἀναιρεῖται Μαξιμῖνος ὑπὸ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν, καὶ κομίζεται πρὸς Μάξιμον ἡ κεφαλή, εἶτα πρὸς αὐτὴν ῥώμην. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ οἱ στρατιῶται στασιάσαντες, ἐξάγουσι τῶν βασιλείων Βαλβῖνον καὶ Μάξιμον καὶ πάσαις αὐτοὺς αἰκίαις καταικισάμενοι, ἀναιροῦσι. μόνον ἀπειπόντες βασιλέα Γορδιανόν, περὶ ἔτη τρισκαίδεκα γεγονότα. ἐν οἷς καὶ ὁ ὄγδοος τελευτᾷ λόγος. ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφὴς καὶ λαμπρὸς καὶ ἡδύς, καὶ λέξει χρώμενος σώφρονι, μήτε ὑπεραττικιζούσῃ καὶ τὴν ἔμφυτον ἐξυβριζούσῃ χάριν τοῦ συνήθους, μήτε πρὸς τὸ ταπεινὸν ἐκλελυμένῃ, καὶ τὴν ἔντεχνον ὑπερορώσῃ γνῶσιν. οὔτε δὲ περιττολογίαις ἐστὶ σεμνυνόμενος, οὔτε τι τῶν ἀναγκαίων παραλιμπάνων. καὶ ἁπλῶς ἐν πάσαις ταῖς κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀρεταῖς οὐ πολλῶν ἐστὶ δεύτερος.

HERODIANI HISTOriarum libri VIII.

LEGIMVS HERODIANI *historiarum libros octo*. Incipit à Marci (Aurelii Antonini Philoſophi) Rom. Imperatoris exceſſu, pergitque porro narrare, vt Commodus Marci F. imperium adeptus, à paternis moribus, aſſentantium opera, degenerarit; tandemque à Marcia pellice, & Læto atque Electo, paratis inſidiis exſtinctus ſit. Pertinax hinc imperium tenuit, grandæuus iam, honeſtisque moribus. Quem milites, modeſtiæ nomine exoſum, in curiam eius irrumpentes obtruncant. Hinc Iulianus à militibus non diu poſt emptum pecunia imperium, ipſorum iugulatus manibus, amiſit.

Niger autem, mitis quantum apparebat vir, ſuperſtite etiamnum Iuliano ad imperium euectus eſt. Hunc Seuerus, vir ſolers tolerandisque laboribus exercitus, & alioquin aſtutus, imperii nactus habenas, pugna victum ſuſtulit, & obſtantia quæque partim validis prœliis, partim callidis artibus ſuperauit. Verum in ſubditos inſolentior redditus eſt, & morbo extinctus, dum Britannos bello aggreditur. § Antoninus inde filiorum eius natu maior, fœdere cum his inito reuertit, ſociumque imperii vel inuitus ſumſit Getam fratrem: quem poſt paulo in Iuliæ vtriusque matris ſinu interemit. Hic crudelitate, omnique turpitudine vincere omnes contendens,

dens, dum circa Syriam versatur, insidiis petitur, quas illi Macrinus cædem veritus, & prævertere conatus, comparauit. ¶ Sublato igitur Antonino, regnat Macrinus, vir ætate quoque grandæuus, ignauus, minimeque continens; cetera vero lenis ac mitis. Iam Mæsa, quæ Iuliæ soror erat, duas habebat filias, Soæmida, & Mammæam: quarum maiori quidem filius erat Basſiani nomine: alteri vero Alexinus: furtiuo uterque concubitu ex Antonino, vt ferebatur, geniti. Exercitus autem, minima capta occasione, Basſianum in castris Imperatorem renuntiat, addito Antonini cognomento, victusque dein prœlio Macrinus, ac fugiens è Phœniciæ atque Syriæ finitimis, Chalcedonem se recipit, Romam inde cogitans. Sed qui ex Antonini studiosis ad hoc misſi fuerant, anteuertunt, caputque resectum reuertentes asportarunt. ¶ Atque ipse quidem Antoninus dum matri paret, modeste satis imperauit, & Alexinum in filium adoptatum Cæsarem creauit, imposito ei Alexandri nomine. Verum postquam adulatoribus se commisit, nullum turpitudinis atque intemperantiæ genus prætermisit. Quin & Alexandro insidiari cum cœpisset, à militari manu prohibetur, quos ipse punire propterea meditatus, ab iisdem interficitur. ¶ Alexander ergo Mammææ F. annos imperauit quatuordecim: recte sane atque clementer, quantum quidem in ipso fuit, & sine vllo omnino sanguine. Sed matris Mammææ, vt hic

refert, pecuniarum cupiditate, ac sordibus factum est, vt vterque, Maximino electo, militari seditione necatus sit.

Maximinus post hunc annos fere tres ferociter ac tyrannice imperauit, homo fastuosus, moribusque sæuus. Quamobrem Africæ Præfectum ab ipso constitutum, moribus similem, milites ibi ægre ferentes, atque in Imperatorem insurgentes, Gordianum olim Proconsulem, iam octogenarium, Imperatorem creant, vel inuitum. cuius mox Roma libentibus electionem animis accepit, honoresque omnes Maximino ademit: Gordiano insuper Gordiani F. in Cæsarem illi adlecto. At dum Maximinus bellum adornat, videns Gordianus, (qui iam vna cum filio Carthaginem occuparat) in summã rerum omnium desperationem se adductum, laqueo vitam abrupit. Filius vero commissa dein cum Maximino pugna, interfectus periit. ¶ Romani hic incredibili dolore ex horum interitu percussi, simul metuentes, atque odio Maximinum prosequentes, Imperatores Romæ renuntiant Balbinum, & Maximum. In quos vt rursum militaris excitata seditio est, imperauit vna cum eis & Gordianus, Gordiani maioris ex filia nepos, admodum adhuc puer. Maximo post aduersus Maximinum profecto, interfectus à suis militibus Maximinus est, allatumque caput eius ad Maximum, & inde Romam. Nec longo interiecto tempore, tumultuantes denuo milites, palatio

latio educentes Balbinum, & Maximum, omnibus contumeliis cruciatibusque affectos interimunt, & vni Gordiano tredecim circiter annos nato imperium mandant. Hoc libri octaui extremum eſt.

Scriptoris huius dictio clara eſt, atque perſpicua, quin & iucunda: vocibus autem vtitur temperatis, neque ſupramodum Atticis, quibus natiua illa communis ſermonis gratia quodammodo violetur: nec rurſus in humilitatem quandam ita demiſſis, vt artem omnem illæ fugiſſe videantur. Adhæc nec ſuperuacaneis tumet, neque neceſſarium quid omittit: ſed, vt vno verbo abſoluam, omnibus hiſtoriæ virtutibus paucis ſane cedit.

ANGELI POLITIANI AD INNOCENTIVM VIII. PONTIFICEM MAXIMVM PRÆFATIO IN Herodiani Historiam è Græco in Latinum conuersam.

CVM ROMAE ABHINC TRIENNIVM FERme, in comitatu essem Florentinæ legationis: quæ tibi Sancte Pater Innocenti Pont. Max. ad supremæ istius dignitatis fastigium nuper euecto, gratulatum aduenerat: memini abs te mihi, magna celebritate, curam delegari, vertendi in latinam orationem Romanorum Principum res gestas: si quæ adhuc inter Græcorum monumenta, nostris intactæ hominibus reperirentur. Quare cum cælestis animi tui iudicio, non plus mihi honoris additum, quam oneris iniunctum animadverterem: vt primum Florentiam sum reuersus, altissima solicitudine circumspicere cœpi, quem potissimum ex omni Græcorum copia interpretandū susciperem. Occurrit autem in primis Herodianus hic, excellens rerum scriptor: & qui diu in palatina versatus aula, affectæq; iam ætatis, historiā de suis temporibus componere aggressus, neque eloquentiæ caruerit laudibus: & fidem tamen in primis libertatemque retinuerit. Hoc ubi opus à nobis, neque multo sane negotio, neque inuita (vt arbitror) Minerua elucubratum est: ea mox tempora inciderunt, quibus & nostra impedirentur studia, &, quæ plurimam valet in scribendo, omnis propemodum alacritas excuteretur. Postea vero quam pro tua prouidentia, & pacem Italiæ cupienter reddidisti, & cum patrono meo Laurentio Medice

dice amplissimæ quidem fortunæ, sed amplioris ingenii, prudentiæque viro, priuatim affinitatem contraxisti, cessit videlicet ille quasi nimbus, suaque mundo reddita serenitas est: sic vt nos iam ipsos colligamus; atque vt grauati pluuia flores, peneque decidui, ad nouæ lucis radios erigamur. Ergo & vetera edere in publicum, & noua procudere iam libet, vnde aliqua modo vel tuo sacratissimo nomini celebritas, vel nostris temporibus claritas, vel studiosis etiam hominibus utilitas pariatur. Ceterum Herodianum hunc nostrum, donec maiora tibi, ac fortasse meliora parturimus, veluti præludium aliquod veri iustique laboris, læta rogamus fronte excipias summe Pontifex. Magnam in eo negotiorum, personarumque varietatem, multam rerum nouitatem deprehensurus: crebraque in vtramque partem fortunæ ceu vacillantis exempla, consiliaque admirabilia, & consiliorum inopinatos euentus, grauesque pro tempore sententias, & plenam ubique dignitatis, plenam suauitatis orationem, copiosam videlicet quandam ad instruendos mores supellectilem, & ceu speculum humanitatis, in quod inspicere omnis vita, vnde ea capere, atque haurire documenta queat, per quæ vel publicis, vel priuatis rationibus consulatur. Quæ sane nostræ fuerunt partes, tentauimus profecto, utinamque etiam effecerimus, vti omnia ex fide responderent, ne inepta peregrinitas, ne græculæ vsquam figuræ, nisi si quæ iam pro receptis habentur, latinam quasi polluerent castitatem: vt eadem propemodum esset linguæ vtriusque perspicuitas, eademque munditiæ, idem vtrobique sensus, atque indoles: nulla vocum morositas,

nulla

nulla anxietas. Tu quando nobis aliquod ceu ſignum ex arce iſta tui pontificatus ad bene ſperandum ſuſtuliſti, perge obſecro Sanctiſsime Pater, perge inquam, fouere atque illuſtrare bonas artes, quæ ſeſe pedibus iſtis Sanctiſsimis aduoluunt ſupplices, numenque tuum aduerſus rudem inſcitiam, tetramque Barbariam implorant: vt à quo pax Italiæ, atque adeo terrarum orbi reſtituta eſt, etiam ab eodem pacis alumnæ litteræ, ab iniuria ſcilicet, atque indignitate vindicentur.

IOAN-

IOANNI FRIDERICO GRONOVIO, PRÆSTANTISSIMO GRÆCARVM LITERARVM PROFESSORI IN ACADEMIA LEYDENSI.

S. P. D. Tanaquillus Faber.

Loci XIV. Herodiani emendati. vnus aut alter defensi. Παντώμιμος vox Italica, vt Pincerna. *χοῖεσι pro χοεσὶ apud Herodianum.*

O factum bene! Gronovi Præstantissime. Quanta lux literis Græcis propediem accessura est, postquam Tu illarum interpretandarum prouinciam suscepisti! Nunc demum habet florentissima Academia Virum, scriptorum editorum copia nobilem, & cuius splendore tam clara per se professio illustretur; quâ vtraque re, si isthuc migrassem è Gallia, vt tanto oneri succederem, cui ferundo vix satis fortasse par fuissem, Leyda vestra careret. Itaque vel vrbis ipsius, quæ quouis honore dignissima est, vel Græcarum literarum causa, queis Tanto Restauratore opus erat, dici equidem haud potest, quàm sincere, quamque ex animo gaudeam. Licebit nunc à Te, Grono-

Gronovi Præſtantiſſime, cum Elzeuirium ad manum habeas, tertiam Liuii tui editionem in forma majori, quam poſtremis ad me literis polliceris; licebit vtrumque Senecam cum acceſsione Notarum, atque alios, ſi mihi induſtriæ tuæ indoles ſatis nota eſt, tuto ſperare. Adſint modo & Æſculapius, & Salus, qui Te diu incolumem publico literarum bono ſeruent. Ad cetera enim votis nil opus eſt, cum Tu omnes numeros conſummatæ eruditionis iampridem impleueris. Librum tuum *de Pecunia Veteri*, quo munere me cohoneſtaſti, legi, relegi. Vereor equidem Te in os laudare, Mi Gronoui, tamen facere non poſſum, quin exclamem, NIL POTE MELIVS: & miror, ὦ ἐμὸν σέβας, miror, ſuper eo ſcripto dicere Te, paucis hominibus datum eſſe vt naſum habeant; Nam in hoc certe genere quis adeo ſtipes, adeo ἀναίσθητος, vt tantam diligentiam, tantum iudicium, tantam veterum librorum cognitionem non ſentiat? De tuis in Fabulatorem noſtrum emendationibus gratiam habeo vti par eſt, maximam ſcilicet. Cum autem vidiſſe Te negas illum libellum, tum vero diſrumpor, tantam eſſe Tryphonis Salmurienſis negli-

negligentiam, qui vsque adhuc nulla editionis nostræ exemplaria isthuc miserit, quamuis ab eo nil impensius contendisse videar. In me quidem culpa non hæret vlla. Sed totum illud breui ἰασόμεθα: libellum enim cum Epistolis meis, quæ in his sex septem diebus publicæ fient, habebis; quibus Te patronum & defensorem pro tua in nos voluntate fore speramus. Interim εἰς ἀντάλλαγμα τῆς ἐλευθεριότητος, ἣν εἰς ἡμᾶς ἐνέδειξας, à me habebis XIV. locos Herodiani, quos olim visi sumus emendasse: Sed tu iudicabis, Gronoui Præstantissime.

In Præfatione (*cap.* 2. *f.*) hæc leguntur: Πρός τε τοὺς τὰ Αρκτῶα τῆς γῆς ἔθνη βάρβαρα κατοικοῦντας πρός τε τοὺς, &c. Huius loci emendationem pollicetur H. Stephanus in iis notulis, quæ Herodiano adiunctæ fuerunt; vtrum autem fidem liberarit, haud comperi. Scio equidem posse corruptum videri hunc locum; quis enim putet, aiunt, recte dici, *Illi habitant gentes Barbaras?* τοὺς κατοικοῦντας ἔθνη βάρβαρα. Itaque suspicetur aliquis. Αρκτῶα ΗΘΗ ΒΑΡΒΑΡΟΥΣ &c. *Barbaros, qui septentrionales orbis partes habitabant*: Nam τὰ ΗΘΗ *sedes*, ac *patrios lares*

lares significant; Exempla passim apud Herodotum, Ælianum &c. sed in re clara iis afferendis abstinere satius est. Tamen scio nil esse mutandum circa vocem ΕΘΝΗ, cui asteriscum præfixit: nam Græce dicitur *populus aliquis habitare gentem*: Arrianus initio IV. Ἀναβάσεως sic scribit plane & diserte: Οἱ δὴ τὸ μέγιστον ἔθνος Σκυθικὸν ἐποικοῦσιν.

Inferius paulo, (*cap.*4.) Marcus Imperator moriens ita orationem incipit: Ἄχθεσθαι μὲν ὑμᾶς ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον, θαυμαστὸν οὐδέν ad quem locum hæc scribit Stephanus: *Forte* οὕτω διακείμενον, *est autem* ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με *idem quod* ἐπὶ τῷ ὁρᾶν με. Sed eius coniecturæ nil apud me fidei est: primum, quia eò confugere nihil necesse est: dein illa locutio insolentior est paulo, (& haud scio an apud probum scriptorem reperiatur) ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με, pro ἐπὶ τῷ ὁρᾶν μὲ. Nempe haud vidit Stephanus, sic breuitatis causa locutũ esse Herodianum, vt infra quinque sex septem locis locutus est. Nam ἄχθομαι ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον, positum est pro, ἄχθομαι ἐπ' ἐκείνοις, ἐν οἷς. &c. Sic, vt dicebam modo, inferius paulo scripsit,

ἐκ γὰρ

ἐκεῖ γὰρ ὧν αὐτὸς διεπράκειμαι &c. pro ἐξ ἐκείνων γὰρ ἐν οἷς διεπράκειμαι, &c.

In eadem oratione, Εἰ μὴ προϋπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια; legebam προσυπάρχοι, *accedat, adiungatur.*

Postquam celebratum fuit Marco funus, largitione magnifica milites sibi conciliandos existimauit Commodus, μεγαλόφρονι ἐπιδόσει τὸ στράτευμα &c. Itaque edictum ab eo fuit, (*cap.* 5) vt omnes, &c. παρηγγέλθη τε δὴ πᾶσιν ἐλθεῖν ἐς εἰωθὸς πεδίον ΑΥΤΟΥΣ ὑποδέχεσθαι. Sed ibi necessario reponendum ΑΥΤΗΝ. intelligit enim τὴν ἐπίδοσιν.

Sub finem digressionis illius, in qua de Matre Deûm agit, hoc legitur: *lib.* 1. *c.* 11. Οὐδὲ τε τὸ ἐναργὲς τοῦ θεοῦ. non abs re credere videor, legendum, τὸ ἐνεργές. Sed hoc frivolum est præ quod sequitur pagina sequenti, quæ mihi trigesima secunda est:

De Laurento loquitur; ΣΥΝΤΗΡΙΟΝ εἶναι ἐδόκει. lib. 1. c. 12. Sed quid sit χωρίον ΣΥΝΤΗΡΙΟΝ? quæ formationis species, vt à συντηρέω fiat συντήριος? Id certe *nec dictum, nec pictum nec fictum* vnquam fuit, nisi apud nescio quos male conciliatos dictionariorum rapsodους. Haud dubie

bie legi debet ΣΩΤΗΡΙΟΝ. Ei ſaltem nil certius fuerit, qui locum ipſum legerit.

Lib. 1. c. 13. f. Γελωτοποιοὶ ἦ, καὶ τῶν αἰσχίστων ὑποκεῖται, &c. Poterat pro αἰσχίστων ὑποκεῖται, dicere παντόμιμοι. ſed vox Græca non eſt παντόμιμος, immo, Luciano teſte, Italica; id quippe diſerte aſſerit Lucianus in lib. *de Saltatione*. nec ea vſi fuere, niſi qui recentiores ſunt, vt Zoſimus in hiſtoria, & Iulianus Imperator in ſuo *Miſopogone*. Hoc enim aliquando fieri certum eſt, vt duæ voces, ex quibus tertia aliqua componitur, Græcæ ſint, cum tamen compoſitæ Græcæ non ſint. *Pincerna*, ne longe exempla petantur, Græcam habet originem, à πίνειν κίρνα, & tamen nullus in terra Græcia illam vocem vſurpauit.

Lib. 1. c. 14. p. 45. vbi de incendio templi *Pacis Æternæ* agit. Πυρός ποθεν ἐκ τοῦ σεισμοῦ διαῤῥυέντος: melius, ni fallor, & verius, διαῤῥαγέντος.

Ibidem: Ἀλλὰ τὸ πῦρ ἐκ τῆς νυκτὸς πολλοὺς ἐκ πλουσίων πένητας ἐποίησεν. Græce ita dici non poteſt; legebam, μιᾶς νυκτός. *Vel vnica, inquit, nocte ignis ex ſummis opibus ad inopiam multos redegit*. Locum Senecæ in rem huic germanam piget referre.

Ini-

Initio lib. II. c. I. de cadauere Commodi exportato, Εἰς τὸ Ἀρισεῖον ἀπέπεμψαν, &c. Tibi vero deberem plurimum, χαριέστατε Gronoui, si, quid de *Aristeo* sentias, mihi significares; nam olim quidem existimabam legi fortasse debere, Ἀρισεῖον, ita vt prædium cuiusdam *Aristii* esset: Postea, mutatâ sententiâ, putaui emendandum εἰς τὸ προαστεῖον. Sed, vt in re, mihi quidem, obscura, nihil affirmem, nisi Te vel doctorem habuerim, vel suffragatorem.

Lib. 2. c. 3. p. 69. Σεβάσμιόν τε καὶ βασιλέα προσηγόρευσαν. Aut nobis imposuere veteres exscriptores, aut legendum Σεβαστόν τε καὶ βασιλέα &c. Neque enim σεβάσμιοι dicebantur imperatores, sed Σεβαστοί; nisi Tu, Vir Præstantissime, exemplum aliquod habes.

In Vita Didii Iuliani, lib. 2. c. 6. p. 85, qui imperium ingenti promissa pecunia, &c. scribit Herodianus: Ἅτε γὰρ βίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ δήμου μετά τε αἰσχρᾶς καὶ ἀπρεποῦς ΔΙΑΒΟΛΗΣ ὠνησάμενος τὴν ἀρχὴν, &c. Legendum videtur ΕΜΒΟΛΗΣ. neque enim hic vllus τῇ διαβολῇ locus est.

Lib. 2. cap. 9. p. 94, de somniis, oraculis, præsagiisque agens, quæ Seuero euenerunt,

&c ab ipso in commentariis de vita sua prodita fuere, sic scribit Herodianus: τὰ μὲν οὖν πολλὰ ΕΙΣ ΤΟ ΡΗΘΕΝ, αὐτός τε συγγράψας ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὸν βίω, &c. Nil dicam de Græcismo illo, εἰς τὸ ῥηθὲν. quid enim attinet, cum res ipsa vitium satis per se aperiat? Dein dicendum fuit non συγγράψας, sed συνέγραψε, vti coniecerat H. Stephanus; qui veram lectionem non vidit. Reponendum enim est, τὰ μὲν οὖν πολλὰ ΙΣΤΟΡΗΣΕΝ τε αὐτὸς συγγράψας &c. Qua lectione, opinor nulla certior esse potest; Nam ἱστορέω est *historiam scribo*, tum alibi apud Herodianum, tum apud vetustiores; queis accedat hoc quoque, stare sensum nullo alio pacto posse.

Lib. 2. c. 11. p. 102. Postquam faustis acclamationibus exceptus à militibus fuit Seuerus nihil cunctandum ratus, expeditissimos quosque in Vrbem præmisit: Μηδένα διδοὺς καιρὸν ἀναβολῆς, συσκευάσασθαί τε αὐτοὺς ὡς ἂν μάλιστα ΕΥΤΕΛΕΣΤΑΤΑ ἐκέλευσε. Legendum inuitis libris omnibus, εὐσταλέστατα, *expeditissime*. Nam illud quidem εὐτελέστατα, *vilissime*, alienum ineptumque est.

Illis emendationibus vnam modo adjungam, Gronoui præstantissime, (iam enim

enim videor iure metuere, ne plus æquo prolixa epiſtola ſit) vnam, inquam, modo, ſed quæ Tibi rem adeo ridiculam aperiet, vix vt mihi perſuadeam, poſſe te efficere, vt ne grauitas tua, vbi illam acceperis, in riſum ſoluatur. Nam quî pote aliud, vbi *porcos*, pro *choreis & ſaltationibus* Græce grunnientes audies? Locus eſt in oratione Seueri contra Albinum lib. 3. cap. 6. p. 138. *cuius vitam conuenire porcis magis quam copiis militaribus* ait; Rem vero egregie comparatam, *Porcos & inſtructam aciem*! En tibi Græca hominis verba: Τίς γὰρ αὐτοῦ τὸ ἁβροδίαιτον οὐκ οἶδεν, ὡς χοίροις αὐτοῦ μᾶλλον ἁρμόζειν τὸν βίον ἢ φάλαγξιν; *Quis vero delicatum viuendi genus, quo vtitur ille exercitus, non nouit? Tale Hercule eſt, vt porcis magis, quàm inſtructo exercitui, conueniat.* O rem fatuè bellam! legendum χοροῖς ſcilicet, hoc ſenſu: *Eius vita choris, qui in ſcenam introducuntur, magis ſimilis eſt, quam aciei inſtructæ.* De emendatione noſtra ſi quis dubitet, audiat ille quod alibi ſcripſit Herodianus, in ea oratione quam Maximus apud milites ex libello recitauit: τὰ πολεμικὰ αὐτοῖς γυμνάσια, ΧΟΡΟΙ καὶ σκώμματα καὶ ῥυθμοί! Et hæc quidem ſatis. Eſt autem, ni

probe

probe fallor, is error apud Herodianum perquam ridiculus, circa illam vocem χοῖρος. ſed tum magis id dicas, vbi Notas in Phædrum noſtras videris, in quibus apertè oſtendimus pro χοῖρον legi debere τὸν Ἶρον, apud Ælianum, venuſtum illum & amabilem ſcriptorem. Vale, Vir Præſtantiſſime, & de mea in te pietate ac veneratione noli, quæſo, facere vt vnquam dubites. Salmurii.

His adde eiusdem Fabri aliam emendationem, luculentam ſane & probam, ex notis ad Phædri lib. 3. fab. 20. p. 44. Vbi enim lib. 1. cap. 11. Politianus & Henr. Stephanus legerunt πόλεμον γενέσθαι περὶ ὁδῶν, legendum eſſe monet περὶ ὅρων, Phrygas nempe de finibus aduerſus Lydos contendiſſe.

Ὡς γὰρ τῇ γνώμῃ τοῦ συγγραφέως σκοποὺς ὑπεθέμεθα, παρρησίαν καὶ ἀλήθειαν, οὕτω δὲ καὶ τῇ φωνῇ αὐτοῦ εἷς σκοπὸς ὁ πρῶτος, σαφῶς δηλῶσαι, καὶ φανότατα ἐμφανίσαι τὸ πρᾶγμα, μήτε ἀπορρήτοις καὶ ἔξω πάτου ὀνόμασι, μήτε τοῖς ἀγοραίοις τούτοις καὶ καπηλικοῖς, ἀλλ᾽ ὡς μὲν τοὺς πολλοὺς συνιέναι, τοὺς δὲ πεπαιδευμένους ἐπαινέσαι.

Apud Lucianum in libello πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν.

ΗΡΩΔΙ-

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστοριῶν βιβλία ὀκτώ.

HERODIANI HISTORIÆ DE IMPERIO post Marcum, vel De suis temporibus libri VIII. ANGELO POLITIANO interprete.

ΒΙΒΛΙΌΝ ΠΡΩ͂ΤΟΝ.

Οἱ πλεῖστοι τῶν περὶ συγκομιδὴν ἱστορίας ἀσχοληθέντων, ἐνίων τε πάλαι γενομένων μνήμην ἀνανεώσασθαι σπουδασάντων, παιδείας κλέος ἀΐδιον μνώμενοι, ὅπως μὴ, σιωπήσαντες, λάθοιεν εἰς τὸν πολὺν ὅμιλον ἀριθμούμενοι, τῆς μὲν ἀληθείας ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν ὠλιγώρησαν, οὐχ ἥκιστα δ' ἐπεμελήθησαν φράσεως τε καὶ εὐφωνίας. θαῤῥοῦντες, ὡς 2 εἴ τι καὶ μυθῶδες λέγοιεν, τὸ μὲν ἡδὺ τῆς ἀκροάσεως αὐτοὶ καρπώσονται, τὸ δ' ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως οὐκ ἐλεγχθήσεται. εἰσὶ δ' οἳ πρὸς ἔ- 3 χθραν ἢ μῖσος τυράννων, κολακείαν τε ἢ τιμὴν βασιλέων, πόλεώς τε καὶ ἰδιωτῶν, ἀτελῆ καὶ μικρὰ ἔργα, λόγων

LIBER PRIMVS.

I. QVI res antiquas posteris prodiderunt, veteremque historiæ memoriam renouare literis studuerunt, ii magna ex parte, dum famam eruditionis affectant, nomenque suum conantur ab injuria obliuionis asserere, minus sane multam in veri peruestigatione, quàm in exornanda componendaque oratione industriam posuerunt: rati scilicet, neque si quid in rebus à suo seculo remotissimis falsi proderetur, posse refelli: & se tamen suauitate narrationis, amplissimum laboris ingeniique sui fructum percepturos. Alii vero, priuatis inimicitiis, tyrannorumque odio prouecti, aut in laudes principum, ciuitatum, priuatorumq; hominum, immodicis assentationibus effusi, tenues per se

se res atq; humiles, scribendi tamen artificio longe supra veri fidem sustulerunt. Ego vero contra, non quidem acceptam ab aliis, aut incognitam, aut testibus egentem historiam, sed eorum qui legent, sensibus adhuc memoriæque inhærentem, summa vel fide vel diligentia collectam, conscribendam suscepi: sperans haud iniucundam fore posteritati earum rerum notitiam, quæ multæ sane atque magnæ haud ita longo tempore acciderunt. Nam si quis ab Augusto principe omnem ætatem complectatur animo, quum scilicet Romanorum potentia ad vnius est arbitrium deuoluta, ne annis quidem illis circiter ducentis (tot enim ferme ad Marci tempora numerantur) aut imperiorum tam diuersas successiones reperiet, aut bellorum vel ciuilium vel externorum tam varios casus atq; euentus, in tot excitas gentes, tot vrbes nostras barbarasque expugnatas: præterea terræmotus, & pestilentias, vitas quoque principum & tyrannorum adeo novas

ἀρετῇ, δόξῃ παρέδωκαν τῆς 4 ἀληθείας μείζονι. ἐγὼ δ' ἱστορίαν οὐ παρ' ἄλλων ἀποδεξάμενος ἄγνωστόν τε καὶ ἀμάρτυρον, ὑπὸ νεαρᾷ δὲ τῇ τῶν ἐντευξομένων μνήμῃ, μετὰ πάσης ἀληθοῦς ἀκριβείας ἤθροισα ἐς συγγραφήν, οὐκ ἀτερπῆ τὴν γνῶσιν καὶ τοῖς ὕστερον ἔσεσθαι προσδοκήσας, ἔργων μεγάλων τε καὶ πολλῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ γε- 5 νομένων. εἰ γοῦν τις παραβάλοι πάντα τὸν ἀπὸ τοῦ Σεβαστοῦ χρόνον, ἐξ οὗπερ ἡ Ῥωμαίων δυναστεία μετέπεσεν εἰς μοναρχίαν, οὐκ ἂν εὕροι ἐν ἔτεσι περί που διακοσίοις, μέχρι τῶν Μάρκου καιρῶν, οὔτε βασιλειῶν οὕτως ἐπαλλήλους διαδοχάς, οὔτε πολέμων ἐμφυλίων τε καὶ ξένων τύχας ποικίλας, ἐθνῶν τε κινήσεις, καὶ πόλεων ἁλώσεις, τῶν τε ἐν τῇ ἡμεδαπῇ καὶ ἐν πολλοῖς βαρβάροις· γῆς τε σεισμούς, καὶ ἀέρων φθοράς· τυράννων τε καὶ βασιλέων βίους παραδόξους, πρότερον ἢ σπανίως ἢ μηδ'

ὅλως

ὅλως μνημείου ἀξιωθέντας. ὧν οἱ μὲν ἐπιμηκέστερον ἔσχον τὴν ἀρχὴν, οἱ δὲ πρόσκαιρον τὴν δυναστείαν. εἰσὶ δ' οἳ μέχρι προσηγορίας καὶ τιμῆς ἐφημέρου μόνης ἐλθόντες, ἀθέως κατελύθησαν. μερισθεῖσα γὰρ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ἐν ἔτεσιν ἑξήκοντα εἰς πλείους δυναστείας ἢ ὁ χρόνος ἀπῄτει, πολλὰ καὶ ποικίλα ἤνεγκε καὶ θαύματος ἄξια. οὕτω γὰρ οἱ μὲν τὴν ἡλικίαν πρεσβύτεροι, τῇ ἐμπειρίᾳ τῶν πραγμάτων, ἐπιμελέστερον ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ὑπηκόων ἦρξαν. οἱ δὲ κομιδῇ νέοι, ῥᾳθυμότερον βιώσαντες, πολλὰ ἐκαινοτόμησαν. διόπερ εἰκότως ἐν ἡλικίαις τε καὶ ἐξουσίαις διαφόροις οὐχ ὅμοια γέγονε τὰ ἐπιτηδεύματα. ὡς δ' ἕκαστα τούτων πέπρακται, κατὰ χρόνους καὶ δυναστείας διηγήσομαι.

Τῷ βασιλεύοντι Μάρκῳ θυγατέρες μὲν ἐγένοντο πλείους, ἄρρενες δὲ δύο.

6 atque inauditas, vt nulla iis apud veteres consimilia exempla, aut certe quam paucissima inueniantur. quorum 7 alii diuturnam, alii breuem potentiam obtinuerunt: nonnulli autem vixdum inito honore, imperatoresque duntaxat appellati, eodem illo, quo susceperant die, imperium amiserunt. 8 Nam quum sexaginta annis plures quam pro tempore principes vrbs Roma pertulerit, factum ex eo est, vti multæ sane variæque res atq; admiratione dignæ exorirentur. 9 Quippe ætate prouecti principes, vtpote rerum negotiorumque periti, diligentius sese suosque regebant: 10 contra adulescentes, molliter atque indulgenter habiti, noua scilicet permulta designabant. Quo factum est, vt dispari ætate atque licentia, dispar ia quoque studia moresque sequerentur. 11 Hæc quemadmodum gesta sint, temporum ipsorum atque principum seruato ordine, perscribemus.

2, 1 IMperator Marcus filias quidem suscepit complures, mares autem duos.

horum alter, natu minor, adulescentulus admodum fato est functus: Verissimo nomen fuit. Alterum vero, Commodum nomine, magna diligentia curaque pater educauit, accitis vndique viris doctrina claris, maximaque proposita mercede, vti mores pro se quisque filii ingeniumq; excolerent. Filias porro, quum adoleuissent, optimis ex ordine senatorio viris collocauit. Neque enim qui longam generis seriem præferrent, aut qui opes nimias ostentarent; sed qui morum probitate, atque modestia, vitæque innocentia præcellerent, eos sibi generos deligendos putabat. Hæc enim sola animi bona certa esse stabiliaque ducebat. Virtutem nullam non magnopere exercuit: adeo literarum antiquitatis studiosus, vt nemini sit in eo genere Græcorum Romanorumque secundus. Argumento sunt permulta, quæ ab illo dicta atque conscripta ad nos vsq; peruenerunt. Adeo vero ciuilem sese & commodum

τῶν δ' ἀῤῥένων τέκνων ὁ μὲν 2 ἕτερος, κομιδῇ νέος τὸν βίον μετήλλαξε. Βηρίσσιμος δ' ἦν ὄνομα αὐτῷ. τὸν δὲ περιόντα, Κόμμοδον καλούμενον, ὁ πατὴρ μετὰ τῆς ἄλλης ἐπιμελείας ἀνεθρέψατο, πανταχόθεν τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐπὶ λόγοις δοκιμωτάτους ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν, ὅπως συνόντες ἀεὶ, παιδεύοιεν αὐτῷ τὸν 3 υἱόν. τὰς δὲ θυγατέρας ἐν ὥρᾳ γινομένας ἐξέδοτο ἀνδράσι τῆς συγκλήτου βουλῆς τοῖς ἀρίστοις, οὐ τοὺς γένους μακραῖς διαδοχαῖς δ' ἀπατείδας, οὐδὲ τοὺς πλούτου περιβολαῖς λαμπρούς, κοσμίους δὲ τὸν τρόπον, καὶ σώφρονας τὸν βίον, γαμβροὺς αὐτῷ γενέ- 4 σθαι θέλων. ταῦτα γὰρ μόνα ψυχῆς ἴδια καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτήματα. ἀρετῆς δὲ πάσης ἔμελεν αὐτῷ. λόγων τε ἀρχαιότητος ἦν ἐραστὴς, ὡς μηδενὸς μήτε Ῥωμαίων μήτε Ἑλλήνων ἀπολείπεσθαι. 5. δηλοῖ δὲ ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτοῦ, ἢ γραφέντα. παρεῖχε δὲ καὶ τοῖς ἀρχομένοις ἑαυτὸν ἐπιει-

κῆ

κῆ καὶ μέτριον βασιλέα, τούς τε προσιόντας δεξιούμενος, κωλύων τε τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους ἀποσοβεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας. μόνος τε βασιλέων φιλοσοφίαν οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δ' ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι ἐπιστώσατο. πολύ τε πλῆθος ἀνδρῶν σοφῶν ἤνεγκεν ἡ τῶν ἐκείνου καιρῶν φορά. φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν. ὅσα μὲν οὖν ἐκείνῳ πέπρακται ἀνδρεία καὶ σώφρονα, στρατηγικὴν ἢ πολιτικὴν ἀρετὴν ἔχοντα, πρός τε τοὺς τὰ ἀρκτῷα τῆς γῆς ἔθνη βάρβαρα κατοικοῦντας, πρός τε τοὺς ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς ποιουμένους τὸν βίον, πολλοῖς καὶ σοφοῖς ἀνδράσι συγγέγραπται. ἃ δὲ μετὰ τὴν Μάρκου τελευτὴν παρὰ πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον εἶδόν τε καὶ ἤκουσα, ἔστι δ' ὧν καὶ πείρᾳ μετέσχον, ἐν βασιλικαῖς ἢ δημοσίαις ὑπηρεσίαις γινόμενος, ταῦτα συνέγραψα.

omnibus principem præstabat, vt adeuntium cuiuis dexteram placide daret, neminemque à suis custodibus prohiberi aditu pateretur: solusque imperatorum sapientiæ studium non verbis aut decretorum scientia, sed grauitate morum, vitæque continentia vsurpauit. Quo factum est vt magnum sapientium virorum prouentum ætas illa extulerit. Solent enim plerumque homines vitam principis æmulari. Quæcunque igitur ab illo modeste atque fortiter domi forisque sunt gesta, qualemque porro se aduersus barbaras nationes septentrioni subiectas solique orienti, gesserit, ea sunt multorum doctissimorumque hominum comprehensa monimentis. quæ vero post Marci obitum per vniuersam ætatem visa mihi auditaque sunt, nonnulla item in experiundo cognita, vtpote in publicis officiis principalibusq; versato, ea nunc conscribenda suscepi.

3. SEnem iam Marcum, neque ætate solum sed laboribus multis curisque confectum, dum in Pannoniis ageret, gravissimus repente perculit morbus. Quare quum deploratam plane salutem suam sentiret, anxius videlicet agebat. ne filius qui tum primam inierat adulescentiam, siue ætatis feruore nimio, siue licentia quadam summa, quam in orbitatę esset habiturus, bonis artibus studiisq; relictis, ebrietati sese & crapulæ dederet. Quippe facile ingenia adulescentium à recta honestaque disciplina ad luxum voluptatesque delabuntur. Terrebat insuper hominem minime imperitum, multorum memoria principum, qui iuuenes imperiũ suscepissent, vt Dionysii Siciliæ tyranni, cuius tanta fuit intemperantia victus, vt nouarum voluptatũ inuentores summis afficeret præmiis: vt item eorum, qui Alexandro successerunt. ita enim contumeliose violẽterq; dominati sunt, vt illius imperio

ΓΗραιὸν ὄντα Μάρκον, καὶ μὴ μόνον ὑφ' ἡλικίας, ἀλλὰ καμάτοις τε καὶ φροντίσι τετρυχωμένον, διατρίβοντά τε ἐν Παίοσι, νόσος 2 χαλεπὴ καταλαμβάνει. ἐπεὶ δὲ αὐτῷ τὰς πρὸς σωτηρίαν ἐλπίδας φαύλως ἔχειν ὑπώπτευεν, ἑώρα τε τὸν παῖδα τῆς μειρακίων ἡλικίας 3 ἀρχόμενον ἐπιβαίνειν· δεδιὼς μὴ νεότης ἀκμάζουσα, καὶ ἐν ὀρφανίᾳ ἐξουσίαν αὐτοκράτορα καὶ ἀκώλυτον προσλαβοῦσα, μαθημάτων μὲν καλῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων ἀφηνιάσῃ, μέθαις δὲ καὶ κραιπάλαις ἐπιδῷ ἑαυτήν. 4 ῥᾶσαι γὰρ αἱ τῶν νέων ψυχαὶ εἰς ἡδονὰς ἐξολισθαίνουσαι, ἀπὸ τῆς παιδείας καλῶν με- 5 τοχετεύονται. οἷα δὴ ἀνὴρ πολυΐστωρ, μάλιστα ἐτάραττε μνήμη τῶν ἐν νεότητι βασιλείαν παραλαβόντων. τοῦτο μὲν, Διονυσίου τοῦ Σικελιώτου τυράννου, ὃς ὑπὸ τῆς ἄγαν ἀκρασίας, καινὰς ἡδονὰς ἐπὶ μεγίστοις μισθοῖς ἐθηρᾶτο· τοῦτο δὲ, αἱ τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων εἰς τοὺς ὑπηκόους ὕβρεις τε καὶ βίαι, δι' ὧν τὴν ἐκείνου

ἀρχὴν

ἀρχὴν κατῄσχυναν. Πτολεμαῖος μὲν οὖν μέχρις ἀδελφῆς ἰδίας ἔρωτος προχωρήσας, παρά τε τοὺς Μακεδόνων καὶ Ἑλλήνων νόμους. Ἀντίγονος δὲ, Διόνυσον πάντα μιμούμενος, καὶ κισσὸν μὲν ἐπιθεὶς τῇ κεφαλῇ ἀντὶ καυσίας καὶ διαδήματος Μακεδονικοῦ, θύρσον δὲ ἀντὶ σκήπτρου φέρων. ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἐλύπει τὰ μὴ πρὸ πολλοῦ, ἀλλ᾽ ὑπόγυον ἔχοντα τὴν μνήμην. τά τε Νέρωνι πεπραγμένα, (ὃς ἐχώρησε μέχρι μητρῴου φόνου, παρεῖχέ τε τοῖς δήμοις ἑαυτὸν καταγέλαστον θέαμα) τά τε Δομετιανῷ τετολμημένα, τῆς ἐσχάτης ὠμότητος οὐδὲν ἀπολείποντα. τοιαύτας δὴ τυραννίδος εἰκόνας ὑποτυπούμενος, ἐδεδίει τε καὶ ἤλπιζεν. οὐ μετρίως δὲ αὐτὸν ἐτάραττον καὶ οἱ Γερμανοὶ γειτνιῶντες, οὓς οὐδέπω πάντας ἐκεχείρωτο, ἀλλὰ τοὺς μὲν πειθοῖ ἐς συμμαχίαν προσηγάγετο, τοὺς δὲ καὶ κρατήσας ἦν τοῖς ὅπλοις. 13. ἦσαν δέ τινες οἳ διαδράντες, πρὸς τὸ παρὸν ἀνακεχωρήκεσαν, δέει

6 graue dedecus conciliarint. Siquidem Ptolemæus eo turpitudinis prolapsus est, vt contra Macedonum atque adeo Græcorum omnium leges, etiam sororiis amoribus implicaretur. 7 Antigonus autem, quo Liberum patrem repræsentaret, pro causia & diademate Macedonico, hederam capiti circundare, thyrsumque pro sceptro gestare est solitus. 8 Solicitabant animum senis recentia quoque exempla, 9 vt Neronis ipsius, qui ne à materna quidem cæde abstinuerit, & se ridiculum populo spectaculum præbuerit: 10 vt item Domitiani, qui nihil sibi ad extremam crudelitatem reliqui fecerit. 11 Has igitur tyrannidum imagines cum animo volutans, inter spem metumque agitabatur. 12 Terrebat præterea illum Germaniæ vicina gens, quam nondum plane subiecerat, sed partim in societatem adsciuerat, alios armis belloque edomuerat. nonnulli etiam ex iis effugerant, me-

tuque principis in præsens continebantur. Quare dubitabat, ne despecta mox filii ætate arma resumerent. quippe barbaris mos quamlibet leuibus momentis aut causis impelli.

τῆς παρουσίας τοιούτου βασι- 14 λέως. ὑπώπτευον οὖν, μὴ τῆς ἡλικίας τοῦ μειρακίου καταφρονήσαντες, ἐπιθῶνται 15 αὐτῷ. ἐρᾷ γὰρ τὸ βάρβαρον καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις ἀφορμαῖς ῥᾷστα κινεῖσθαι.

4 His igitur curarum fluctibus æstuans, amicos propinquosque omnes quotquot aderant, conuocari iubet. Qui postquam conuenerunt, constituto in eorum conspectu adulescente filio, paululumque se è grabbato subleuans, huiusmodi habuit orationem: *Dolere vos atque angi, quum ita me affectum contemplamini, minime mirandum. Quippe humanum est, humanis casibus ingemiscere. multoque magis misericordiam provocant quæ oculis usurpamus. Cæterum peculiaris vobiscum nostra ratio est. nam de mei erga vos animi conscientia mutuam spero a vobis quasi meo iure benevolentiam. Nunc autem illud incidit, quum & mihi sit iudicium faciundum, frustrane vobis be-*

1 Κυμαίνουσαν οὖν ἔχων τοσαύταις φροντίσι τὴν ψυχήν, συγκαλέσας τοὺς φίλους, ὅσοι τε παρῆσαν τῶν συγγενῶν, καὶ τὸν παῖδα παραστησάμενος, ἐπειδὴ πάντες συνῆλθον, ἡσυχῇ τοῦ σκίμποδος κουφίσας ἑαυτὸν, τοιού- 2 των λόγων ἤρξατο. Ἄχθεσθαι μὲν ὑμᾶς ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον, θαυμαστὸν οὐ- 3 δέν. φύσει τε γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἐλεεινὸν ἐν ταῖς τῶν ὁμο- 4 φύλων συμφοραῖς· τά τε δεινὰ ὑπ' ὄψιν πεσόντα, οἶκτον 5 προκαλεῖται μείζονα. ἐμοὶ δέ τι καὶ πλέον ὑπάρχειν παρ' 6 ὑμῶν οἴομαι. ἐκ γὰρ ὧν αὐτὸς διάκειμαι πρὸς ὑμᾶς, ἀμοιβαίαν εὔνοιαν εἰκότως 7 ἤλπικα. νῦν δὲ καιρὸς εὔκαιρος ἐμοί τε αἰσθέσθαι, μὴ μάτην πρὸς ὑμᾶς τοσούτῳ χρόνῳ τιμὴν

τιμήν τε καὶ σπουδὴν καταθεῖσθαι, ὑμῖν τε, ἀποδοῦναι χάριν, δείξασιν ὅτι ὧν ἐτύχετε, οὐκ ἀμνημονεῖτε. 8 ὁρᾶτε δή μοι τὸν υἱόν, ὃν αὐτοὶ ἀνεθρέψασθε, ἄρτι τῆς μειρακίων ἡλικίας ἐπιβαίνοντα, καὶ δεόμενον, ὥσπερ ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ τῶν κυβερνησόντων, μή ποι φερόμενος ὑπ' ἀτελοῦς τῆς τῶν δεόντων ἐμπειρίας, εἰς φαῦλα ἐπιτηδεύματα προσαραχθῇ. 9 γένεσθε δὴ οὖν αὐτῷ ὑμεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἐμοῦ πατέρες πολλοί, περιέποντές τε καὶ τὰ ἄριστα συμβουλεύοντες. 10 οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὔταρκες πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν, οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προϋπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια. 11 μάλιστα δὲ ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἤλασαν, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν. 12. οὐ γὰρ οἱ ἐξ ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μετὰ πειθοῦς ὑπακούοντες, ἀνύπο-

norem tamdiu habuerim, studiumque omne meum lubens detulerim: & vobis, referenda gratia ostendendum, non esse eorum quæ acceperitis immemores. Videtis filium, quem ipsimet educastis, primas nunc adulescentiæ metas ingredientem, quasique in salo atque in fluctu vitæ gubernatoribus indigentem, ne rerum imperitia de recto quasi cursu ablatus, malis artibus impingat. este igitur vos illi pro me vno multi parentes, excolendo scilicet atque optima suggerendo. Neque enim aut pecunia vis tyrannidis luxuriam explere, aut stipantia satellitum agmina tueri principem possunt, nisi illi ipsi quos regat, animum imperanti beneuolentiamque accommodent. Quippe ii demum diu tutoque imperant, qui non metum ex crudelitate, sed amorem ex bonitate ciuium suorum animis instillant. Neque enim quos seruire necessitas cogit, sed quos obtemperare sua quenque voluntas adegit, ii sunt in agendo

patien-

patiendoque à suspicione omni assentationeque vacui: nunquamque imperia detrectant, nisi violenter contumelioseque sint habiti. Est autem difficile, in maxima licentia moderari sibi, quasique frenos imponere cupiditatibus. Quod si bene viuendi autores illi fueritis, & quæ nunc coram audit, identidem admonueritis; vna opera & ipsum vobis reliquisque omnibus optimum principem reddetis, & memoriam nostram demerebimini: quam scilicet immortalem hac vna ratione poteritis efficere. Talia dicentem Marcum ita repente animus defecit, ut statim conticesceret, ac languore nimio supinus in lectulum relaberetur. Tanta autem quicunque aderant miseratio inuasit, vt ex iis nonnulli præ dolore parum animi compotes clamorem extollerent. Sed ille quum diem vnum duntaxat noctemque superuixisset, fato est functus: sic vt magnum sui desiderium eius ætatis mortalibus, posteris vero, etiam virtutis memoriam re-

πλοῖ, καὶ ἔξω κολακείας θεραποιήτου δρῶντές τε καὶ πάσχοντες διατελοῦσιν· οὐδέ ποτε ἀφηνιάζουσιν, ἢν μὴ βίᾳ καὶ ὕβρει ἐπὶ τούτῳ ἀ- 13 χθῶσι. χαλεπὸν δὲ μετρῆσαί τε καὶ ὅρον ἐπιθεῖναι ἐπιθυμίαις, ὑπηρετούσης ἐξου- 14 σίας. τοιαῦτα δὲ συμβουλεύοντες αὐτῷ, καὶ ὧν ἀκούει παρὼν ἀπομιμνήσκοντες, ὑμῖν τε αὐτοῖς καὶ πᾶσιν ἄριστον ἀποδείξετε βασιλέα, τῇ τε ἐμῇ μνήμῃ χαριεῖσθε τὰ μέ- 15 γιστα, οὕτω τε μόνως ἀΐδιον αὐτὴν ποιῆσαι δυνήσεσθε. 16 Τοσαῦτα εἰπόντα τὸν Μάρκον ἐπιπεσοῦσα λειποθυμία κα- 17 τεσίγασεν. ὑπὸ δὲ ἀσθενείας καὶ ἀθυμίας, αὖθις ὑπτίαζεν. οἶκτος δὲ πάντας ἐλάμβανε τοὺς παρόντας, ὡς μηδὲ κατασχόντας τινὰς αὐτῶν 18 εἰς οἰμωγὴν ἀναβοῆσαι. ὁ μὲν οὖν, νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιώσας μιᾶς, ἀνεπαύσατο, πόθον τε τοῖς καθ' αὐτὸν ἀνθρώποις ἐγκαταλιπὼν, ἀρετῆς ἀΐδιον μνήμην εἰς

τὸν

τὸν ἐσόμενον αἰῶνα. Τελευτήσαντος δὲ Μάρκου, ἐπειδὴ διεφοίτησεν ἡ φήμη, πᾶν τε τὸ παρὸν στρατιωτικὸν καὶ τὸ δημῶδες πλῆθος ὁμοίως πένθει κατείχετο. 19 οὐδέ τις 20 ἦν ἀνθρώπων τῶν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ὃς ἀδακρυτὶ τοιαύτην ἀγγελίαν ἐδέχετο, πάντες δ᾽ ὥσπερ ἐκ 21 μιᾶς φωνῆς, οἱ μὲν, πατέρα χρηστὸν, οἱ δ᾽ ἀγαθὸν βασιλέα, γενναῖον δὲ ἕτεροι στρατηγὸν, οἱ δὲ, σώφρονα καὶ κόσμιον ἄρχοντα ἀνεκάλουν. καὶ οὐδεὶς ἐψεύδετο.

liquerit sempiternam. Post quam vero illius mortem fama vulgauit, incredibilis repente exercitum ipsum plebemque adeo omnem luctus occupauit. Neque vlli sane Romanæ ditionis mortales fuerunt, qui non eiusmodi nuntium multis lacrymis exceperint: omnesque eum velut vna voce, alii *parentem probum*, alii *bonum imperatorem*, quidam *fortissimum ducem*, nonnulli etiam *continentem moderatumque principem* vocitabant. neque sane quisquam falsus habebatur.

Ὀλίγων δὲ διελθουσῶν 1 ἡμερῶν, ἐν ὅσαις περὶ τὴν κηδείαν τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἀπησχόλουν, ἔδοξε τοῖς φίλοις προσαγαγεῖν τὸ μειράκιον εἰς τὸ στρατόπεδον· ὡς 2 διαλεχθείη τε τοῖς στρατιώταις, καὶ χρήματα δωρησάμενον (ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλείαν διαδεχομένοις) μεγαλόφρονι ἐπιδόσει οἰκειώσηται τὸ στράτευμα. 3. παρηγγέλθη τε δὴ πᾶσιν ἐλθεῖν εἰς τὸ εἰωθὸς πεδίον αὐτὸν ὑποδέχεσθαι. 4. προελθὼν δὲ ὁ

5. Paucis autem post diebus, celebrato iam funere, visum amicis est, adulescentem adducere ad exercitum, vt & milites alloqueretur, & (qui nouis imperatoribus mos est) pecuniis elargiendis, velut autoramento quodam illorum sibi animos adiungeret. Edictum itaque omnibus, vt in campum de more adessent frequentes. Quum itaque processisset

Com-

Commodus ac rem diuinam fecisset, erectumque ad hoc ipsum mediis castris tribunal conscendisset, paternis amicis, qui multi sane doctissimique viri aderant, circunstantibus, ad hunc ferme modum verba fecit. *Communem mihi esse vobiscum huius mœrorem calamitatis, neque vos aliter quam me ipsum affectos esse, planissime persuasum habeo. Neque enim ego superstite parente ipso meo, superiorem me vobis vnquam gessi. Nam ille ita nos vniuersos, vt vnum aliquem, diligebat, lubentiusque me commilitonem quam filium vocitabat: quippe hanc, natura appellationem, illam vero, virtutis communicationem existimabat. Quin infantem sæpe me in vlnis gestans, vobis dabat in manus, quasique vestræ mandabat fidei. Quapropter minime dubito, quin mihi omnem sitis beneuolentiam exhibituri: quum pro alumno me maiores natu habere debeant: ipsos autem æquales, con-*

Κόμμοδος, τάς τε βασιλείους θυσίας ἐπετέλει, καὶ βήματος αὐτῷ εἰς ὕψος ἀρθέντος ἐν μέσῳ τῷ στρατοπέδῳ, ἀνελθὼν ἐπ᾽ αὐτὸ, καὶ περιστησάμενος τοὺς πατρῴους φίλους (πολλοὶ δὲ καὶ λόγιοι παρῆσαν αὐτῷ) ἔλεξε τοιάδε. 5 Κοινήν εἶναί μοι πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσιν ἀλγηδόνα, καὶ μηδέν τι ἧττον ὑμᾶς ἐμοῦ δυσφορεῖν, ἐμαυτὸν ἀκριβῶς πέπεικα. 6 οὐδὲ γὰρ περιόντος μοι τοῦ πατρὸς, πλεονεκτεῖν ὑμῶν ἠξίουν. 7 ἐκεῖνος γὰρ πάντας ἡμᾶς ὡς ἕνα ἠγάπα. ἔχαιρεν οὖν μᾶλλον συστρατιώτην με ἢ υἱὸν καλῶν. 8 τὴν μὲν γὰρ, προσηγορίαν ἡγεῖτο φύσεως, τὴν δ᾽ ἀρετῆς κοινωνίαν. 9 φέρων τέ με πολλάκις νήπιον ὄντα, ταῖς ὑμετέραις ἐνεχείριζε πίστεσι. 10 διόπερ καὶ ῥᾷστα πάσης εὐνοίας μεθέξειν πρὸς ὑμῶν ἐλπίζω. 11 τῶν μὲν πρεσβυτέρων τροφεῖά μοι ταῦτα ὀφειλόντων· τοὺς δ᾽ ἡλικιώτας, εἰκότως ἂν καὶ συμφοιτητὰς τῶν ἐν ὅπλοις ἔργων ἀποκαλοίην.

πάντας

πάντας γὰρ ὑμᾶς ὡς ἕνα ὁ [12] πατὴρ ἐφίλει τε καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἐπαίδευεν. ἔδωκε δὲ [13] μετ' ἐκεῖνον ἐμὲ βασιλέα ἡ τύχη, οὐκ ἐπείσακτον, ὥσπερ οἱ πρὸ ἐμοῦ, προσκτήτῳ σεμνυνόμενον ἀρχῇ, ἀλλὰ μόνος τε ὑμῖν ἐγὼ ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπεκυήθην. καὶ μὴ πειραθέντα με [14] ἰδιωτικῶν σπαργάνων, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν, ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφυρίς. ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἥ- [15] λιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα. εἰκότως οὖν ταῦτα [16] λογιζόμενοι, στέργοιτε οὐ δοθέντα ὑμῖν ἀλλὰ γεννηθέντα αὐτοκράτορα. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ [17] εἰς οὐρανὸν ἀναπτὰς, ὀπαδὸς ἤδη καὶ σύνεδρός ἐστι θεῶν. ἡμῖν δὲ χρὴ μέλειν τῶν [18] ἐν ἀνθρώποις, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς διοικεῖν. κατορθοῦν δὲ αὐτὰ [19] καὶ βεβαιοῦν, ὑμέτερον ἔργον, εἴ τά τε τοῦ πολέμου λείψανα μετὰ πάσης ἀνδρείας ἀπαλείψοιτε, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μέχρις Ὠκεανοῦ

μισοῦντες αὐτὸν, (ὁ δῆμος) οἱ δὲ στέργοντες (πᾶν τὸ ἱππικὸν τάγμα) ἐν ὅπλοις εἰσὶ καὶ φθείροντες ἀλλήλους ἐμφυλίου αἵματος τὴν Ῥώμην 6 ἐπλήρωσαν. τὰ δ' ἑκατέρου τοῦ πλήθους δεινὰ ἡμᾶς περιλήψεται, εἰ μὴ τὴν ταχίστην πρὸς τὸν θάνατον ἐκδώσεις πονηρὸν οἰκέτην, ὀλέθρου τοσούτου τοῖς μὲν αἴτιον ἤδη γεγονότα, ἡμῖν δὲ ἐσόμενον ὅ- 7 σον οὐδέπω. Τοιαῦτά τινα εἰποῦσα, ῥηξαμένη τε τὴν ἐσθῆτα, καὶ τῶν παρόντων τινὲς θαρρήσαντες τοῖς τῆς ἀδελφῆς τοῦ βασιλέως λόγοις, τὸν 8 Κόμμοδον ἐτάραξαν. ἐκπλαγεὶς δὲ ἐκεῖνος, τόν τε ἐπικείμενον κίνδυνον οὐ μέλλοντα ἀλλὰ παρόντα ἤδη φοβηθεὶς, μεταπέμπεται τὸν Κλέανδρον, οὐδὲν μέντοι εἰδέτα τῶν ἀπηγγελμένων, 9 οἰόμενον δέ. ἐλθόντα δ' αὐτὸν συλληφθῆναι κελεύει. καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, δόρατί τε ἐπιμήκει ἐγκαταπήξας, ἐκπέμπει τερπνὸν καὶ ποθεινὸν τῷ δήμῳ θέαμα. 10. ἔστη γὰρ οὕτω τὸ δεινὸν, καὶ ἑκάτεροι πολεμοῦντες, ἐπαύσαντο· οἱ μὲν στρατιῶ-

ται,

...του, ἀνῃρημένον ἰδόντες ὑπὲρ οὗ ἐμάχοντο· δέει τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς (συνίεσαν γὰρ ἐξηπατῆσθαι καὶ τὰ δρασθέντα παρὰ γνώμην αὐτοῦ τετολμηκέναι) ὁ δὲ δῆμος κεκόρεστο, τιμωρίαν παρὰ τοῦ τὰ δεινὰ δράσαντος εἰληφώς. 11 προσανεῖλον δὲ καὶ τοὺς παῖδας τοῦ Κλεάνδρου (δύο δὲ ἦσαν ἄρρενες αὐτῷ) πάντας τε ὅσοις ἤδεσαν ἐκείνῳ φίλοις διεχρήσαντο. σύροντές τε τὰ σώματα, καὶ πᾶσαν ὕβριν ἐνυβρίσαντες, τέλος λελωβημένους εἰς τοὺς ὀχετοὺς ἔρριψαν φέροντες. 12 τοιούτῳ μὲν δὴ τέλει Κλέανδρός τε καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἐχρήσαντο, φιλοτιμησαμένης (ὡς ἄν τις εἴποι) τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐν ἑνὶ δεῖξαι ὅτι ἐκ τῆς ἐσχάτης ἀτιμίας εἰς τὸ μέγιστον ὕψος ἐξᾶραι, καὶ πάλιν τὸν ἀρθέντα ῥῖψαι ὀλίγη καὶ ἀνέλπιστος δύναται τύχης ῥοπή. 13 Ὁ δὲ Κόμμοδος, δεδιὼς μὲν τὴν τοῦ δήμου κίνησιν, μή τι καὶ περὶ αὐτοῦ νεωτερίσειεν, ὅμως δὲ παρορμησάντων αὐτὸν τῶν οἰκείων, κατῆλθεν ἐς τὸ ἄστυ μετὰ πάσης εὐφημίας τε καὶ προπομπῆς

occisum viderent pro quo decertabant, iram quoque Imperatoris formidabant, cui verba data nihilque non factum contra illius sententiam compererant. Populus contra satisfactum sibi auctoris supplicio putabat. Sed & liberi Cleandri (binos enim virilis sexus habebat) & quotquot illius amici fuerant, ad vnum omnes contrucidati: tractaque per vrbem cadauera & contumeliosissime habita, postremo in cloacas abiecta. Hæc finis Cleandri fatorum fuit, quasi in vno velut ambitiosius ostentaret natura (vt sic dixerim) humana, posse ex infimo loco ad supremum fastigium euehi hominem, atq; euectum, dein rursum deturbari, quamlibet exiguo atque insperato fortunæ momento. Cæterum Commodus, tametsi verebatur, nequid fortasse populus etiam contra se noui moliretur, tamen suadentibus amicis in vrbem reuersus est, ac lætis acclamationibus magnoque co-

mitatu

mitatu exceptus, in aulam principalem se contulit. Enimuero ex illo, tot aditis iam periculis, cœpit nulli satis confidere, sed occidere hunc atque illum, nulli non calumniæ fidem accommodans. Ad hæc, neminem cui virtus vlla esset, amicum sibi adiungebat, sed à cunctis æque rectis studiis animum auocauerat. quippe quem die nocteque aliæ ex aliis effrænæ corporis voluptates grauissimo seruitio premebant: neminemque non ab limine, velut insidiatorem submouebat, quemcunque aut probitas aut disciplina vlla etiam mediocris illustraret. Scurræ vero, & qui turpissima quæque repræsentabant, quasi addictum sibi habebant. Aurigando etiam bestiisq; conficiendis supra modum exercebatur: ob quæ studia adulatores eum fortitudinis gloria celebrabant: quare illa minus decore tractabat, quam modesto principi conueniebat.

τοῦ δήμου ὑποδεχθεὶς, εἰς τὴν βασίλειον ἐπανῆλθεν αὐλήν. 14 πειραθεὶς δὲ τοσούτων κινδύνων, ἀπίστως προσεφέρετο πᾶσιν, ἀφειδῶς τε φονεύων, καὶ πάσαις διαβολαῖς ῥαδίως πιστεύων, μηδένα τινὰ προσιέ- 15 μενος τῶν λόγου ἀξίων· ἀλλὰ τοῦ μὲν ἀεὶ τὰ καλὰ σπουδῆς ἀπῆγεν ἑαυτὸν, ἐδεδούλωντο δὲ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπάλληλοι καὶ ἀκόλαστοι σώ- 16 ματος ἡδοναί. καὶ σώφρων μὲν πᾶς καὶ παιδείας κἂν μετρίως μεμνημένος, τῆς αὐλῆς ὡς ἐπίβουλος ἐδιώκετο· γελωτοποιοὶ δὲ καὶ τῶν αἰσχίστων ὑποκριταὶ εἶχον αὐτὸν ὑπο- 17 χείριον. ἁρμάτων τε ἡνιοχείας καὶ θηρείων ἐξ ἀντιστάσεως μάχας ἐπαιδεύετο. τῶν μὲν κολάκων εἰς ἀνδρείας δόξαν αὐτὰ ὑμνούντων· τοῦ δὲ ἀπρεπέστερον μετιόντος ἢ βασιλεῖ σώφρονι ἥρμοζεν.

14. Extitere ea tempestate etiam quædam in cœlo prodigia. Stellæ enim per diem perpetuo apparue-

1 Ἐγένοντο δέ τινες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ διοσημίαι. ἀστέρες γὰρ ἡμέρειοι συνεχῶς

ἐχῶς ἐβλέποντο, ἕτεροί τε εἰς μῆκος κεχαλασμένοι, ὡς ἐν μέσῳ ἀέρι κρέμαθαι δοκεῖν. ζῶά τε παντοῖα, καὶ τὴν 2 ἑαυτῶν φύσιν μὴ τηροῦντα, σχήμασί τε ἀλλοδαποῖς, καὶ μέρεσι σώματος ἀναρμόστοις, πολλάκις ἀπεκυήθη. μέγιστον δὲ δεινὸν καὶ τὸ παρόντι καιρὸν ἐλύπησε, καὶ πρὸς τὸ μέλλον 3 οἰωνίσματι καὶ φαύλῳ συμβόλῳ χρωμένους πάντας ἐτάραξεν. οὔτε γὰρ ὄμβρου προϋ- 4 πάρξαντος, οὔτε νεφῶν ἀθροισθέντων, σεισμοῦ δὲ ὀλίγου προγενομένου γῆς, εἴτε σκηπτοῦ νύκτωρ κατενεχθέντος, εἴτε καὶ πυρὸς ποθὲν ἐκ τοῦ σεισμοῦ διαῤῥυέντος, πᾶν τὸ τῆς Εἰρήνης τέμενος κατεφλέχθη, μέγιστον καὶ κάλλιστον γενόμενον τῶν ἐν τῇ πόλει ἔργων, πλουσιώτατον δὲ ἦν πάντων ἱερῶν διὰ ἀσφάλειαν, ἀναθήμασι κεκοσμημένον χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου. ἕκαστος 5 δὲ ἃ εἶχεν, ἐκεῖσε ἐθησαυρίζετο. ἀλλὰ τὸ πῦρ ἐκ τῆς νυκτὸς πολλοὺς ἐκ πλουσίων πένητας ἐποίησεν. ὅθεν ὀλοφυ-

runt, quædamque ex iis in longum productæ medio quasi aëre suspensę videbantur. Praeterea animalia omne genus, minime suam naturam seruantia, cum figura corporis prodigiosa, tum membris haudquaquã congruentibus edebantur. Maximum autem nefas cum in præsens dolorem attulit, tum in futurum pessimo augurio vniuersos conterruit. Nam cum neque imbres vlli neque nubes, tantumque exiguus terræ motus antecessisset, seu nocturni casu fulminis, siue igni aliquo in ipso terrarum motu velut extrito, totum de improuiso Pacis templũ consumptum incendio est: quod vnum scilicet opus cunctorum tota vrbe maximum fuit atque pulcherrimum: idem templorum omnium opulentissimum, egregieque munitum, multoque ornatum auro & argento. Quippe vniuersi ferme suas illuc diuitias, quasi in thesaurum, congerebant: ideoque per noctem debacchatus ignis multos ex opulentis egenos reddidit. Quapropter cõmunem quidem

iactu-

facturam publice omnes, suam autem quisque priuatim deplorabant. Sed vbi templum omne consumptum ignibus est, plurima quoque & pulcherrima vrbis ædificia conflagrarunt. Inter quæ etiam Vestæ templum, sic vt Palladium quoque conspiceretur: quod imprimis colunt atque in arcano habent Romani, Troia (vt perhibent) auectum, ac tum primum postquam in Italiam deuenit, conspectum ab hominibus. Quippe raptum id Vestales virgines media sacra via in aulam imperatoris transtulerunt. Multæ præterea pulcherrimæque vrbis partes combustæ: plurimosque dies peruagatum incendium non prius sedatum est, quam repentinis imbribus extingueretur. Itaque totam rem diis imputabant eius ætatis mortales, quorum scilicet voluntate & inchoasse incendium & desiisse arbitrabantur: ac portendi bella, quæ

ἔσοιντο κοινῇ μὲν πάντες τὰ δημόσια, ἕκαστος δὲ τὰ ἴδια αὐτῶ. 6 κατεφλέξαν δὲ τό περ τόν τε νεὼν καὶ πάντα τὸ περίβολον, ἐπενεμήθη καὶ τὰ πλεῖστα τῆς πόλεως καὶ κάλλιστα ἔργα. 7 ὅτε καὶ τῆς Ἑστίας τοῦ νεὼ καταφλεχθέντος ὑπὸ τοῦ πυρὸς, γυμνωθὲν ὤφθη τὸ τῆς Παλλάδος ἄγαλμα (ὃ σέβουσί τε καὶ κρύπτουσι Ῥωμαῖοι) κομισθὲν ἀπὸ Τροίας (ὡς λόγος) ὅτε πρῶτον καὶ μετὰ τὴν ἀπ' Ἰλίου εἰς Ἰταλίαν ἄφιξιν, εἶδον οἱ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωποι. 8 ἁρπάσασαι γὰρ τὸ ἄγαλμα αἱ τῆς Ἑστίας ἱέρειαι παρθένοι, διὰ μέσης τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ εἰς τὴν τοῦ βασιλέως αὐλὴν μετεκόμισαν, κατεφλέχθη δὲ καὶ πλεῖστα 9 ἄλλα τῆς πόλεως μέρη κάλλιστα. ἱκανῶν τε ἡμερῶν πάντα ὅποι τὸ πῦρ ἐπεβόσκετο οὐδὲ πρότερον ἐπαύσατο πρὶν ἢ κατενεχθέντες ὄμβροι ἐπέ-10 σχον αὐτοῦ τὴν ὁρμήν. ὅθεν καὶ τὸ πᾶν ἔργον ἐξεθειάσθη, πιστευόντων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν τότε ἀνθρώπων, ὅτι γνώμῃ θεῶν καὶ δυνάμει ἤρξατό τε τὸ πῦρ καὶ ἐπαύσατο. 11. συνεβάλλοντο δέ τινες ἐκ τῶν κατειληφό-

ληφότων, πολέμων σημεῖον εἶναι τὴν τοῦ νεὼ τῆς Εἰρήνης ἀπώλειαν. τὰ γοῦν 11 ἀκολουθήσαντα (ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ἐροῦμεν) ἐκ τῆς ἀποβάσεως τὴν προϋπάρχουσαν φήμην ἐπιστώσατο. Πολλῶν 13 δὴ καὶ δεινῶν συνεχῶς κατειληφότων τὴν πόλιν, οὐκέτι ὁ Ῥωμαίων δῆμος μετ' εὐνοίας τὸν Κόμμοδον ἐπέβλεπεν, ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας τῶν ἐπαλλήλων συμφορῶν εἰς τοὺς ἐκείνου ἀκρίτους φόνους καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ βίου ἀνέφερεν ἁμαρτήματα. οὐδὲ γὰρ ἐλάνθανε 14 τὰ πραττόμενα πάντας, οὐδ' αὐτὸς λανθάνειν ἤθελεν· ἃ δὲ πράττων οἴκοι διεβάλλετο, ταῦτα καὶ δημοσίᾳ δεῖξαι ἐτόλμησεν. εἰς τοσοῦ- 15 τόν τε μανίας καὶ παροινίας προεχώρησεν, ὡς πρῶτον μὲν τὴν πατρῴαν προσηγορίαν παραιτήσασθαι, ἀντὶ δὲ Κομμόδου καὶ Μάρκου υἱοῦ, Ἡρακλέα τε καὶ Διὸς υἱὸν αὑτὸν κελεύσας καλεῖσθαι. 16. ἀποδυσάμενος τε τὸ Ῥωμαίων καὶ βασίλειον σχῆμα λεοντῆν ὑπεστρώννυτο, καὶ ῥόπαλον μετὰ χεῖρας φέρειν, ἀμφιέννυτό τε ἁλουργεῖς καὶ χρυσοϋφεῖς ἐσθῆτας, ὡς εἶναι καταγέλαστον αὐτόν, καὶ ὑφ'

sunt deinceps insecuta consumpto pacis templo, interpretabantur. Quam deinceps famam rerum euentus comprobauit. Enimvero plurimis maximisque incommoditatibus laborante ciuitate, non iam vti antea multitudo beneuole Commodum aspicere, sed referre omnes eius calamitatis causam in illius iniustos actus, & reliqua vitæ crimina. Siquidem neque latebant populum scelera hominis: neque latere ipse volebat, sed quæ domi non sine infamia patrabantur, ea etiam in publicum ostentare haud verebatur: eoque vecordiæ petulantiæque processit vt paternum primo cognomen repudiaret, ac pro Commodo Marci filio, Herculem se Iouis filium iusserit appellari: depositoque principum Romanorum cultu, leonis pellem substerneret, manuque clauam gestaret, simul purpureas sibi atque auro intextas vestes circumdaret, non sine omnium irrisione:

quippe eodem ſchemate & fœminarum luxum & heroum virtutem repræſentabat. Talem ſe videlicet cottidie præſtabat. Idemque menſium nomina demutauit, ac pro vetuſtis appellationibus nouas de ſuis cognominibus impoſuit, quorum ad Herculem pleraque tanquam ſcilicet ad fortiſſimum referebantur. Quin ſtatuas quoque ſibi tota vrbe poni iuſſit, inque iis vnam pro Curia, quæ arcum tenderet: vt etiam imagines ipſæ terrores atque minas præ ſe ferrent. Quam dein tamen ſenatus poſt illius obitum ſuſtulit, proque ea Libertatis imaginem repoſuit.

ἑνὶ σχήματι θηλειῶν πολυτέλειαν καὶ ἡρώων ἰσχὺν μιμούμενον. 17 τοιοῦτος μὲν δὴ πορείαν ἐφαίνετο. ἤλλαξε δὲ καὶ τῶν ἐνιαυσιαίων μηνῶν τὰ ὀνόματα, τὰ ὄντα μὲν ἀρχαῖα καταλύσας, πάντας δὲ ταῖς ἑαυτοῦ προσηγορίαις ὀνομάσας, ὧν αἱ πλεῖσται εἰς Ἡρακλέα δῆθεν ὡς ἀνδρειότατον 18 ἀνεφέροντο. ἔστησε δὲ καὶ ἀνδριάντας αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν· ἀλλὰ μὴν καὶ ἀντικρὺ τοῦ τῆς συγκλήτου συνεδρίου 19 τόξον διηγκυλημένον. ἐβούλετο γὰρ δὴ καὶ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ φόβον ἀπειλεῖν. τὸν μὲν οὖν ἀνδριάντα μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν καθελοῦσα ἡ σύγκλητος, ἐλευθερίας εἰκόνα ἱδρύσατο.

15. COmmodus autẽ, cum temperare iam ſibi vltra non poſſet, publice ſpectacula edere profeſſus, omnes ſe ſua manu feras occiſurum pollicebatur; & cum fortiſſimis quibuſque iuuenum ſingulari certamine depugnaturum. Ea cum rumoribus celebrarentur, concurrebant ex Italia omni ac finitimis gen-

1 Ὁ δὲ Κόμμοδος μηκέτι κατέχων ἑαυτοῦ, δημοσίᾳ θέας ἐπιτελέσειν, ὑπισχόμενος τά τε θηρία πάντα ἰδίᾳ χειρὶ καταχτενεῖν, καὶ τοῖς ἀνδρειοτάτοις τῶν νεανίων μονομαχήσειν. 2 διαδεδραμούσης δὲ τῆς φήμης, συνέθεον ἔκ τε τῆς Ἰταλίας πάσης καὶ τῶν ὁμό-

ρων

ρων ἐθνῶν, θεασόμενοι ἃ μὴ πρότερον μήτε ἑωράκεσαν μήτε ἠκηκόεισαν. 3 καὶ γὰρ διηγγέλλετο αὐτοῦ τῆς χειρὸς τὸ εὔστοχον, καὶ ὅτι ἔμελλεν αὐτῷ ἀκοντίζοντι καὶ τοξεύοντι μὴ πταίειν. 4 συνῆσαν δὲ παιδεύοντες αὐτὸν Παρθυαίων οἱ τοξικὴν ἀκριβοῦντες, καὶ Μαυρουσίων οἱ ἀκοντίζειν ἄριστοι· οὓς πάντας εὐχειρίᾳ ὑπερέβαλλεν. 5 ἐπεὶ δὲ κατέλαβον αἱ τῆς θέας ἡμέραι, τὸ μὲν ἀμφιθέατρον πεπλήρωτο· τῷ δὲ Κομμόδῳ περίδρομος κύκλῳ κατεσκεύαστο, ὡς μὴ συστάδην τοῖς θηρίοις μαχόμενος κινδυνεύοι, ἄνωθεν δὲ καὶ ἐξ ἀσφαλοῦς ἀκοντίζων, εὐτοξίας μᾶλλον ἢ ἀνδρείας παρέχοιτο δεῖξιν. 6 ἐλάφους μὲν οὖν καὶ δορκάδας, ὅσα τε κερασφόρα, πλὴν ταύρων, συνθέων αὐτοῖς καὶ καταδιώκων ἔβαλλε, φθάνων τε αὐτῶν τὸν δρόμον καὶ πληγαῖς καιρίοις ἀναιρῶν· λέοντας δὲ καὶ παρδάλεις, ὅσα τε ζῶα γενναῖα, περιθέων ἄνωθεν κατηκόντιζεν. 7. οὐδέ τις εἶδεν ἀκόντιον δεύτερον, οὐδὲ

tibus vniuersis ad id spectaculum, quod nec antea oculis vsurpauerant, neque vnquam fando audiuerant. Siquidem ita esse certa manus illius dicebatur, vt quodcunque destinaret, iaculo sagittaue contingeret. Erantque cum illo assidue Parthorum lectissimi sagittarii, ac Numidæ iaculatores: quos ille tamen omneis longe artificio superabat. Vbi autem spectaculi dies adfuit; pleno amphitheatro exædificatus Commodo peridromus fuerat; per quem decurrere in orbem posset, ne cominus cum bestiis pugnans periclitaretur, sed superne ac de tuto loco tela iaciendo, iaculandi potius scientiam quam fortitudinem ostentaret. Ceruos igitur & damas, item cornigera alia, præter tauros, currens pariter ipse atque insequens impetebat, ac præuenta fuga certissimis ictibus prosternebat: leones vero & pantheras, aliaque id genus nobilissima animalia, currens in orbem superne iaculis confodiebat: sic vt nec te-

lum quisquam secundum, nec vulnus viderit nisi lethiferum. Nam vt primum se fera concitauerat, statim illam vel in fronte vel in corde sauciabat, nullo prætcrea vsus scopo, neque ad aliam corporis partem telo destinato: sic vt pariter cum vulnere ipso conficeretur. Cæterum bestiæ conquirebantur vndique: ac tum primum vidimus, quæ antea in picturis mirabamur. Quippe ex India AEthiopiaque, itemque à meridie & à septentrionibus, quicquid incognitum prioribus seculis fuerat, confecit ille pariter atque ostendit, nullo non obstupefacto, tam certa illa manu tamque nusquam telis aberrantibus. Idem aliquando sagittas lunatæ cuspidis in Maurusias struthos intorquebat, quæ & pedum celeritate & alarum quasi velis ocyssime ferebantur. sic vt summum contingeret collum, atque ita capita amputaret, vt excectis ceruicibus (qui teli impetus fuerat) aliquandiu tamē viuentibus similem cursum continuarēt. Quin & pantheram, quæ scilicet eductum quen-

θαῦμα ἄλλο πλὴν τοῦ θανατηφόρου. ἅμα γὰρ τῇ τοῦ ζώου ὁρμῇ κατά τε μετώπου ἢ κατὰ καρδίας ἔφερε τὴν πληγήν. 8 καὶ οὐδέποτε σκοπὸν ἄλλον ἔσχεν, οὐδὲ ἐπ' ἄλλο μέρος ἦλθε τὸ ἀκόντιον τοῦ σώματος, ὡς μὴ ἅμα τε τρῶσαι καὶ φονεῦσαι. τὰ δὲ πανταχόθεν 9 ζῶα ἠθροίζετο αὐτῷ. τότε γοῦν εἴδομεν ὅσα ἐν γραφαῖς ἐθαυμάζομεν. ἀπό τε γὰρ Ἰνδῶν καὶ Αἰθιόπων, εἴ τι πρότερον ἄγνωστον ἦν, μεσημβρίας τε καὶ τῆς ἀρκτώας γῆς ζῶα πάντα φονεύων, Ῥωμαίοις ἔδειξε. τὸ δ' εὔστοχον τῆς χειρὸς αὐτοῦ πάντες 11 ἐξεπλήττοντο. λαβὼν οὖν ποτὲ βέλη, ὧν αἱ ἀκμαὶ ἦσαν μηνοειδεῖς, ταῖς Μαυρουσίαις στρουθοῖς ὀξύτατα φερομέναις καὶ ποδῶν τάχει καὶ κολπώσει πτερῶν, ἐπαφιεὶς τὰ βέλη κατ' ἄκρου τοῦ τραχήλου, ἐκαρατόμει, ὡς τὰς κεφαλὰς ἀφῃρημένας ὁρμῇ τοῦ βέλους ἔτι περιθεῖν αὐτὰς, ὡς μηδὲν παθούσας. 12. παρδάλεως δέ ποτε ὀξυτάτῳ δρόμῳ τὸν

ἐκ-

ἐκκαλούμενον καταλαβοῦσης, φθάσας τὴν ἀκοντίω μέλλουσαν δῆξαι, τὴν μὲν ἀπέκτεινε, τὸν δὲ ἐρρύσατο, φθάσας τῇ τοῦ δόρατος 13 αἰχμῇ τὴν τῶν ὀδόντων ἀκμήν. λεόντων δὲ ποτὲ ἐξ ὑπογαίων ἑκατὸν ἀναφερθέντων, ἰσαρίθμοις ἀκοντίοις πάντας ἀπέκτεινεν· ὡς ἐπὶ πολὺ κειμένων τῶν πτωμάτων, δι' αὐτὸ τοῦτο ἐπὶ σχολῆς πάντας ἀριθμῆσαι, καὶ μηδὲν ἰδεῖν περιττὸν ἀκόντιον. Μέχρι μὲν 14 τούτων, εἰ καὶ βασιλείας τὰ πραττόμενα ἦν ἀλλότρια, πλὴν ἀνδρείας καὶ εὐστοχίας παρὰ τοῖς δημώδεσιν εἶχέ τινα χάριν· ἐπεὶ δὲ καὶ γυμνὸς 15 εἰς τὸ ἀμφιθέατρον εἰσῆλθεν, ὅπλα τε ἀναλαβὼν ἐμονομάχει, τότε σκυθρωπὸν εἶδεν ὁ δῆμος θέαμα· τὸν εὐγενῆ καὶ Ῥωμαίων βασιλέα, μετὰ τοσαῦτα τρόπαια πατέρων τε καὶ προγόνων οὐκ ἐπὶ βαρβάρους ὅπλα λαμβάνοντα στρατιωτικά, ἢ Ῥωμαίων ἀρχῇ πρέποντα, καθυβρίζοντα δὲ τὸ ἀξίωμα αἴσχιστῳ καὶ μεμιασ-

dam in arenam cursu acerrimo comprehenderat, sic vt iamiam laniatura videretur, ita opportuno vulnere consequutus est, vt interfecta belua hominem seruauerit; ac dentium quoque aciem cuspide ipsa iaculi præuenit. Leones item tauea centum eductos, totidem missilibus vniuersos occidit: ita suo ordine iacentibus corporibus, vt numerari facillime singula possent, nullo scilicet superuacuo incidente telo. Hactenus igitur, quæ gerebantur, quamuis à principe aliena viderentur; tamen quoniam fortitudinem scientiamque præ se ferrent, popularem quandam gratiam emerebantur. verum vbi iam nudus ingressus amphitheatrum est, sumptisque armis numeros gladiatorios implebat, tum vero triste Romano populo spectaculum id visum, nobilissimum imperatorem, post tam multos parentis sui maiorumque triumphos, nō quidem aduersus beluas arma capere militaria, vel Romanorum imperio congruentia, sed amplissimam dignitatem turpissimo fœ-

dissi-

dissimoque cultu contaminare. Facile autem dimicans suos compares superabat: neque tamen vltra vulnera procedebat, dante vnoquoque manus, atque imperatorem potius quam gladiatorem agnoscente. Eoque vesaniæ prouectus est, vt desereret principalem aulam atque in ludum gladiatorium migrare institueret. Neque se amplius Herculem appellari patiebatur, adoptato nobilissimi gladiatoris nomine, qui iam vita excessisset. Quin simulacro illi colossæo, quod Romanis venerabile est, solis effigiem gerens, capite dempto suum imposuit: atque in basi subscripsit non quos consuesset imperatorios paternosque titulos, sed pro Germanico, *Mille gladiatorum victorem.*

16 σμένῳ σχήματι. ὁ μὲν οὖν μονομαχῶν ῥαδίως τῶν ἀνταγωνιστῶν περιεγίνετο, καὶ μέχρι τραυμάτων προεχώρει, ὑπεικόντων ἁπάντων, καὶ τὸν βασιλέα οὐ τὸν μονομάχον ἐννοούντων. 17 εἰς τοσοῦτον δὲ προεχώρησε μανίας, ὡς μηκέτι βούλεσθαι μηδὲ τὴν βασίλειον ἑστίαν οἰκεῖν· ἀλλὰ γὰρ μετοικισθῆναι ἐβούλετο εἰς τὸ τῶν μονομάχων καταγώγιον. 18 ἑαυτὸν δὲ οὐκέτι Ἡρακλέα, ἀλλὰ τῶν μονομαχούντων ἐνδόξου τινὸς προτετελευτηκότος ὀνόματι καλεῖσθαι 19 προσέταξε. τοῦ δὲ μεγίστου ἀγάλματος κολοσσιαίου, ὃ σέβουσι Ῥωμαῖοι, εἰκόνα φέρον ἡλίου, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, ἱδρύσατο ἑαυτοῦ, ὑπογράψας τῇ βάσει οὐχ ἃς εἰώθασι βασιλικὰς καὶ πατρῴους προσηγορίας, ἀντὶ δὲ Γερμανικοῦ, μονομάχους χιλίους νικήσαντος.

16. CAEterum ipsum quoque desinere aliquando ab sua vecordia & ciuitatem tyrannide liberari oportebat; idque anno ineunte: quem diem Romani

1 Ἔδει δὲ ἄρα ποτὲ κἀκεῖνον παύσασθαι μεμηνότα, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τυραννουμένην, νέου μὲν γὰρ ἔτους τῆς 2 ἐπιούσης ἔμελλεν ἡμέρας. σέβουσι

θύουσί τε τὴν ἑορτὴν Ῥωμαῖοι, εἰς θεὸν ἀρχαιότατον τῆς Ἰταλίας ἐπιχώριον ἀναφέροντες. 3 φασὶ γὰρ αὐτοῦ καὶ Κρόνον, ὑπὸ Διὸς ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς, κατελθόντα εἰς γῆν, γενέσθαι ξένον. 4 δεδιότα δὲ τὴν τοῦ παιδὸς δυναστείαν, παρ' αὐτῷ κρυπτόμενον λαθεῖν. ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα δοθῆναι τῇ χώρᾳ τῆς Ἰταλίας. Λάτιόν τε κληθῆναι, ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος φωνῆς εἰς τὴν ἐπιχώριον παραχθέν. 5 διὰ ταῦτά τοι καὶ μέχρι νῦν Ἰταλιῶται τὰ μὲν Κρόνια προεορτάζουσι θεῷ τῷ λαθόντι, τὴν δὲ τοῦ ἔτους ἀρχὴν ἱερομηνίαν ἄγουσι τῷ τῆς Ἰταλίας ἔθει. 6 διπρόσωπον δὲ αὐτοῦ ἵδρυται τὸ ἄγαλμα, ἐπειδὴ εἰς αὐτὸν ὁ ἐνιαυτὸς ἄρχεταί τε καὶ παύεται. 7 ταύτης δὲ τῆς ἑορτῆς προϊούσης ἐν ᾗ μάλιστα Ῥωμαῖοι δεξιοῦνταί τε ἀλλήλους καὶ προσαγορεύουσι, νομισμάτων τε ἀντιδόσει καὶ κοινωνίᾳ τῶν γῆς καὶ θαλάττης καλῶν εὐφραίνουσιν αὐτούς, ἀρχαί τε ἐπώνυμοι τότε πρῶτον τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνιαύσιον πορφύραν περιτίθενται. 8. πάντων ἑορταζόντων, ὁ Κόμμοδος ἐβουλεύετο οὐκ ἐκ τῆς βασιλείας, ὡς ἔθος, προελ-

festum agunt, ad Ianum vetustissimum Italiæ deum referentes: cuius etiam Saturnum ipsum, ab Ioue filio pulsum, fuisse hospitem prædicant, &, quod ibi latuisset, nomen Latio inditum. Quocirca etiam nunc Romani Saturnalia prius, dein vero initium anni more suo concelebrant. Estque eius dei biceps imago, vt à quo incipit & in quem desinit annus. Quum igitur hunc diem festum ciuitas agitaret, in quo Romani inuicem se colunt salutantque, & nomismata alter alteri, cæteraque omnifariam munera missitant, summique magistratus conspicuam sibi & solennem purpuram induunt: vniuersis diem concelebrantibus, statuit Commodus non quidem ex imperatoriis (vt mos erat) ædibus, sed ex ipso gladiatorio ludo prodire in publicum,

ac pro eleganti vestitu purpuraque imperatoria, procedere armatus, deducente gladiatorum agmine, in conspectum Romani populi. Quod vbi consilium suum ad Marciam retulit, vnam è suis concubinis, cui scilicet plurimum deferebat, ac prope vxoris eam loco habebat, sic vt præter ignem omnes honores, velut Augustæ, tribuerentur: intellecto mulier tam absurdo turpique consilio, orare multis lacrymis, supplexque ad genua accidere, ne aut Romanum imperium pollui pateretur, aut ipse vitam suam perditis ac deploratis hominibus tam periculose committeret. Sed quum nihil profecisset, lacrymans discessit. Ille præfectum exercitibus, Lætum nomine, & Electum cubiculi custodem, ad se accitos, parare iubet in ludo ipso gladiatorio, quo se dormitum recipiat: vt illinc ad sacrificandum mane proce-

θεῖν οἰκίας, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν μονομάχων καταγωγῆς, ἀντὶ δὲ τῆς εὐπαρύφου καὶ βασιλικῆς πορφύρας ὅπλα τε αὐτὸς φέρων, καὶ συμπροϊόντων τῶν λοιπῶν μονομάχων ὀ- 9 φθῆναι τοῖς Ῥωμαίοις. ἐπεὶ δὲ τὴν γνώμην αὐτοῦ ταύτην ἀνήνεγκε, πρὸς Μαρκίαν (ἣν εἶχε τῶν παλλακίδων τιμιωτάτην, ἣ οὐδέν τι ἀπεῖχε γαμετῆς γυναικὸς, ἀλλὰ πάντα ὑπῆρχεν, ὅσα σεβαστῇ πλὴν τοῦ πυρὸς) ἡ μαθοῦσα τὴν παράλογον οὕτω καὶ 10 ἀπρεπῆ βούλησιν αὐτοῦ, τὰ πρῶτα ἐλιπάρει, καὶ προσπίπτουσα, μετὰ δακρύων ἐδεῖτο μήτε τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν καθυβρίσαι, μήθ' ἑαυτὸν ἐκδόντα μονομάχοις καὶ ἀπεγνωσμένοις ἀνθρώποις, κινδυνεῦ- 11 σαι. ἐπεὶ δὲ πολλὰ ἱκετεύουσα οὐκ ἐτύγχανεν αὐτοῦ, ἡ μὲν 12 δακρύουσα ἀπέστη. ὁ δὲ Κόμμοδος, μεταπεμψάμενος Λαῖτον τὸν ἔπαρχον τῶν στρατοπέδων, Ἔκλεκτόν τε τὸν τοῦ θαλάμου προεστῶτα, ἐκέλευεν αὐτοῖς παρασκευασθῆναι, ὡς διανυκτερεύσων ἐν τῇ τῶν μονομάχων καταγωγῇ, κἀκεῖθεν προελευσόμενος ἐπὶ τὰς θυσίας τῆς ἱερο-

ἱερομηνίας, ὡς Ῥωμαίοις ἔνοπλος ὀφθείη. οἱ δ' ἱκέτευον, καὶ πείθειν ἐπειρῶντο μηδὲν ἀνάξιον τῆς βασιλείας ποιεῖν.

deret, ac se armatum Romano populo ostentaret. Illi multis precibus persuadere tentabant, ne quid indignum principe conaretur.

17.

1 Ὁ δὲ Κόμμοδος ἀσχάλλων, τοὺς μὲν ἀπεπέμψατο, αὐτὸς δὲ ἐπανελθὼν εἰς τὸ δωμάτιον, ὡς δὴ καθευδήσων (καὶ γὰρ μεσημβρίας εἰώθει τοῦτο ποιεῖν) λαβὼν γραμματεῖον τούτων δὴ τῶν ἐκ φιλύρας εἰς λεπτότητα ἠσκημένων, ἐπαλλήλῳ τε ἀνακλάσει ἀμφοτέρωθεν ἐπτυγμένων, γράφει οὓς χρὴ τῆς νυκτὸς φονευθῆναι. 2 ὧν πρώτη μὲν ἦν Μαρκία, εἵποντο δὲ Λαῖτός τε καὶ Ἔκλεκτος· ἐπὶ δὲ τούτοις πολὺ πλῆθος τῶν συγκλήτου πρωτευόντων. 3 τοὺς μὲν γὰρ πρεσβυτέρους, καὶ λοιποὺς πατρῴους φίλους ἀποσκευάσασθαι πάντας ἤθελεν, αἰδούμενος ἔχειν αἰσχρῶν ἔργων σεμνοὺς ἐπόπτας· τῶν δὲ πλουσίων τὰς οὐσίας χαρίσασθαι ἐβούλετο, μερίσαι τε εἰς τοὺς στρατιώτας καὶ τοὺς μονομάχους· τοὺς μέν, ἵνα φυλάττοιεν αὐτόν, τοὺς δέ, ἵνα τέρποιεν.

Quibus Commodus, ira percitus, facessere ab se iussis, statim in cubiculum reuersus, vt quemadmodum consueuerat meridiaretur, sumpto in manus libello, quales de philyra tenuissimi atque in vtranque partem replicabiles fiunt, conscribit in eo quoscunque illa nocte interficere destinauerat. Ex quibus prima erat Marcia, mox Lætus atque Electus: post hos ingens eorum numerus, qui plurimum autoritatis in senatu obtinebant. Siquidem senes vniuersos paternos amicos tollere è medio, ne censura illorum sua interpellarentur flagitia, bonaque ipsa diuitum dilargiri partim militibus, partim gladiatoribus, decreuerat: vt alteri se defenderent, alteri oblectarent. Eum igitur libellum ita cõscriptum

supra lectulum deposuit, neminem ad se introiturum suspectans. Erat autem pusio quidam, infans adhuc, ex ea nota qui vestitu cætero nudi, sed auro gemmisque ornati, solent delicatissimo cuique Romanorum esse oblectamento. Is ita Commodo charus erat vt cum illo sæpe etiam cubaret, ac Philocommodus appellaretur ipso indicante nomine amorem principis. Hic itaque puer forte ludibundus, occupato inter balnea & crapulas Commodo, cubiculum, vt consueuerat, ingressus, sumpto in manus libello, quicum lusitaret, foras processit. ac forte quadam in Marciam incidit: quæ quum puerum etiam ipsa diligeret, complexa prius atque deosculata, libellum manu aufert. verita ne quid ob infantiam inscius puer rerum fortasse grauiorum labefaceret. Agnita dein Commodi manu, ac legendi cupidine illecta, vbi funesta

4 γράψας δὴ γραμματεῖον, τίθησιν ἐπὶ τοῦ σκίμποδος, οἰηθεὶς μηδένα ἐκεῖθεν εἰσελεύσεσθαι. 5 ἦν δὲ καὶ παιδίον πάνυ νήπιον, τούτων δὴ τῶν γυμνῶν μὲν ἐσθῆτος, χρυσῷ δὲ καὶ λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένων, οἷς ἀεὶ χαίρουσι Ῥωμαίων οἱ τρυφῶντες. 6 ὑπερηγάπα δὲ αὐτὸ ὁ Κόμμοδος, ὡς συγκαθεύδειν πολλάκις· Φιλοκόμμοδός τε ἐκαλεῖτο, δεικνυούσης καὶ τῆς προσηγορίας τὴν στοργὴν τὴν εἰς 7 τὸν παῖδα τοῦ βασιλέως. τὸ δὴ παιδίον τοῦτο ἄλλως ἀθῦρον, προελθόντος τοῦ Κομμόδου ἐπὶ τὰ συνήθη λουτρά τε καὶ κραιπάλας, εἰσδραμὸν εἰς τὸν θάλαμον, ὥσπερ εἰώθει, τὸ γραμματεῖον ἐπὶ τοῦ σκίμποδος κείμενον ἀνελόμενον, ἵνα δὴ παίζειν ἔχοι, πρόεισι 8 τοῦ οἴκου. κατὰ δέ τινα δαίμονα συντυγχάνει τῇ Μαρκίᾳ· ἡ δὲ (καὶ αὐτὴ γὰρ ἔστεργε τὸ παιδίον) περιπτύξασα καὶ φιλοῦσα, τὸ γραμματεῖον ἀφαιρεῖται, δεδοικυῖα δὴ, μή τι τῶν ἀναγκαίων ὑπὸ νηπιότητος ἀγνοοῦν, παῖζον διαφθείρῃ. 9. γνωρίσασα δὴ τὴν τοῦ Κομμόδου χεῖρα,

ταῖς

ταύτῃ καὶ μᾶλλον ἐσπούδαζε διεξελθεῖν τὴν γραφήν. ἐπεὶ δὲ εὗρεν αὐτὸ θανατηφόρον, καὶ περὶ ἁπάντων, αὐτήν τε μέλλουσάν τε τεθνήξεσθαι, Λαῖτόν τε καὶ Ἔκλεκτον ἐπακολουθήσοντας, τόν τε λοιπῶν τοιοῦτον φόνον, ἀνοιμώξασα, καθ' ἑαυτήν τε εἰποῦσα, Εὖγε, ὦ Κόμμοδε, 10 ταῦτα χαριστήρια εὐνοίας τε καὶ στοργῆς, ὕβρεώς τε καὶ παροινίας τῆς σῆς, ἧς ἐπὶ τοσούτων ἐτῶν ὑπέφερον. ἀλλ' οὐ καταπροΐξῃ αὐτὸς μεθύων νηφούσης γυναικός. 11 ταῦτα εἰποῦσα τὸν Ἔκλεκτον μεταπέμπεται (ἔθος δὲ ἦν αὐτῷ 12 προσιέναι, ἅτε τοῦ θαλάμου φύλακι, ἔτι τε καὶ ἐπὶ συνουσίᾳ αὐτοῦ διεβάλλετο) δοῦσα δὲ τὸ γραμματεῖον, Ὅρα (ἔφη) 13 ποίαν μέλλομεν παννυχίζειν ἑορτήν. 14 ὁ δὲ Ἔκλεκτος, ἀναγνούς τε καὶ ἐκπλαγείς (ἦν δὲ τὸ γένος Αἰγύπτιος, τολμῆσαί τε ἅμα καὶ δρᾶσαι, θυμῷ τε δουλεῦσαι πεφυκώς)

contineri, ac se primam peti intellexit, Lætumque & Electum subsequi, tantamque deinceps reliquorum futuram cædem, hæc secum ingemiscens consusurrabat: Euge Commode, hæccine præmia benevolentiæ amorisque sunt? ita scilicet de te merui, quum tam multos annos contumelias ebrietatemque tuam pertuli? Sed nequaquam tibi hæc ita successerint, viro temulento, aduersus sobriam mulierem. His dictis, Electum ad se arcessit (quem etiam ipsa aliquando per se conuenire, vtpote cubiculi custodem solita, & cum eo quoque, stupri habuisse consuetudinem credebatur) traditoque in manus libello, Vide, inquit, Electe, cujusmodi sumus hac nocte festum celebraturi. Is eo lecto expauefactus (erat autem AEgyptius genere, audax homo ac promptus, & irasci facilis) statim signatum libellum per hominem sibi fidum, Læto legendum mittit. Qui item exterritus, ad Martiam contendit, simu-

κατασημηνάμενος αὐτὸ τὸ γραμματεῖον, διά τινος τῶν αὐτῷ πιστῶν ἀναγνωσθησόμενον πέμπει τῷ Λαίτῳ. 15. ὁ δὲ, καὶ αὐτὸς

lans de iis ire ſe conſultatum quæ ad concinnandum ex iuſſu principis ludum gladiatorum pertinerent. Hoc igitur vſi prætextu, conſtituunt, aut faciendum ſibi quamprimum, aut patiendum aliquid: nullum moræ locum, nullum procraſtinationi eſſe. Placitum autem eſt, rem veneno agi: quod ſe facile daturam Marcia recepit, quippe ſolita primum illi miſcere atque offerre poculum, vt ab amica porrectum ſuauius biberetur. Igitur redeunti ex balneis commixtum vino odoratiſſimo venenum in calice obtulit. Ille diu lauando venandoq; collecta ſiti, veluti de more propinatum ſibi, temere interbibit. Quare ſtatim capitis grauedine occupatus, atque in ſoporem prolapſus, quum id ex labore accidiſſe opinaretur, quieti ſe tradidit. Electus autem & Marcia recedere omnes confeſtim, & ſuam quenque domum reuerti iubent, ne ſomni indigum Commodum exper-

παραχθεὶς, ἀφικνεῖται πρὸς Μαρκίαν ὡς δὴ συσκεψόμενος αὐτοῖς περὶ ὧν ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς, καὶ τῆς τῶν μονο- 16μάχων καταγωγίας. προσποιησάμενοι δὲ περὶ τῶν ἐκείνῳ διαφερόντων σκέπτεσθαι, συντίθενται φθάσαι τι δράσαντες ἢ παθεῖν· οὐδὲ καιρὸν εἶναι μελλήσεως ἢ ἀναβολῆς. 17 ἀρέσκει δὴ δοῦναι φάρμακον δηλητήριον τῷ Κομμόδῳ· ὑπέσχετο δ' αὐτὸ ῥᾷστα δώσειν ἡ Μαρκία. εἰώθει γὰρ αὐτὴ κιρνᾶναί τε καὶ διδόναι τὴν πρώτην πόσιν, ὡς ἥδιον πίοι 18 παρ' ἐρωμένης. ἐλθόντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, ἐμβαλοῦσα εἰς κύλικα τοῦ φαρμάκου, οἴνῳ τε κεράσασα εὐώδει, 19 δίδωσιν. ὁ δ' ὡς συνήθη φιλοτησίαν, μετὰ πολλὰ λουτρὰ καὶ γυμνάσια τὰ πρὸς θηρία διψῶν, ἔπιεν ἀναισθήτως. 20 ἀθρόως δὲ κάρος ἐπέπεσεν αὐτῷ· εἰς ὕπνον τε καθελκόμενος, ὑπὸ καμάτων πάσχειν οἰηθεὶς, ἀνεπαύσατο. 21. ὁ δ' Ἔκλεκτος καὶ Μαρκία πάντας ἀποστῆναι κελεύσαντες, εἰς τε τὰ οἰκεῖα ἀπιέναι, ἡσυχίαν δὴ παρέ-

παρεσκεύαζεν αὐτῷ. εἰώθει δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων τοῦτο πάσχειν ὁ Κόμμοδος ὑπὸ κραιπάλης. πολλάκις γὰρ λουσάμενος καὶ πολλάκις ἐσθίων, οὐδένα καιρὸν εἶχεν εἰς ἀνάπαυσιν ὡρισμένον, ἐπαλλήλοις καὶ διαφόροις συνεχόμενος ἡδοναῖς, αἷς δὴ καταλαβούσῃ ὥρᾳ καὶ ἄκων ἐδούλευεν. ἐπ' ὀλίγον μὲν οὖν ἡσύχασε· περὶ στόμαχον δὲ καὶ κοιλίαν τοῦ φαρμάκου γινομένου, ἴλιγγός τε αὐτὸν καταλαμβάνει, ἔμετός τε πολὺς ἐπιγίγνεται, ἢ τῆς προεξῃρημένης τροφῆς ἅμα ποτῷ πολλῷ ἐξωθούσης τὸ φάρμακον· ἢ δέος τὸ προλαμβανόμενον, ὅπερ εἰώθασι βασιλεῖς ἑκάστοτε περὶ πάσης τροφῆς λαμβάνειν, κώλυμα δηλητηρίων. πλὴν ἀλλὰ πολλοῦ γε ὄντος τοῦ ἐμέτου, φοβηθέντες μὴ πᾶν ἐξεμέσας τὸ φάρμακον ἀνανήψῃ, καὶ πάντες ἀπόλωνται, νεανίαν τινὰ, ὄνομα Νάρκισσον, γενναῖόν τε καὶ ἀκμαστὴν, πείθουσιν εἰσελθόντα τὸν Κόμμοδον ἀποπνῖξαι, μεγάλα δώσειν ἔπαθλα ὑπισχνούμενοι. 25. ὁ δὲ εἰσ-

22 gesfacerent. Id autem alias quoque ex ebrietate nimia facere consueuerat. Nam quum vel balneis vel epulis operam daret, nullum scilicet habebat præstitutum quieti tempus, etenim aliæ ex aliis voluptates, eæque inter se maxime diuersæ, seruire sibi hominem etiam inuitum quocunque tempore subigebant. 23 Pauxillum igitur quum requiesset, ac iam se ad stomachum & aluum veneni vis insinuasset, oborta vertigine, vomitus & quidem affatim consecutus est: siue ipso cibo quem largiter ante sumpsisset, multaque meri potione virus expellente: seu quoniam principibus mos est, antequam cibum capiant, medicamento vti quo venena prohibeantur. Cæterum quum multum euomuisset, 24 veriti illi ne veneno quoque omni eiecto colligeret sese, atque vna omnes cædi imperaret, persuaserunt magna mercede Narcisso cuidam, audaci strenuoq; adolescenti, vt ipsum in cubiculo strangularet.

Hunc

Hunc finem vitæ Commodus habuit, tredecim annos post parentis obitum imperio administrato: vnus omnium ante se imperatorum nobilissimus, omniumq; eius ætatis hominum formosissimus. quod si dicendum de fortitudine quoque est, ne in hoc quidem cuiquam, præsertim destinandis ictibus, concessurus. Sed tamen totam vitæ rationem studiis, vt dictum est, fœdissimis contaminauit.

δρομὼν, παρειμένον αὐτὸν ὑπὸ τοῦ φαρμάκου καὶ μέθης, ἀποσφίγξας τὸν τράχηλον, 26 φονεύει. τοιούτῳ μὲν τέλει βίου ὁ Κόμμοδος ἐχρήσατο, βασιλεύσας ἔτη τρισκαίδεκα, μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς τελευτήν. διενέγκας τε τῶν πρὸ αὐτοῦ γενομένων βασιλέων, κάλλει τε τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων 27 διαπρέπων. εἰ δέ τι δεῖ καὶ περὶ ἀνδρείας εἰπεῖν, οὐδενὸς ἥττων εὐστοχίᾳ τε καὶ εὐχειρίᾳ· εἰ μὴ τὴν τούτων δυσκλείαν αἰσχροῖς ἐπιτηδεύμασι κατῄσχυνεν, ὡς προείρηται.

HERODIANI HISTORIAE DE IMPERIO post Marcum.

LIBER SECUNDUS.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστοριῶν βιβλίον δεύτερον.

1\. OCCISO Commodo, quemadmodum superiore volumine demonstrauimus, quum celare factum interfectores, & aulicas excubias fallere vel-

1 ΑΝΕΛΟΝΤΕΣ δὲ τὸν Κόμμοδον οἱ ἐπιβουλεύσαντες, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ συντάγματι τῆς ἱστορίας δεδήλωται, κρύψαι τε τὸ γενόμενον

μενον βουλόμενοι· ὡς ἂν τοὺς φυλάσσοντας τὴν βασίλειον αὐλὴν δορυφόρους λάθοιεν, εἰλίσαντες στρωμνῇ τινι εὐτελεῖ τὸ σωμάτιον καὶ καταδήσαντες, ἐπιθέντες δυσὶν οἰκέταις τῶν πιστῶν ἑαυτοῖς, ἐκπέμπουσιν ὡς δή τι σκεῦος τῶν ἐκ τοῦ θαλάμου περιττῶν. 3 οἱ δὲ φέροντες διὰ μέσων ἐκφέρουσι τῶν φυλάκων· ὧν οἱ μὲν, ἀπὸ μέθης ἐκραιπάλων, οἱ δὲ ἐγρηγορότες, κἀκεῖνοι εἰς ὕπνον κατεφέροντο, κατέχουσαί τε ταῖς χερσὶ τὰ δόρατα ἐπανεπαύοντο· 4 οἱ δ' οὐ πάνυ τὸ ἐκφερόμενον τοῦ θαλάμου, ὅ,τι ποτ' εἴη ἐπολυπραγμόνουν· ἐπεὶ μηδὲ αὐτοῖς διέφερε ταῦτ' εἰδέναι. 5 τὸ μὲν οὖν σῶμα τοῦ βασιλέως οὕτω κλαπὲν, ἐκκομισθέν τε τῆς αὐλείου θύρας, νύκτωρ ὀχήματι ἐπιθέντες, εἰς τὸ Ἀρίστειον ἀπέπεμψαν. 6 Ὁ δὲ Λαῖτος καὶ Ἔκλεκτος ἅμα τῇ Μαρκίᾳ τὸ πρακτέον ἐβουλεύοντο. ἔδοξε δὲ αὐτοῖς περὶ μὲν τοῦ θανάτου φήμην ἐς κατασπεῖραι, ὅτι δὴ αἰφνιδίως τετελευτήκοι, ἀποπληξίας ἐπιπεσούσης. 7. καὶ γὰρ ἐνδεχομένην πίστιν ἕξειν ᾤοντο

2 lent, vili quodam ſtragulo inuolutum conſtrictumque corpuſculum, ac duobus exploratæ fidei famulis impoſitum, ædibus exportandum, velut aliquid ſuperuacuum ex cubiculi ſupellectile, curauerunt. Qui autem exportabant, per medios euaſere cuſtodes, partim ebrios, dormitanteſque, ac manu languida tenentes haſtilia, partim etiam ſocordes eorum quæ ad ſe parum pertinere arbitrabantur. Ita corpus principis furtim elatum ac per noctem vehiculo impoſitum, in Ariſteum miſerunt. Lætus autem & Electus, Marciaque, *quid agendum foret* diu deliberato, tandem decernunt, *ita de eius morte rumores ſerere, quaſi repēte in apoplexiam incidiſſet. quod facile de illo creditum iri exiſtimabant, quem conſtabat identidem ſolitum immoderatis epulis ſaginari.* Sed ante omnia tamen viſum eſt, *aliquem prouectum ætate ac modeſtum hominem deligere ad imperium, per quem & ipſi*

moco-

incolumes forent, & omnes à saeua immoderataque tyrannide respirarent. Igitur diu consultato; neminem sic idoneum inuenerunt vt Pertinacem. Erat autem Pertinax, genere Italus, domi bellique rebus gestis clarus, multisque insignis trophaeis, quae aduersum Germanos atque orientales barbaros erexerat. vnusque etat reliquus è grauissimis illis quos pater Commodo amicos reliquisset, cuique plurimum ex omnibus sociis ducibusque detulerat. tutus hactenus, vel grauitatem ipsam verito, vel ob paupertatem hominis dissimulante Commodo. Siquidem id quoque illius laudibus accedebat, *quod quum plurima omnium administrasset, tamē erat omnium pauperrimus.* Hunc igitur Pertinacem nocte intempesta, sopitis omnibus, Laetus atque Electus cum paucis eiusdem factionis adeunt, & quum ianuam occlusam

τὸ τῆς φήμης, περιβεβλημένης τῆς ἀκορέστου καὶ ὑπερβαλλούσης ἐκείνου τροφῆς. 8 πρῶτον δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπιλέξασθαι ἄνδρα πρεσβύτην τινὰ καὶ σώφρονα, τὸν διαδεξόμενον τὴν ἀρχήν. ὅπως αὐτοί τε σωθεῖεν, καὶ ἀπὸ τῆς πικρᾶς καὶ ἀκολάστου τυραννίδος πάντες ἀναπνεύσειαν. καθ' ἑαυτοὺς δὲ ἀναλογιζόμενοι, οὐδένα οὕτως ἐπιτήδειον εὕρισκον 9 ὡς Περτίνακα. ἦν δὲ ὁ Περτίναξ, τὸ μὲν γένος Ἰταλιώτης, ἐν δὲ πολλαῖς στρατιωτικαῖς τε καὶ πολιτικαῖς διαδοκιμήσας πράξεσι· πολλὰ δὲ κατὰ Γερμανῶν καὶ τῶν ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν βαρβάρων ἐγείρας 10 τρόπαια. μόνος τε περιλειφθεὶς τῶν σεμνῶν πατρῴων τοῦ Κομμόδου φίλων: ὃν οὐκ ἀπέκτεινε, τῶν Μάρκου ἑταίρων τε καὶ στρατηγῶν ἐντιμότατον γινόμενον, ἢ διὰ σεμνότητα αἰδούμενος, ἢ ὡς πένητα τηρήσας. 11. ἦν γὰρ αὐτοῦ καὶ τοῦτο μέρος τῶν ἐγκωμίων, ὅτι πλεῖστα πάντων ἐγχειρισθεὶς, πάντων οὐσίαν εἶχεν ἐλάττονα. 12. Πρὸς δὴ οὖν τοῦτον τὸν Περτίνακα, νυκτὸς ἀκμαζούσης, πάντων τε ὕπνῳ κατειλημμένων, ἀφικνοῦνται ὁ Λαῖτος καὶ Ἔκλεκτος ὀλίγους

γοντες τῶν συνωμοτῶν ἐπαγόμενοι. 13 ἐπιστάντες δὲ αὐτοῦ κεκλεισμένης τῆς οἰκίας ταῖς θύραις, διεγείρουσι τὸν φυλάττοντα. ἀνοίξας δὲ ἐκεῖνος καὶ θεασάμενος στρατιώτας ἐφεστῶτας, καὶ Λαῖτον ὃν ᾔδει ἔπαρχον ὄντα, ἐκπλαγεὶς καὶ ταραχθεὶς ἀγγέλλει. 14 ὁ δὲ ἥκειν αὐτοὺς κελεύει, δεινὰ προσδοκώμενα ἑαυτῷ ἑκάστοτε συμβῆναι φάσκων. 15 τοσαύτῃ γοῦν αὐτὸν, φασὶ μεῖναι ψυχῆς ἀταραξίᾳ, ὡς μηδὲ ἀναθορεῖν τοῦ σκίμποδος, μεῖναι δὲ ἐπὶ τοῦ σχήματος. καὶ τὸν Λαῖτον ἅμα τῷ Ἐκλέκτῳ εἰσελθόντα, καίτοι δοκοῦντας ἐπὶ φόνῳ ἥκειν προσειπεῖν τε καὶ θαρροῦντι μηδὲ ὠχριάσαντι τῷ προσώπῳ, 16 Πάλαι μὲν, φάναι, καὶ πάσης νυκτὸς τόδε τὸ τέλος τοῦ βίου εἶχον διὰ ἐλπίδος, μόνος τε τῶν πατρῴων περιλειπόμενος φίλων ἔτι, ἐθαύμαζον ἐπ᾽ ἐμοὶ Κόμμοδον βραδύνοντα. 17. τί δὴ μέλλετε; ὑμεῖς τε γὰρ δράσετε τὸ κεκελευσμένον, ἐγώ τε πονηρᾶς ἐλπίδος καὶ φόβου συνεχοῦς ἀπαλλάξομαι. 18. Πρὸς ταῦτα ὁ Λαῖτος, Οὐ παύσῃ (ἔφη) ἀνάξια σεαυτοῦ καὶ τῶν προβεβιωμένων σοὶ λέ-

offendissent, ianitorem excitarunt: qui vbi adaperuit, militesque & Lætum præfectum adesse vidit, perterritus atque expauefactus Pertinaci renuntiat. Is admitti ilico iubet, euentura mox inquiens, quæ sibi ad eam diem mala præsagiuerat. Tanta porro fuit animi constantia, vt ne lecto quidem se mouerit, aut habitum oris demutauerit. sed ingressis Læto atque Electo, quanuis ad se occidendum missos crederet, pleno audaciæ vultu minimeque pallēti, *Iam pridem* (inquit) *hunc exitum vitæ singulis etiam noctibus sperabam, qui ex omnibus paternis amicis vnus adhuc essem reliquus. Itaque demirabar, quonam tam diu rem differret Commodus. Proinde quid statis? quin facitis imperata, meque à tristi aliquando ac perpetua formidine liberatis?* Ad hæc Lætus, *Desine* (inquit) *indigna te & superiore vita tua fabulari. neque nos*

mortem

incolumes forent, & omnes à sæua immoderataque tyrannide respirarent. Igitur diu consultato; neminem sic idoneum inuenerunt vt Pertinacem. Erat autem Pertinax, genere Italus, domi bellique rebus gestis clarus, multisque insignis trophæis, quæ aduersum Germanos atque orientales barbaros erexerat. vnusque etiam reliquus è grauissimis illis quos pater Commodo amicos reliquisset, cuique plurimum ex omnibus sociis ducibusque detulerat. tutus hactenus, vel grauitatem ipsam verito, vel ob paupertatem hominis dissimulante Commodo. Siquidem id quoque illius laudibus accedebat, *quod quum plurima omnium administrasset, tamẽ erat omnium pauperrimus.* Hunc igitur Pertinacem nocte intempesta, sopitis omnibus, Lætus atque Electus cum paucis eiusdem factionis adeunt, & quum ianuam occlusam

τοῦ φήμην, περὶ δὲ βεβλημένης τῆς ἀκοῆς καὶ ὑπερβαλλούσης ἐκείνου τροφῆς. 8 πρῶτον δ' ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπιλέξασθαι ἄνδρα πρεσβύτην τινὰ καὶ σώφρονα, τὸν διαδεξόμενον τὴν ἀρχήν. ὅπως αὐτοί τε σωθεῖεν, καὶ ἀπὸ τῆς πικρᾶς καὶ ἀκολάστου τυραννίδος πάντες ἀναπνεύσειαν. καθ' ἑαυτοὺς δ' ἀναλογιζόμενοι, οὐδένα οὕτως ἐπιτήδειον εὕρισ-9 κον ὡς Περτίνακα. ἦν δὲ ὁ Περτίναξ, τὸ μὲν γένος Ἰταλιώτης, ἐν δ' πολλαῖς στρατιωτικαῖς τε καὶ πολιτικαῖς διδοκιμήσας πράξεσι· πολλὰ δὲ κατὰ Γερμανῶν καὶ τῶν ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν βαρβάρων ἐγεί-10 ρας τρόπαια. μόνος τε περιλειφθεὶς τῶν σεμνῶν πατρώων τῷ Κομμόδῳ φίλων· ὃν οὐκ ἀπέκτεινε, τῶν Μάρκου ἑταίρων τε καὶ στρατηγῶν ἐντιμότατον γενόμενον, ἢ διὰ σεμνότητα αἰδούμενος, ἢ ὡς πένητα τηρήσας. 11. ἦν γὰρ αὐτοῦ καὶ τοῦτο μέρος τῶν ἐγκωμίων, ὅτι πλεῖστα πάντων ἐγχειρισθεὶς, πάντων οὐσίαν εἶχεν ἐλάττονα. 12. Πρὸς δὴ τοῦτον τὸν Περτίνακα, νυκτὸς ἀκμαζούσης, πάντων τε ὕπνῳ κατειλημμένων, ἀφικνοῦνται ὁ Λαῖτος καὶ Ἔκλεκτος ὀλίγους

γους τῆς συνωμο.ῶν ἐπαγόμενοι. ἐπιστάντες δὲ αὐτοῦ κε- 13 κλεισμένης τῆς οἰκίας ταῖς θύραις, διεγείρουσι τὸν φυλάττοντα. ἀνοίξας δὲ ἐκεῖνος καὶ θεασάμενος στρατιώτας ἐφεστῶτας, καὶ Λαῖτον ὃν ἤδει ἔπαρχον ὄντα, ἐκπλαγεὶς καὶ ταραχθεὶς ἀγγέλλει. ὁ δὲ ἥκειν αὐτοὺς κε- 14 λεύει, δεινὰ προσδοκώμενα ἑαυτῷ ἑκάστοτε συμβῆναι φάσκων. ἐν τοσαύτῃ γοῦν αὐ- 15 τόν, φασὶ μεῖναι ψυχῆς ἀταραξίᾳ, ὡς μηδ᾽ ἀναθορεῖν τοῦ σκίμποδος, μεῖναι δὲ ἐπὶ τοῦ σχήματος· καὶ τὸν Λαῖτον ἅμα τῷ Ἐκλέκτῳ εἰσελθόντας, καίτοι δοκοῦντας ἐπὶ φόνῳ ἥκειν προσειπεῖν τε καὶ θαρροῦντι μηδὲ ὠχριάσαντι τῷ προσώπῳ, Πάλαι μέν, φάναι, καὶ 16 πάσης νυκτὸς τοῦτο τὸ τέλος τοῦ βίου εἶχον διʼ ἐλπίδος· μόνος τε τῶν πατρῴων ὑπολειπόμενος φίλων ἔτι, ἐθαύμαζον ἐπ᾽ ἐμοὶ Κόμμοδον βραδύνοντα. 17. τί δὴ μέλλετε; ὑμεῖς τε γὰρ δράσετε τὸ κεκελευσμένον, ἐγώ τε πονηρᾶς ἐλπίδος καὶ φόβου συνεχοῦς ἀπαλλάξομαι. 18. Πρὸς ταῦτα ὁ Λαῖτος, Οὐ παύσῃ (ἔφη) ἀνάξια σεαυτοῦ καὶ τῶν προβεβιωμένων σοὶ λέ-

offendissent, ianitorem excitarunt. qui vbi adaperuit, militesque & Lætum præfectum adesse vidit, perterritus atque expauefactus Pertinaci renuntiat. Is admitti ilico iubet, euentura mox inquiens, quæ sibi ad eam diem mala præsagiuerat. Tanta porro fuit animi constantia, vt ne lecto quidem se mouerit, aut habitum oris demutauerit. sed ingressis Læto atque Electo, quanuis ad se occidendum missos crederet, pleno audaciæ vultu minimeque pallēti, *Iampridem* (inquit) *hunc exitum vitæ singulis etiam noctibus sperabam, qui ex omnibus paternis amicis vnus adhuc essem reliquus. Itaque demirabar, quonam tam diu rem differret Commodus. Proinde quid statis? quin facitis imperata, meque à tristi aliquando ac perpetua formidine liberatis?* Ad hæc Lætus, *Desine* (inquit) *indigna te & superiore vita tua fabulari. neque nos*

mortem

περιέστεσι τοῖς λεχθεῖσιν. Ἐπιγνοὺς δὴ τὰ γεγραμμένα ὁ Περτίναξ, πεισθείς τε αὐδρέσι καὶ πρότερον αὐτοῦ φίλοις, πάντα πυθόμενος τὰ πεπραγμένα, ἐπιδίδωσιν ἑαυτόν.

24 *hendes.* Quod vbi Pertinax fecit, iam profecto viris antea quoque sibi amicissimis credendum ratus, intellecta omni re, totum se illorum potestati permisit.

Καὶ πρῶτον ἀρέσκει περιελθεῖν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ πεῖραν τῆς γνώμης τῶν στρατιωτῶν λαβεῖν· πείσειν δὲ αὐτοὺς ὁ Λαῖτος ὑπισχνεῖτο, ἐπείπερ αὐτῷ ἐπάρχῳ ὄντι μετρίαν ἀπένεμον αἰδῶ. 2 συμπαραλαβόντες οὖν καὶ τῶν λοιπῶν ὅσοι παρῆσαν, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἠπείγοντο. 3 ἤδη δὲ καὶ τὸ πλεῖστον τῆς νυκτὸς προκεχωρήκει, καὶ τῆς ἑορτῆς ἐνεστώσης, περὶ ἡμέρας πάντα ἐπεράττετο. 4 διαπέμπουσι δὴ τινὰς τῶν πιστῶν τοὺς διαβοήσοντας ὅτι ὁ Κόμμοδος τέθνηκε μὲν, ὁ Περτίναξ δὲ εἰς τὸ στρατόπεδον βασιλεύσων ἄπεισι. 5 διαδραμούσης δὲ τῆς φήμης, πᾶς ὁ δῆμος ἐνθουσιῶντι ἐοικὼς ἐξεβακχεύετο. διέθεόν τε, καὶ τοῖς οἰκείοις ἕκαστος χαίρων διήγγελλε καὶ μάλιστα τοῖς ἐπ' ἀξιώσεως, ἢ πλουσίοις. 6. ἐκείνοις γὰρ

1 Placuit igitur primo exercitum adiri, ac militum tentari animos: quos tamen Lætus in sententiam suam facile se adducturum pollicetur, quippe cujus aliqua, vtpote præfecti, futura esset apud illos autoritas. Quocirca omnes quotquot aderant, ad exercitum festinant, quum iam multum noctis processisset, instante Kalen. Ianuar. die. Mittunt præterea fidos homines, qui passim rumorem disseminent, vita defunctum Commodum, Pertinacemque, iam imperaturum; contendere ad exercitum. Qui vbi rumor euagatus, repente populus vniuersus lymphato similis ebacchari, & discurrere per vias: ac lætabundi omnes renuntiare pro se quisque amicis, quibus aut dignitas aut diuitiæ 2.

superabant. namque illis potissimum discrimen impendebat à Commodo. Ibant igitur ad templa & aras diis gratulatum, alii alia vociferantes: quidam, iacere tyrannum; pars, gladiatorem; nonnulli etiã multo his fœdiora. Quæque hactenus metus represserat, ea nunc, licentia ac libertate oborta, impune iactabantur. Sed & pleraque pars populi cursu concitato ad exercitum contendebat, veritis omnibus, vt satis libenter imperatorem Pertinacem milites acciperent. quippe moderatum principem non sane nimis ex sententia futurum sperabant militibus, qui scilicet tyrannidi seruire, vimque omnem ac rapinas exercere consueuissent. Itaque, velut ad obsequium impulsuri, confluxere ad castra frequentes. Quo vbi peruentum, ingressi Lætus & Electus vna cum Pertinace sunt. ibi conuocatis militibus, ad hunc modum Lætus verba facit: *Commodus imperator vester apoplexia morbo interiit. Causa*

καὶ ἐπιβουλεύοντα ᾔδεσαν τὸν Κόμμοδον. ἔθεόν τε περί τε τὰ ἱερὰ καὶ βωμοὺς, θεοῖς χά- 7 ριτας ὁμολογοῦντες. ἐβόων δὲ διάφορα· οἱ μὲν, κεῖσθαι τὸν τύραννον λέγοντες· οἱ δὲ, τὸν μονομάχον. ἄλλοι δὲ, ἀπρεπέστερα βλασφημοῦντες. καὶ ὅσα πρότερον ἐπεῖχεν ὁ φόβος ῥήματα, ταῦτα, περιελθούσης ἀδείας καὶ ἐλευθερίας, 8 ῥᾳδίως ἐλέγετο. πλεῖστον δὴ τοῦ δήμου συνέθει δρόμῳ, καὶ ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἠπείγετο, τοῦτο μάλιστα δεδιότες, μή πως ἄρα οἱ στρατιῶται ὀκνηρότερον ἐπακούσωσι τῇ Περ- 9 τίνακος ἀρχῇ. ἐσομένην γὰρ σώφρονα, μὴ πάνυ τι ἀποδέξασθαι τοὺς στρατιώτας προσεδόκων, τυραννίδι δουλεύειν εἰθισμένους, ἁρπαγαῖς τε καὶ 10 βίαις ἐγγεγυμνασμένους. ἵν' οὖν αὐτοὺς ἐκβιάσοιντο ἀναγκάσαι, πανδημεὶ συνῆλθον. 11 ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ὁ Λαῖτός τε καὶ Ἔκλεκτος εἰσῆλθον ἄγοντες τὸν Περτίνακα, συγκαλέσας τοὺς στρατιώτας ὁ Λαῖτος, ἔλεξε τοιάδε. 12. Κόμμοδος μὲν ἡμῖν ὁ βασιλεὺς

πολλοῖς τέθνηκεν ἀποπληξίᾳ. αἴτιος δὲ τοῦ τοιούτου θανάτου οὐκ ἄλλος, ἀλλ᾽ αὐτὸς αὑτῷ. συμβουλευόντων γὰρ ἡμῶν αἰεὶ 13 τὰ ἄριστα καὶ σωτήρια, οἷς μὴ πειθόμενος, βίος δὲ ὡς οὐκ ἀγνοεῖτε, ὑπὸ πλήθους ἀποπνιγεὶς, διεφθάρη. τὸν 14 μὲν οὖν κατέλαβε τέλος τὸ πεπρωμένον. οὐδὲ γὰρ μία ἐστὶν ἡ αὐτὴ πᾶσιν ἀνθρώποις θανάτου αἰτία. διάφοροι δὲ 15 οὖσαι, εἰς ἓν τέρμα βίου συντελοῦσιν. ἀλλ᾽ ἀντ᾽ ἐκείνου 16 γὰρ ὑμῖν ἄγομεν ἡμεῖς τε καὶ ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων ἄνδρα τὴν μὲν ἡλικίαν σεμνὸν, τὸν δὲ βίον, σώφρονα· ἀρετῆς δὲ τῆς ἐν ἔργοις ἔμπειρον. ὧν οἱ μὲν 17 πρεσβύτεροι, καὶ τῶν στρατιωτικῶν αὐτοῦ παρατάξεων ἐπειράθητε· οἱ δὲ λοιποὶ, τῆς πόλεως ἐπάρχοντα τοσούτων ἐτῶν, ἀεὶ διὰ τιμῆς τε καὶ θαύματος ἔχετε. δίδωσί τε ὑμῖν ἡ τύχη οὐ βασιλέα μόνον,

mortis nemo alius, sed est ipsemet sibi. nam quum frustra nos optima atque salubria subiiceremus, gerens ille se quemadmodum omnes nostis, cibo potuque nimio suffocatus est. atque is quidem suo sibi fato extinctus periit. quippe non vna eademque cunctis hominibus mortis causa, sed alia aliis, cunctaque tamen ad eundem tendentes vitæ finem. Verum pro illo adducimus vobis ipsi ac Romanus populus virum ætate grauem, vita moderatum, militaris disciplinæ peritissimum: cuius bellicam virtutem vos quidem veterani sæpenumero experti, cæteri tot annos, vrbi præfectum non honore solum, sed etiam admiratione dignissimum iudicastis. Igitur fortuna non principem solum vobis dat, sed parentem quoque optimum. Cuius principatus non vobis modo qui eum præsentes tuemini, sed iis etiam iucundissimus futurus est, qui ripas fluuiorum, ac Romani terminos

ἀλλὰ καὶ πατέρα χρηστόν. εὐφρανεῖ τε ἡ τοῦδε ἀρχὴ οὐ μόνον ὑμᾶς τοὺς ἐνταυθοῖ δορυφοροῦντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τῶν ποταμῶν, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς

imperii defensant: videlicet res eius praeclare gestas memoria retinentibus. Neque vero iam barbaros nobis pretio conciliabimus: sed eorum memores, qua hoc duce perpessi sunt, metu potius subigentur. Hæc dicente Læto, minime iam se cohibuit populus quin cessante adhuc & dubitabundo milite Augustum illum declararet, patremque appellaret, & faustis omnibus acclamationibus prosequeretur. Idem etiam milites factitabant, quanquam non pari alacritate: sed circumfusa undique inermibus, festumque agitantibus diem, populi turba, facile illos acclamare, ac Pertinacem vocare Augustum coëgit. Mox iurati de more in illius nomen factaque re diuina, laureati omnes, populus atque exercitus, prosequebantur.

ἱδρυμένους, οἳ τὴν περὶ αὐτοῦ τῶν ἔργων φέρουσι διὰ μνήμης. τό, τε γὰρ βάρβαρον οὐ χρήμασιν ἔτι θεραπεύσομεν, πείρᾳ δὲ ὧν πρὸς αὐτοῦ πεπόνθασι στρατηγοῦντος, φόβῳ ὑποτάξονται. Τοιαῦτα δὴ λέγοντος τοῦ Λαίτου μὴ κατασχὼν ἑαυτοῦ ὁ δῆμος, μελλόντων καὶ ὀκνούντων ἔτι τῶν στρατιωτῶν, σεβαστόν τε ἀναγορεύει, καὶ πατέρα καλεῖ, πάσαις τε γεραίρει εὐφημίαις. τότε καὶ οἱ στρατιῶται οὐχ ὁμοίᾳ μὲν προθυμίᾳ, τῇ δὲ ἐκ τοῦ παρόντος πλήθους ἀνάγκῃ (καὶ γὰρ ἦσαν πανταχόθεν ὑπὸ τοῦ δήμου περιειλημμένοι ὀλίγοι τε, καὶ ἄνευ τῶν ὅπλων, ὡς ἐν ἱερομηνίᾳ) πλὴν συνεξεβόησαν, καὶ σεβαστὸν προσεῖπον τὸν Περτίνακα· εἴς τε τὸ ἐκείνου ὄνομα τοὺς συνήθεις ὅρκους ὀμόσαντες, καὶ θύσαντες, δαφνηφοροῦντες πᾶς ὁ δῆμος καὶ τὸ στρατιωτικόν.

3. Ἐπεὶ δὲ ἱδρύθη ἐν τῇ βασιλείῳ ἑστίᾳ (τῶν τε στρατιωτῶν καὶ τοῦ δήμου, ὡς προείρηται, νύκτωρ ἀναγαγόντων) φροντίσι μεγίσταις τὴν γνώμην

a Sed postquam in aulam imperatoriam per noctem (vt diximus) à milite populoque deductus, magnis curarum motibus æstuabat. Et quamuis animo

ἐταράττετο. πάνυ τε αὐτόν, (καίτοι δοκοῦντα ψυχῆς εἶναι ἐρρωμένης καὶ πρὸς πάντα ἀνδρεῖον) τὰ παρόντα ἐφόβει, οὐχ οὕτω περὶ νοίᾳ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, (κινδύνων γὰρ καὶ μειζόνων πολλάκις ἦν καταφρονήσας) ἐλογίζετο δὲ τήν 3 τε αἰφνίδιον τῆς τυραννίδος μεταβολήν, τήν τε ἐν τῇ συγκλήτῳ βουλῇ τινῶν εὐγένειαν· οὓς ὑπώπτευεν οὐκ ἀνεξομένους, μετὰ βασιλέα εὐγενέστατον, τὴν ἀρχὴν μεταπεσοῦσαν εἰς ἄνδρα ἐξ ἰδιωτικοῦ καὶ ἀσήμου γένους ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντα. εἰ γὰρ καὶ ὁ βίος αὐτῷ 4 διὰ σωφροσύνην ἐπῃνεῖτο, καὶ τὰ ἐν ταῖς στρατιωτικαῖς πράξεσιν ἦν εὐκλεῆ, ἀλλ' ὅσον εὐγενείας χάριν, πολὺ τῶν εὐπατριδῶν ἀπελείπετο. Ἡμέρας οὖν καταλαβούσης, κατῆλ- 5 θεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τῆς βουλῆς, οὔτε τὸ πῦρ ἐάσας ἑαυτοῦ προπεμφθῆναι, οὔτε τι ἄλλο

2 mo eſſe forti conſtantique videretur, tamen illum vehementer præſentia territabant, non de ſalute ſua magnopere ſolicitum: quippe alias grauiora pericula contempſerat: ſed repentinæ tyrannidis mutationem animo verſantem, nobilitatemque nonnullorum ſenatorum reputantem: quos minime paſſuros arbitrabatur, poſt imperatorem generoſiſſimum rediſſe principatum ad hominem priuatæ ſtirpis atque obſcuræ. Nam etſi vita ipſius plane temperans ac frugalis audiebat, maximamque in bellicis negotiis gloriam fuerat adeptus, attamen claritate generis impar habebatur. Igitur poſtquam diluxit, in curiam ſe contulit, neque ignem ſibi præferri, neque ulla principatus inſignia paſſus attolli, donec ſenatus ſententiam ſcitaretur. Sed eum omnes ſimulatque viderunt, lætis acclamationibus vnanimiter exceperunt, auguſtumque & imperatorem con-

τῶν βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι, πρὶν ἢ μαθεῖν τὴν γνώμην τῆς συγκλήτου βουλῆς. 6. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἅμα τῷ ἐπιφανῆναι πάντες ὁμοθυμαδὸν εὐφήμησαν, σεβάσμιόν τε καὶ

 ſalu-

salutarunt. At ille recusare instituit; tanquam rem inuidiosam, nomen imperii: excusare senectutem, veniamque orare: multos esse dictitans patricios viros, quibus magis imperium conueniret. Simul Glabrionem manu comprehensum protrahens, sessitare imperatoria sella iubebat. Erat enim ille omnium patriciorum nobilissimus, ad Æneam Veneris & Anchisæ filium seriem generis referens, idemque iterum consul. qui tamen ita tum loquutus est; *Equidem egomet, quem tu omnium putas dignissimum, cedo tibi imperio, atque vna mecum senatus omnis summam tibi potestatem decernimus.* Ibi vero ille, vim pene afferentibus atque impense rogantibus vniuersis, vix tandem dubitabundus sellam imperatoriam conscendit, atque orationem huiusce modi habuit: *Consensus hic vester, studiumque eximium vni mihi plurimum in tanta ista nobilitate deferendi, cum omni adula-*

habebat infensos, tum à populo totius rei conscio facile contemnebatur. Itaque & prætereuntem maledictis insectabantur, & turpes ambiguasque voluptates exprobrabant: sic vt propalam etiam in circo, quo maxima vis hominum confluit, Iulianum incesserent, ac vindicem Romani imperii, præsulemque summi principatus Nigrum vocitarent: orantes vt quam primum adesset, ipsosque à tantis contumeliis assereret. Is Niger consulatum gesserat, ac tum Syriæ præerat vniuersæ. qui honos ea tempestate multo maximus erat. quippe etiam Phœnices omnisque ad Euphratem regio, Nigri sub erat imperio. Ipse ætatis erat iam ad senectutem spectantis, multisque & magnis in rebus versatus famam obtinuerat mansuetudinis ac dexteritatis, sic vt etiam Pertinacis vitam putaretur æmulari. quibus

maxime rebus populi fauorem adeptus videbatur. Hunc igitur assidue frequentis populi clamores implorabant, ac præsentem Iulianum conuitio lacerantes, illum, etiam absentem, vniuersi principalibus acclamationibus faustisque vocibus prosequebantur. Quibus intellectis Niger putans omnia sibi ex sententia successura, quod & à militibus negligebatur Iulianus, vt qui fidem minime impleuerat, & contemnebatur à populo, vt parum dignus empto principatu: spem cepit imperii vindicandi. Ac primo quidem ex ducibus tribunisque, cæterisque militibus, qui plurimum haberent autoritatis, diuersos alium alio tempore domum dimittebat, edoctos rerum omnium quæ sibi Roma afferebātur. Id hoc consilio faciebat, vt quam latissime toto oriente rumores disseminarentur. Ita enim sibi adiuncturum quam plurimos existima-

ὧν μάλιστα οἱ Ῥωμαῖοι ἐπείθοντο. ἐκάλουν τε αὐτὸν συνεχῶς ἐν ταῖς τοῦ δήμου συνόδοις· καὶ βλασφημοῦντες τὸν Ἰουλιανὸν παρόντα, ἐκεῖνον βασιλικαῖς φωναῖς εὐφήμουν ἀπόντα. 9 διαγγελθείσης τε τῆς τοῦ δήμου Ῥωμαίων γνώμης, καὶ τῆς ἐπαλλήλου ἐν ταῖς συνόδοις βοῆς, εἰκότως ὁ Νίγρος ἀναπεισθεὶς, ῥᾷστά τε αὑτῷ τὰ πράγματα ὑπακούσεσθαι προσδοκήσας, καὶ μάλιστα πῶς τὸν Ἰουλιανὸν ὑπό τε τῶν περὶ αὐτὸν στρατιωτῶν ἀμελεῖσθαι, διότι τὰς ὑποσχέσεις οὐκ ἐπλήρου τῶν χρημάτων, ὑπό τε τοῦ δήμου καταφρονεῖσθαι, ὡς ἀνάξιον ἧς ἐωνήσατο ἀρχῆς· ἐπιδίδωσιν αὑτὸν τῇ τῆς 10 βασιλείας ἐλπίδι. καὶ τὰ μὲν πρῶτα κατ᾽ ὀλίγους, ἡγεμόνας τε καὶ χιλιάρχους, τούς τε τῶν στρατιωτῶν ἐξέχοντας οἴκαδε μεταπεμπόμενος διελέγετο, καὶ ἀνέπειθε, τά τε ἐκ τῆς Ῥώμης δηλούμενα φανερὰ ποιῶν· ὡς ἂν διαθέουσα ἡ γνώμη, ἔκπυστα καὶ γνώριμα ποιῇ τοῖς τε στρατιώταις καὶ τοῖς λοιποῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἀνθρώποις. 11. οὕτω γὰρ ῥᾷστα ἤλπιζε πάντας αὐτῷ προσχωρήσειν πυνθανομένους ὅτι μὴ αὐτὸς ἐξ

ἐπιβου-

ἐπιβουλῆς μνᾶσθαι τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ καλούμενος καὶ βοηθήσων ἀπιέναι Ῥωμαίοις δεομένοις. ἀνεπτόουντο δὲ πάντες, καὶ μηδὲ μελλήσαντες προσέκειντο. ἐκλιπαροῦντες καὶ αὐτοὶ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων. 13 φύσει τε κοῦφον τὸ Σύρων ἔθνος, ἐς καινοτομίαν τε τῶν καθεστηκότων ἐπιτήδειον. 14 ἐνῆν δέ τις αὐτοῖς καὶ πόθος τοῦ Νίγρου, ἠπίως τε ἄρχοντος ἅπασι, τὰ πλεῖστά τε αὐτοῖς συμπανηγυρίζοντος. 15 φιλέορτοι δὲ φύσει Σύροι· ὧν μάλιστα οἱ τὴν Ἀντιόχειαν κατοικοῦντες, μεγίστην πόλιν καὶ εὐδαίμονα, σχεδὸν παρὰ πάντα τὸν ἐνιαυτὸν ἑορτάζουσιν, ἔν τε τῇ πόλει αὐτῇ καὶ κατὰ τὰ προάστεια. 16 θέας τοίνυν αὐτοῖς συνεχῶς ἐπιτελῶν ὁ Νίγρος, περὶ ἃς μάλιστα ἐσπουδάκασι, καὶ διδοὺς ἄνεσιν εἰς τὸ ἑορτάζειν καὶ εὐφραίνεσθαι· ἅτε ποιῶν κεχαρισμένα, εἰκότως ἐτιμᾶτο.

bat, si non imperium ex insidiis occupaturus, sed opem vocantibus atque implorantibus allaturus videretur. 12 Proinde vniuersi confestim adesse, obsecrare pro se quisque obtestarique, vt quamprimum rempublicam capesseret. Est autem Syrorum gens natura leuis, pronaque ad res nouandas. Amabant autem vehementer Nigrum, quod & imperium apud illos humanissime gesserat, & ludis multitudinem ac celebritatibus detinuerat. Sunt autem Syri suapte natura huiuscemodi oblectamentorum cupidiores: è quibus Antiocheni, maximam felicissimamque vrbem inhabitantes, totum ferme annum, vel in vrbe ipsa vel in suburbanis ludos & festa concelebrant. Quocirca edendis assidue spectaculis, ac remittendis exhilarandisque otio animis, ita sibi vulgus adiunxerat, vt ab omnibus magnopere coleretur.

7. 1 Ἅπερ εἰδώς, καλέσας ἀλὴς τῆς πανταχόθεν στρατιώτας εἰς ῥητὴν ἡμέραν, τοῦ

QVæ quum ita se habere intelligeret, iussis adesse dicta die militibus, reliqua etiam con-

confluente multitudine, ita pro suggestu ad idipsum extructo verba fecit: *Quam mite ingenium, quantaque in rebus maioribus aggrediendis nostra cautio sit, forsitan ipsi quoque iampridem cognouistis. Neque ego nunc apud vos processissem verba facturus, si vel priuato consilio, vel incerta spe, aut spem superante cupiditate adducerer. Sed me vocant Romani, & assidue clamantes fatigant, vt eis manum porrigā salutarem, neque patiar tam excellens tamque gloriosum relictum à maioribus imperium iacere abiectum turpiter. Vt autem citra occasionem aliquam res aggredi tantas, audax sane temerariumque sit, ita si implorantibus ac rogantibus opem deneges, timiditatis & proditionis crimine labores. Quapropter eo consilio ad vos huc prodii, vt scitarer, quid facto opus esse duceretis: vobisque vterer quasi totius negotii huius consultoribus*

τε λοιποῦ πλήθους συνελθόντος, βήματός τε αὐτῷ κατασκευασθέντος, ἔλεξε τοιάδε 2 ἀνελθών, Τῆς μὲν ἐμῆς γνώμης τὸ πρᾶον, καὶ πρὸς τὰ μεγάλα τῶν τετολμημένων εὐλαβὲς, ἴσως ἐστὶν ὑμῖν πά-3 λαι γνώριμον, οὐδ᾽ ἂν νῦν εἰς ὑμᾶς ἦλθον ταῦτα δημηγορήσων, εἰ ἐκ μόνης προαιρέσεως ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου ἐλπίδος, ἢ μείζονος ἐλπίδος ἐπιθυμίας ἀνεπειθόμην. ἀλλ᾽ ἐμὲ καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καὶ συνεχῶς βοῶντες ἐπείγουσιν ὀρέξαι τε χεῖρα σωτήριον, καὶ οὕτω τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνάρετον ἀπὸ προγόνων ἄνωθεν ἀρχὴν μὴ περιϊδεῖν αἰσχρῶς ἐρριμ-4 μένην. ὥσπερ δὲ τὸ τοῖς τηλικούτοις ἐπιτολμᾶν, οὐκ οὔσης εὐλόγου προφάσεως, προπετὲς καὶ θρασύ. οὕτω καὶ τὸ πρὸς καλοῦντας καὶ δεομένους ὀκνηρὸν, ἀνανδρείας ἅμα καὶ προδοσίας φέρει διαβολήν. 5. διὸ παρῆλθον πευσόμενος ὑμῶν τίνα γνώμην ἔχοιτε, καὶ πρακτέον ἡγεῖσθε· συμβούλοις τε ὑμῖν καὶ κοινωνοῖς χρησόμενος περὶ τῶν καθεστώτων. 6. τὸ γὰρ ἀποβησόμενον εἰ δι-

εἰ ἀτυχηθείη, κοινὴν ἐμοί τε καὶ ὑμῖν τὴν ἀπόλαυσιν παρέξει. οὐ φαῦλαι γὰρ οὐδὲ κοῦφαι καλοῦσιν ἐλπίδες, ἀλλ' ὅ, τε Ῥωμαίων δῆμος, ᾧ τὴν δεσποτείαν τῶν ἁπάντων ἔνειμαν θεοὶ καὶ ἡ βασιλεία, ἥτε ἀρχὴ σαλεύουσα καὶ παρὰ μηδενί πω βεβαίως ἱδρυμένη. ὅθεν ὑμῖν καὶ τὸ τῆς ἐπιχειρήσεως ἀσφαλὲς, ἔκ τε τῆς τῶν καλούντων γνώμης, καὶ ἐκ τοῦ μηδένα εἶναι τὸν ἀνθεστῶτα μηδὲ κωλύοντα, ὑπάρξει. καὶ γὰρ οἱ τὰ ἐκεῖθεν ἀγγέλλοντες, φασὶ μηδὲ τοὺς στρατιώτας, οἳ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ χρημάτων ἀπέδοντο, πιστοὺς εἶναι φρουροὺς ὑπηρέτας, μηδὲ πληρώσαντος ἐκείνου ἃ ὑπέσχετο. τίνα τοίνυν ἔχετε γνώμην δηλώσατε. Τοιαῦτά τινα εἰπόντος αὐτοῦ, ἀθρόως τὸ στρατιωτικὸν πᾶν καὶ τὸ συνειλεγμένον πλῆθος αὐτοκράτορά τε ἀνεῖπε, καὶ σεβαστὸν προσηγόρευσε· τήν τε βασίλειον πορφύραν περιβαλόντες, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς σεβασμίου τιμῆς, καὶ αὐτοσχέδια παρασκευῆς ἀθροίσαντες, καὶ προπομπεύοντος τοῦ πυρὸς, εἴς τε τὰ ἱερὰ τῆς Ἀντιοχείας τὸν

quod si ex sententia successerit, communis mihi inde vobiscum erit utilitas. Neque scilicet tenues opes aut leues sunt, quæ nos solicitant, sed ipse Romanus populus, cui rerum omnium potestatem superi tribuerunt; ipsum Romanũ imperium, fluctuans adhuc, neque apud quemquam certa sede residens. Sed neque parum tuta animus consilia, his implorantium animis, nullo ad prohibendum resistendumque parato. Nam qui illinc veniunt, ne ipsos quidẽ milites, unde imperium emptitauerit, satis et fidos fore affirmant, quoniam promissa non soluerit. Quæ sit igitur vestra mens ostendite. Talia loquentem continuo exercitus omnis, cæterumque vulgus, imperatorem atque augustum consalutant: tum amictum purpura, reliquoque exornatum aulico paratu, ibidem ex tempore cõquisito, præcedente etiam igni, in Antiochiæ primum templa, mox

7 8 9 10

mox ad ſuas ædes deduxerunt: quas etiam, ceu non jam priuatas, omnibus extra inſignibus imperatoriis adornaueruut. His lætus Niger, quum ſcilicet & Romanorum animos, & cæterorum ſtudia hominum animaduerteret, iam haud dubie rem omnem ſibi eſſe in vado arbitrabatur. Qui poſtquam rumor increbuit, ſtatim quæcunque aduerſum Europæ continentem nationes incolunt, feſtinare pro ſe quæque vt præſto illi eſſent, legati vndique Antiochiam confluere, velut ad legitimum principem: reges quoque & ſatrapæ trans Euphratem Tigrimque habitantes gratulatum miſerunt: ſuamque operam in omnem euentum pollicebantur. Quos ille ampliſſimis affectos muneribus, gratiisque actis, dimittebat: nullis ſibi in præſens opus eſſe auxiliis affirmans: ſatis munitum imperium, idque geſturum ſe

Νίγρον ἄγουσι, καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν καθιστᾶσιν. 11 οὐκέτι αὐτὴν ἰδιωτικὴν, ἀλλὰ βασίλειον αὐλὴν νομίζοντες πᾶσι κοσμήσαντες ἔξωθεν 12 βασιλικοῖς συμβόλοις. ἐπὶ τούτοις δὴ ὁ Νίγρος πάνυ τὴν ψυχὴν ηὐφραίνετο, ὀχυρῶσθαί τε αὐτῷ τὰ τῆς ἀρχῆς ἡγεῖτο, διά τε τὴν τῶν Ῥωμαίων γνώμην, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν σπουδὴν τῶν ἀν-13 θρώπων. ὡς γὰρ διϊπταμένη ἡ φήμη πάντα ἐπῆλθεν ἔθνη, ὅσα τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον τῇ Εὐρώπῃ κατοικεῖ, οὐδείς τε ἦν ὃς οὐχ ἑκὼν εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτοῦ ἐπείγετο, πρεσβεῖαί τε ἀπ' ἐκείνων τῶν ἐθνῶν ἐς τὴν Ἀντιόχειαν ὡς πρὸς βασιλέα ὁμολογούμενον ἐστέλ-14 λοντο. οἵ τε ἐπέκεινα Τίγριδος καὶ Εὐφράτου σατράπαι καὶ βασιλεῖς ἐπέστελλον συνηδόμενοι αὐτῷ, καὶ εἰ δέοιτο βοηθείας, ὑπισχνοῦντο. 15. ὁ δὲ δώροις τε αὐτοὺς μεγαλοπρεπῶς ἠμείβετο, καὶ ἐπὶ τῇ σπουδῇ καὶ ὑποσχέσεσι χάριν γιγνώσκων, ἔλεγε μὴ δεῖσθαι συμμάχων. 16. τὴν γὰρ ἀρχὴν αὐτῷ βεβαίως ὀχυρῶσθαι, ἀναιμωτί

τε

τε ἄρξειν. Ταύταις ἐπαιρόμενος ταῖς ἐλπίσιν, ὑπτίαζέ τε πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιμέλειαν, καὶ ἐς τὸ ἀβροδίαιτον ἀνειμένος, τοῖς Ἀντιοχεῦσι συνευφραίνετο, ἑορταῖς καὶ θέαις ἐπιδιδοὺς ἑαυτόν· τῆς τε εἰς τὴν Ῥώμην ἀφόδου 17 (ἐφ' ἣν μάλιστα ἔχρην σπεύδειν) ἠμέλει· τοῖς τε Ἰλλυρικοῖς στρατεύμασι δέον ἐπιφοιτῆσαι τὴν ταχίστην, καὶ φθάσαι οἰκειωσάμενον αὐτά, ὁ δὲ οὐδὲ τῶν πραττομένων τι αὐτοῖς ἐδίδου· 18. ἐλπίζων τοὺς ἐκεῖ στρατιώτας, εἴποτε καὶ μάθοιεν, ὁμογνώμονας ἔσεσθαι τῇ τε Ῥωμαίων ἀρχῇ καὶ τῇ τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν στρατοπέδων γνώμῃ.

incruentum. Quare tanta spe sublatis animis, supinius iam negligentiusque agitabat, seque populumque Antiochenum otio deliciisque oblectans, ludosque edens & spectacula. Neque vero aut Romam, quod res maxime postulabat, proficisci studuit: aut Illyricos exercitus qui scilicet inprimis adeundi conciliandique fuerant, vllis de rebus certiores fecit: sperans statim intellecta re, cum Romanis eos pariter, cumque orientis totius exercitibus consensuros.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ διατρίβοντος, 1 καὶ κούφοις καὶ ἀδήλοις ἐπαιωρουμένου ἐλπίσι, διηγγέλλετο τὰ πραττόμενα εἴς τε Παίονας καὶ Ἰλλυριούς, καὶ πᾶν τὸ ἐκεῖσε στρατιωτικόν, ὃ ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου καὶ Ῥήνου ἐπικείμενον, ἀπεῖργον τοὺς ἐπέκεινα βαρβάρους, φρουρεῖ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. Ἡγεῖτο δὲ Παιόνων ἁπάντων (ὑπὸ μιᾷ γὰρ ἦσαν ἐξουσίᾳ) Σεβῆρος, ἀνὴρ τὸ μὲν

9. HAEc dum agitaret, leui incertaque spe subnixus, fama iam per Pannonios Illyricosque increbuerat, perque exercitus omnes qui pro ripis Danubii Rhenique excubantes, coërcendis barbaris Romanum tuentur imperium. Praeerat autem Pannoniis vniuersis (nam vnius regebantur imperio) Seuerus quidam, genere Afer, vehe-

mens

mens homo negotiis gerendis, ac ferox, vitæque insuetus duræ & asperæ, ac laboribus facillime resistēs: promptus excogitandis, acer exequendis rebus. Qui postquā Romanū principatum pendere sublimem, quasique direptui expositum vidit, alterum quidem, vt desidem; alterum, vt parum efficacem, contemptui habuit. Addebant præterea spem somnia quædam & oracula, cæteraq; futurorum præsagia. tum denique fidē veri impetrantia quum sunt euentum sortita. quorum pleraque ipse in libris de vita sua conscripsit, ac publice in tabulis picta dedicauit. Sed quod illi extremum maximique momenti somnium spem propemodum omnem cōciliauit, id ne nobis quidem silentio prætereundum. Quo enim tempore nuntiatum est, Pertinacem ad imperium ascitum, peracto Seuerus sacrificio, iuratusque fidem principi, vbi primum domum rediit, somno com-

γένος Λίβυς, ἐς δὲ τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν γενναῖος ἅμα καὶ θυμοειδής, σκληρῷ τε βίῳ καὶ τραχεῖ ἐνειθισμένος, πόνοις τε ἀντέ- 3 χων ῥᾷστα· νοῆσαί τε ὀξύς, καὶ τὸ νοηθὲν ἐπιτελέσαι ταχύς. οὗτος τοίνυν παρὰ τῶν ἀγγελλόντων πυνθανόμενος τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μετέωρον φερομένην ἁρπάσαι, καταγνοὺς τοῦ μὲν ῥᾳθυμίαν, τοῦ δὲ δυσπραγίαν τοῖς πράγμασιν. 4 Ἀνέπειθε δὲ αὐτὸν ὀνείρατα τοιαύτην τινὰ ἐλπίδα ὑποσημαίνοντα, χρησμοί τε καὶ ὅσα εἰς πρόγνωσιν τῶν μελλόντων σύμβολα φαίνεται. ἅπερ πάντα ἀψευδῆ καὶ ἀληθῆ τότε πιστεύεται, ὅταν εἰς τὴν ἀπό- 5 βασιν εὐτυχηθῇ. τὰ μὲν οὖν πολλὰ εἰς τὸ ῥηθὲν αὐτός τε συγγράψας ἐν τῷ καθ' αὐτὸν βίῳ, καὶ δημοσίαις ἀνέθηκεν εἰκόσι. τὸ δ' οὖν τελευταῖον καὶ μέγιστον, ὅπερ αὐτῷ καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ὑπέφαινεν, ὄναρ, οὐδ' ἡμῖν παραλειπτέον. 6. κατὰ γὰρ καιρὸν ὃν ἀπηγγέλη Περτίναξ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, μετὰ τὸ προσελθεῖν καὶ θῦσαι ὁ Σεβῆρος, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς Περτίνακος βασιλείας ὅρκον ἀφοσιώ-

σαμένος

σασθαι, ἐπανελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, ἑσπέρας καταλαβούσης εἰς ὕπνον κατηνέχθη, μέγαν καὶ γενναῖον ἵππον βασιλικοῖς φαλάροις κεκοσμημένον ᾠήθη βλέπειν, φέροντα ἐποχούμενον τὸν Περτίνακα διὰ μέσης τῆς ἐν Ῥώμῃ ἱερᾶς ὁδοῦ. 7 ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀγορᾶς ἐγένετο, ἔνθα ἐπὶ τῆς δημοκρατίας πρότερον ὁ δῆμος συνιὼν ἐκκλησίαζεν, ᾠήθη τὸν ἵππον ἀποσεῖσαι μὲν τὸν Περτίνακα καὶ ῥῖψαι· αὐτῷ δὲ ἄλλως ἑστῶτι ὑποδῦναί τε αὐτὸν, καὶ ἀράμενον ἐπὶ τοῖς νώτοις, φέρειν τε ἀσφαλῶς καὶ στῆναι βεβαίως ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς μέσης, εἰς ὕψος ἄραντα τὸν Σεβῆρον, ὡς ὑπὸ πάντων ὁρᾶσθαί τε καὶ τιμᾶσθαι. 8 μένει δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ ἡ τοῦ ὀνείρατος εἰκὼν μεγίστη, χαλκοῦ πεποιημένη. 9 Οὕτω τοίνυν ὁ Σεβῆρος ἀρθεὶς τὴν γνώμην, ἐλπίζων τε θείᾳ προνοίᾳ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν καλεῖσθαι, ἀπόπειραν ἐποιεῖτο τῆς τῶν στρατιωτῶν γνώμης. 10. τὰ μὲν πρῶτα, κατ᾽ ὀλίγους, ἡγεμόνας τε καὶ χιλιάρχας τούς τε ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἐξέχοντας οἰκειούμενος, καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς τῶν

prehensus, videt per quietem magnum quendam ac generosum equum ornatum phaleris imperialibus, qui Pertinacem ipsum per vrbem veheret media sacra via. Sed vbi ad ipsum fori peruenit ingressum, in quē olim liber populus frequens conueniebat, visus est excussisse Pertinacem equus, atque abiecisse humi, proximeque astanti Seuero tergum substernere, eumque perferre sublimem tuto in forum medium, conspicuum venerabundæ multitudini. manet autem adhuc huius imago somnii eodem ipso in loco ingens, ex ære conflata. Ad hunc igitur modum sublatis animis Seuerus, ac se diuina prouidentia solicitari ad imperium ratus, decreuit animos periclitari militum. Quare primum quidem præfectos, tribunosque, & primos militum sibi adiungens, cumque iis de Romano imperio sermones serens, abiectum id esse dictabat, exi-

stente

ſtente nullo per quem fortiter atque ex dignitate gubernaretur. Inuehens præterea in prætorianas cohortes, quæ ſacramentum militare ciuili imperatorioque ſanguine polluiſſent, vindicandam eſſe aiebat ac perſequendam Pertinacis cædem. minime ignarus, excubare adhuc memoriam Pertinacis apud Illyricos exercitus. quoniam ſub imperatore Marco multa illius ductu aduerſus Germanos trophæa excitauerant: & cum præfectus Illyrico foret, nullum non exemplum virtutis in prælio oſtentauerat: beneuolentiam porro, ac probitatem, ad hæc ciuile moderatumque imperium ſociis præſtiterat. Quocirca memoriam eius principis colentes, tantam in illum editam crudelitatem indigniſſime ferebant. Hanc igitur Seuerus occaſionem arripiens, facile eos quo vellet adducebat: ſimulans non ſe quidem imperium quærere, aut ſummam poteſtatem affectare, ſed ire vltum

Ῥωμαίων διαλεγόμενος· ὡς παντάπασιν ἔρριπται, οὐδενὸς ὄντος τοῦ γενναίως ἢ κατ' ἀξίαν αὐτὴν διοικοῦντος. 11 διέβαλλε δὲ τοὺς ἐν Ῥώμῃ στρατιώτας ὡς ἀπίστους, καὶ βασιλείῳ καὶ ἐμφυλίῳ αἵματι μιάναντας τὸν ὅρκον. ἔλεγέ τε δεῖν ἐπαμῦναι καὶ ἐπεξελθεῖν 12 τῷ Περτίνακος φόνῳ. ᾔδει δὲ πάντας τοὺς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν στρατιώτας μεμνημένους τῆς Περτίνακος ἡγεμονίας. ὑπὸ γὰρ Μάρκῳ βασιλεύοντι πολλὰ ἐγείρας σὺν αὐτοῖς κατὰ Γερμανῶν τρόπαια, στρατηγός τε καὶ ἡγεμὼν τῶν Ἰλλυρικῶν καταστὰς, ἀνδρείαν μὲν πᾶσαν ἐν ταῖς μάχαις πρὸς τοὺς πολεμίους ἐπεδεδείξατο, εὔνοιαν δὲ καὶ χρηστότητα, μετὰ σώφρονος καὶ ἐπιεικοῦς ἐξουσίας, τοῖς ἀρ- 13 χομένοις παρέσχετο. ὅθεν αὐτοῦ τὴν μνήμην τιμῶντες, ἐπὶ τοῖς οὕτως ὠμῶς κατ' αὐτοῦ τετολμημένοις ἠγανάκτουν.

14. Ταύτης δὴ τῆς προφάσεως λαβόμενος ὁ Σεβῆρος, εὐμαρῶς αὐτοὺς ἐφ' ἃ ἐβούλετο ὑπηγάγετο. προσποιούμενος οὐχ οὕτω τῆς ἀρχῆς ἀντιποιεῖσθαι, οὐδ' αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν μνᾶσθαι, ὡς θέλειν

θέλειν, ἐπεξελθεῖν τοιούτου βασιλέως αἵματι. ὥσπερ δὲ 15 τὰ σώματα οἱ ἐκεῖσε ἄνθρωποι γενναιότατοί τε καὶ μεγάλοι εἰσὶ, καὶ πρὸς μάχας ἐπιτήδειοι καὶ φονικώτατοι· οὕτω καὶ τὰς διανοίας παχεῖς, καὶ μὴ ῥᾳδίως συνεῖναι δυνάμενοι, εἴ τι μετὰ πανουργίας ἢ δόλου λέγοιτο ἢ πράττοιτο. πιστεύσαντες 16 γοῦν τῷ Σεβήρῳ προσποιουμένῳ χαλεπαίνειν, καὶ θέλειν ἐπεξελθεῖν τῷ Περτίνακος φόνῳ, ἐπιδιδόασιν αὑτοὺς, ὡς αὐτοκράτορά τε ἀποδεῖξαι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίσαι. ὁ δ᾽ ὡς ἔγνω τὴν τῶν 17 Παιόνων γνώμην, διέπεμψε καὶ εἰς τὰ γειτνιῶντα ἔθνη, καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἄρχοντας τῶν ὑπ᾽ ἄρκτῳ Ῥωμαίοις δουλευόντων ἐθνῶν· μεγάλαις τε πάντας ὑποσχέσεσι καὶ ἐλπίσιν ἀναπείθων, ῥᾳδίως ὑπηγάγετο. 18. ἱκανώτατος δ᾽ ἦν πάντων ἀνθρώπων μάλιστα προσποιήσασθαί τε καὶ πιστώσασθαι εὔνοιαν, μήτε ὅρκου φειδόμενος, εἰ δέοι τούτου καταφρονῆσαι, ψευσάμενος πρὸς τὸ χρειῶδες· διά τε γλώττης προΐετο ὅσα μὴ ἔφερεν ἐπὶ γνώμης.

sanguinem tanti principis. Nam vt eius regionis homines corporibus vtuntur prævalidis atque proceris, & in pugnam cædemque paratissimis; ita pingui sunt ingenio: quare haud facile sentiunt siquid agas dicasve astute ac subdole. Quocirca quum fidem fecisset Seuerus, cædem se Pertinacis persequi velle, ita sibi vniuersos conciliauit, vt imperator diceretur, summamque ab eis acciperet potestatem. Sed vbi Pannoniorum animos explorauit; statim vicinarum quoque gentium præsides, quæcunque Romano subiacent imperio, magnis illexit præmiis. Erat autem Seuerus; vnus omnium mortalium ad amorem simulandum maxime factus: sic vt ne iusiurandum quidem fallere dubitaret, si ita vsus posceret: longeque aliud in lingua promptum quam in animo reconditum gerebat.

10. Igitur Illyrico omni rectoribusque prouinciarum per literas insinuatus, collectisque vndecunque militibus, ac suscepto *Pertinacis* cognomine, quod non Illyricis modo sed Romano etiam populo gratissimum fore suspicabatur, conuocatis omnibus in campum, ita pro suggestu locutus dicitur: *Quantum vel fidei, vel religionis erga deos, per quos iurati estis, quantumque honoris imperatoribus exhibeatis, quos adeo veneramini, facile ostenditis, milites, quum tantopere indignamini cohortes vrbanas, pompa magis quam virtutis administras, adeo fœdum facinus perpetrasse. Ac mihi quidem in votis est nunc primum tantam spem auspicanti (nam profecto scitis quam semper audiens dicto principibus fuerim) perducere ad exitum, atque explicare quæ vobis cordi sunt: neque Romanum imperium abiectum pati, quod quidem apud maiores summa semper autoritate ge-*

1 Θεραπεύσας οὖν διὰ γραμμάτων πάντας τοὺς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν ἅμα καὶ ἄρχοντας, προσηγάγετο αὐτούς. 2 ἀθροίσας δὲ τοὺς πανταχόθεν στρατιώτας, ἀντὶ Σεβήρου τε ἑαυτὸν Περτίνακα ὀνομάσας (ὅπερ οὐ μόνον ἤλπιζε τοῖς Ἰλλυρικοῖς εἶναι κεχαρισμένον, ἀλλὰ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων, διὰ τὴν ἐκείνου γνώμην) συγκαλέσας τε αὐτοὺς εἰς τὸ πεδίον, καὶ βήματος αὐτῷ ἀρθέντος, ἀνελθὼν ἔλεξε 3 τοιάδε. Τὸ πιστὸν ὑμῶν, καὶ πρός τε θεοὺς σεβάσμιον, οὓς ὄμνυτε, πρός τε βασιλέας τίμιον, οὓς αἰδεῖσθε, δεδηλώκατε δι' ὧν ἀγανακτεῖτε ἐφ' οἷς οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην στρατιῶται, πομπῆς μᾶλλον ἢ ἀνδρείας ὑπηρέται, ἐτόλμησαν. 4 κἀμοὶ δὲ δι' εὐχῆς ὄντι, πρότερον μὲν οὐδ' ἄλλοτε ἀντιποιησαμένῳ τοιαύτης ἐλπίδος (ἴστε γάρ μου τὸ πρὸς τοὺς βασιλεύσαντας πειθήνιον) νῦν δὲ ἐπὶ τέλος τε ἀγαγεῖν, καὶ ἀνύσαι ταῦτα ἅπερ ἐστὶν ὑμῖν κεχαρισμένα, τήν τε Ῥωμαίων ἀρχὴν μὴ περιιδεῖν ἐρριμμένην, ἣ πρότερον μέν, μέχρι καιρῶν σεμνο-

προ-

πρεπῶς διοικουμένη, σεβάσμιος ἐφαίνετο· εἰς Κόμμοδον δὲ μεταπεσοῦσα, εἰ καί τινα ὑπ' ἐκείνου διὰ νεότητα ἐπλημμελεῖτο, ἀλλ' οὖν τῇ εὐγενείᾳ καὶ τῇ τοῦ πατρὸς μνήμῃ ἐπεσκιάζετο· καὶ πλέον ἦν ἐν αὐτῷ τὸ ἐλεούμενον ἐφ' οἷς ἐσφάλλετο, ἢ τὸ μισούμενον. 6 ἐπεὶ τὰ πλεῖστα τῶν γινομένων οὐκ εἰς ἐκεῖνον ἀνεφέρομεν, ἀλλ' εἰς τοὺς περὶ αὐτὸν κόλακάς τε καὶ οὐ πρεπόντων ἔργων ὁμοῦ συμβούλους τε καὶ ὑπηρέτας. 7 ἐπεὶ δὲ εἰς σεμνὸν πρεσβύτην, οὗ τῆς ἀνδρείας τε καὶ χρηστότητος ἔτι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν μνήμη ἐνέστακται, περιῆλθεν ἡ ἀρχή· οἱ δὲ οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλὰ τοιοῦτον ἄνδρα φόνῳ ὑπεσκευάσαντο. 8 τῆς δὲ γῆς καὶ θαλάττης τοσαύτην ἀρχὴν ὠνησάμενός τις αἰσχρῶς, πρός τε τοῦ δήμου (ὡς ἀκούετε) μεμίσηται, πρός τε τῶν ἐκεῖ στρατιωτῶν, οὓς ἐψεύσατο, οὐκ ἔτι πιστεύεται. 9 ὧν, εἰ καὶ ἔμελλον ὑπὲρ αὐτοῦ παρατάξασθαι, μετ' ἀνοίας καὶ πλήθει σύμπαντες

stum, venerandum omnibus videbatur: postea vero quam ad Commodum recidit, etsi ob illius adolescentiam saepenumero impegit, attamen omne vitium cum ipsius principis nobilitate, tum sanctissimi parentis memoria obumbrabatur. Neque tam errata illius odium, quam misericordiam emerebantur. quippe non tam ipsi quae gerebantur quam assentatoribus imputabamus, caeterisque malarum artium consultoribus atque ministris: donec ad sanctissimum illum senem, cuius adhuc virtutis & probitatis nostris mentibus memoria residet, delatum fuit imperium. Quem tamen tantum abest ut tolerare illi potuerint, ut caede etiam nefaria talem virum e medio sustulerint. Post hunc autem terra marisque imperium nescio quis turpissime auctionatus, & populo (quemadmodum auditis) invisus est, & milites ipsos, quibus imposuit, parum fidos habet. Qui tamen si etiam defensuri illum forent, attamen neq; numero universi,

neque virtute singuli conferendi sunt vobis. Ad hæc bellica vos negotia exercuerunt. nam & cum barbaris pedem conferre, & labores omnes perferre, & algores æstusque despicere, & concreta gelu calcare flumina, & potare effossos latices, non haustos, & venatu inuigilare consueuistis. omnia denique ad virtutem adepti viatica: sic vt nemini facile sit vestris obsistere viribus. Etenim labore miles probatur, non mollitudine: qua illi exsaturati atque enutriti, ne vocem quidem vestram, nedum pugnam poterunt sustinere. Quod si cui Syriæ res formidabiles videntur, is vel ex eo cogitet quam imbecilla sint quamque tenui spe nitantur, quod neque adhuc progredi quoquam, neque de vrbe petenda deliberare ausi, sedesque illas boni consulentes, delicias in diem quæsitas lucrum esse ambiguæ potestatis arbitrantur. Est autem ad ioca & cauilla imprimis

καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον ἐν ἀνδρείᾳ προύχετε· ἀσκήσει τε πολε- 10 μικῶν ἐγγεγύμνασθε· ὑμεῖς μὲν ἀεὶ βαρβάροις ἀντιτατ-τόμενοι, καὶ φέρειν πόνους πάντας πορείας, κρύους τε καὶ θάλπους καταφρονεῖν, ποταμούς τε πηγνυμένους πατεῖν, καὶ πίνειν ὀρυττόμενον ἀλλ' οὐκ ἀνιμώμενον ὕδωρ εἰθισμένοι, 11 θήραις τε ἐγγεγύμνασθε. καὶ πάντως ὑμῖν εἰς ἀνδρείαν ὑπάρχει γενναῖα ἐφόδια. ὡς μηδὲ εἰ βουληθείη τις, δύνα- 12 σθαι ὑμῖν ἀντιστῆναι. δοκίμιον δὲ στρατιωτῶν, κάματος, ἀλλ' οὐ τρυφή, ἧπερ ἐκεῖνοι ἐγκραιπαλῶντές τε καὶ ἐναυξηθέντες, οὐδ' ἂν τῆς βοῆς ὑμῶν ἀνάσχοιντο, οὔτι γε τῆς μάχης. 13 Εἰ δέ τινες τὰ κατὰ Συρίαν ὑποπτεύοιεν πράγματα, ἐντεῦθεν ἂν τεκμήραιντο ἀσθενῆ τε ὄντα, καὶ φαύλας ἔχοντα τὰς ἐλπίδας, ὅπου μηδὲ προελθεῖν τῆς αὐτῶν χώρας ἐτόλμησαν, μηδέ τι περὶ τῆς εἰς Ῥώμην ἀφόδου βουλεύσασθαι ἐθάῤῥησαν, ἀγαπητῶς ἐκεῖ μένοντες· καὶ ἐφήμερον τρυφὴν, κέρδος τῆς οὔπω βεβαίας ἀρχῆς νομίζουσιν. 14. ἐπὶ μὲν γὰρ τὸ

χαριέντως καὶ μετὰ παιδιᾶς ἀποσκῶψαι ἐπιτήδειοι Σύροι, καὶ μάλιστα οἱ τὴν Ἀντιόχειαν οἰκοῦντες, φασὶ περὶ τὸν Νίγρον ἐσπουδακέναι· τὰ δ' ἄλλα 15 ἔθνη καὶ αἱ ἄλλαι πόλεις, μέχρι νῦν, τῷ μηδένα εὑρίσκεσθαι τὸν ἄξιον τῆς ἀρχῆς ἐσόμενον, σπάνει τοῦ μετ' ἀνδρείας καὶ σώφρονος διοικήσεως ἄρξοντος, ἐκείνῳ δηλονότι προσποιοῦνται ὑπακούειν. εἰ 16 δὲ τήν τε Ἰλλυρικὴν δύναμιν ἅμα χειροτονήσασαν μάθοιεν, τό, τε ἡμέτερον ὄνομα πύθοιντο, (οὐκ ἄγνωστον οὐδ' ἄσημον παρ' αὐτοῖς ὑπάρχον, ἐξ ὧν ἡγεμονεύοντες ἐκεῖσε διῳκήσαμεν) εὖ ἴστε, οὔτε ἐμοῦ 17 ῥᾳθυμίαν ἢ ἀδρανίαν καταγνώσονται, οὔτε τὸ ὑμέτερον γενναῖον καὶ πρὸς τὰς μάχας ἐμβριθὲς ὑποστῆναι αἱρήσονται, καὶ σωμάτων μεγέθεσι καὶ πόνων ἀσκήσεσι καὶ ἐν τῇ συστάδην μάχῃ πολὺ ὑμῶν ἀπολιπόντες. 18. φθάσωμεν οὖν τὴν Ῥώμην προκαταλαβόντες, ἔνθα ἡ βασίλειός ἐστιν ἑστία· κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι, τὰ λοιπὰ εὐμαρῶς διοικήσομεν, θείαις τε προρρήσεσι πιστεύοντες, καὶ τῇ τῶν ὑμετέρων ἀνδρείᾳ ὅπλων τε

factum Syrorum genus: tum qui Antiochiam colunt, ii studere Nigro potissimum creduntur. Nam gentes reliquae & ciuitates, cum adhuc neminem imperio dignum aspiciant, quique sit Rempub. fortiter moderateque gesturus, ei scilicet obedire se tandem simulant. Quod si ab Illyrico exercitu ducem creatum cognouerint, simulque nostrum nomen inaudierint (non obscurum sane apud ipsos neque ignoratum: quippe illic etiam cum imperio praefuimus) neque me profecto desidiae aut torporis arguerint, neque vestrum exceptare impetum, aut bellicã virtutem volent experiri: praesertim quum & corporum proceritatibus, & armorum exercitationibus, & cõferenda manu longe vobis impares habeantur. Quare occupemus quamprimũ Romã, larem ipsũ imperii: reliqua deinde facile expedituri, cum deorum oraculis, tum armorum corporumque vestrorum

viribus confidentes. Hæc locutum Seuerum faustis acclamationibus milites exceperunt, Augustum, Pertinacemque appellantes: studiumque in eum propensum atque egregiam voluntatem pollicebantur.

19 καὶ σωμάτων. Τοιαῦτα εἰπόντα τὸν Σεβῆρον εὐφημήσαντες οἱ στρατιῶται, καλοῦντες Σεβαστὸν καὶ Περτίνακα, πᾶσαν ἐνεδείκνυντο προθυμίαν καὶ σπουδήν.

XI. AT Seuerus, nihil procrastinandum ratus, armari quam expeditissime iubet, iterque ad vrbem edicit. distributisque viritim cibariis, omnique viatico, nihil sibi ad celeritatem facit reliqui, nullis interquiescens locis: ac vix residere tantisper milites passus, donec à nimia itineris contentione respirarent. Ipse inter primos laborans, viliq; tabernaculo vtens, cibum potumque eundem quem etiam cæteri milites, capiebat: nihil vnquam imperatoriæ luxuriæ, nihil deliciarum ostentans: sic vt acceptior in dies militibus fieret. Nam quũ laborũ omnium non modo particeps, sed princeps etiam autorque foret, adeo cunctis venerabilis erat, vt nihil non pro

1 Ὁ δὲ Σεβῆρος, μηδένα διδοὺς καιρὸν ἀναβολῆς, συσκευάσασθαί τε αὐτοὺς ὡς ἔνι μάλιστα εὐτελέστατα ἐκέλευσε, τήν τε εἰς τὴν Ῥώμην ἔξοδον ἐπήγγειλε· νομάς τε αὐτοῖς διδοὺς καὶ ἐφόδια, τῆς ὁδοιπορίας εἴχετο. 2 συντόνῳ δὲ σπουδῇ καὶ γενναίοις πόνοις τὴν ὁδὸν ἐπετάχυνε, μήτε που ἐνδιατρίβων, μήτε διδοὺς καιρὸν ἀναπαύλης, εἰ μὴ τοσοῦτον, ὅσον ὀλίγον τοὺς στρατιώτας ἀναπνεύσαντας 3 ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ· ἐκοινώνει δὲ τῶν καμάτων αὐτοῖς, σκηνῇ τε χρώμενος εὐτελεῖ, καὶ σιτία καὶ ποτὰ προσφερόμενος ὅσα καὶ πᾶσιν ὑπάρχειν ἠπίστατο. 4 οὐδαμοῦ δὲ τρυφὴν ἐνεδείκνυτο βασιλικήν. ὅθεν καὶ μείζονα παρὰ τῶν συστρατιωτῶν εὔνοιαν ἐπεσπάσατο. οὐ γὰρ μόνον αὐτὸν συμπονοῦντα, ἀλλὰ καὶ τῶν καμάτων ἄρχοντα οἱ στρατιῶται αἰδούμενοι, μετὰ

προ-

προθυμίας πάντα ἔπραττον. ὁ δὲ, τὴν Παιονίαν διαδραμὼν, 5 ἐπέστη τοῖς τῆς Ἰταλίας ὄροις· καὶ τὴν φήμην φθάσας, πρότερον ὤφθη τοῖς ἐκεῖσε παρὼν βασιλεὺς ἢ ἀφιξόμενος ἠκούσθη. δέος τε μέγα τὰς 6 Ἰταλιώτιδας πόλεις κατελάμβανε, πυνθανομένας τοσούτου ἔφοδον στρατοῦ. οἱ γὰρ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἄνθρωποι, ὅπλων καὶ πολέμων πάλαι ἀπηλλαγμένοι, γεωργίᾳ καὶ εἰρήνῃ προσεῖχον. Ἐς ὅσον μὲν 7 γὰρ ὑπὸ δημοκρατίας τὰ Ῥωμαίων διῳκεῖτο, καὶ ἡ σύγκλητος ἐξέπεμπε τοὺς τὰ πολεμικὰ στρατηγήσοντας, ἐν ὅπλοις Ἰταλιῶται πάντες ἦσαν, καὶ γῆν καὶ θάλατταν ἐκτήσαντο, Ἕλλησι πολεμήσαντες καὶ βαρβάροις· οὐδέ τι ἦν γῆς 8 μέρος, ἢ κλίμα οὐρανοῦ, ὅπου μὴ Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν ἐξέτειναν. ἐξ οὗ δὲ εἰς τὸν Σεβα- 9 ςὸν περιῆλθεν ἡ μοναρχία, Ἰταλιώτας μὲν πόνων ἀνέπαυσε, καὶ τῶν ὅπλων ἐγύμνωσε, φρούρια δὲ καὶ στρατόπεδα τῆς ἀρχῆς προυβάλετο, μισθοφόρους ἐπὶ ῥητοῖς σιτηρεσίοις στρατιώτας καταστησάμενος, ἀντὶ τείχους τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς.

illo cupidissime facturi viderentur. Postea vero quam emensa Pannonia ipsos Italiæ montes insedit, famamque sui præueniens, prius coram conspectus est quam aduentare auditum fuerat. magnus scilicet omnes Italiæ ciuitates tanto conspecto exercitu metus inuasit: quippe homines in Italia iampridem ab armis belloque remotissimi, agros pacemque colebant. Etenim quamdiu libera ciuitas egit, atque à senatu belli duces eligebantur, fuere in armis semper Italiæ nationes, Græcisque & barbaris subactis, terræ sibi marisque imperium pepererunt. neque vlla orbis terrarum pars aut cæli tractus fuit, quo non vires suas Romanorum arma protulerint. Postea vero quam Augustus rerum potitus est, & laborem Italis ademit, & arma detraxit: milites tantum quosdam certis autoramentis habuit mercenarios, qui Romanũ tuerentur imperium.

tum fluuiorum magnitudine atque fossarum, montibusque asperrimis, desertisque locis atque imperuiis circumseptos imperii limites communiuit. Quocirca merito omnes, postquam aduentare Seuerum cum tanto milite audiuerunt, insueta re perterriti, quum neque stare contra, neque prohibere auderent, ibant obuiam laureati, portisque cum patentibus excipiebāt. Ille tamdiu locis singulis immoratus quandiu aut sacra faceret aut populos alloqueretur, Romam è vestigio pergebat. Quæ vbi Iuliano nuntiata sunt, actum de se prorsus existimauit. Nam & exercitus Illyrici potentiam multitudinemque audiebat, & populo parum fidebat, cui se cernebat inuisum: neque satis magnam spem in militibus habebat, quos videlicet fefellisset. Itaque collectas vndique pecunias, partim suas, partim ab amicis acceptas, tum quascunque in templis aliisque locis publice inuenisset, diuidere militibus instituit, vt eo pacto illorum beneuolentiam redimeret. Sed ei,

ποταμῶν τε μεγέθεσι καὶ τάφρων, ἢ ὀρῶν περιβλήμασιν, ἐρήμῳ τε γῇ καὶ δυσβάτῳ φράξαντες τὴν ἀρχὴν, ὠχυρώσαντο. 10 ὅθεν τὸν Σεβῆρον προσιόντα πυνθανόμενοι τότε μετὰ τοσούτου στρατοῦ, εἰκότως ἐταράττοντο τῷ ἀήθει τοῦ πράγματος. 11 οὔτε δὲ ἀντιστῆναι ἢ κωλῦσαι ἐτόλμων. ὑπήντων δὲ δαφνηφοροῦντες, καὶ πύλαις ἀναπεπταμέναις ἐδέχοντο· ὁ δὲ τοσοῦτον ἀνεπαύετο, ὅσον καλλιερῆσαί τε καὶ τοὺς δήμους προσειπεῖν· εἰς δὲ 12 τὴν Ῥώμην ἠπείγετο. Ὡς δὲ ταῦτα τῷ Ἰουλιανῷ ἀπηγγέλλετο, ἐν ἐσχάτῃ ἀπογνώσει ἦν, τοῦ μὲν Ἰλλυρικοῦ στρατοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὸ πλῆθος ἀκούων· οὔτε δὲ τῷ δήμῳ πιστεύων, ἐπεὶ μεμίσητο· οὔτε τοῖς στρατιώταις θαρρῶν, οὓς 13 ἐψεύσατο. χρήματα δὴ πάντα ἀθροίζων τά τε αὐτοῦ καὶ παρὰ τῶν φίλων, καὶ εἴ τινα ἦν ἐκ δημοσίων ἱερῶν καὶ τόπων λαμβάνων, τοῖς στρατιώταις διανέμειν ἐπειρᾶτο, ὡς ἂν κτήσαιτο τὴν εὔνοιαν αὐτῶν. 14. οἱ δὲ,

καὶ τοὺς

καίτοι μεγάλα λαμβάνοντες, χάριν οὐκ ᾔδεσαν. ὄφλημα γὰρ αὐτὸ ἀποτίνειν, ἀλλ' οὐ δωρεὰν διανέμειν ἐλογίζοντο. Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς, καίτοι συμβουλευόντων αὐτῷ τῶν φίλων ἐξαγαγεῖν τὸ στρατιωτικὸν, καὶ τὰ στενὰ τῶν Ἄλπεων προκαταλαβεῖν. (μέγιστα ἐκεῖνα ὄρη, καὶ οἷα οὐκ ἄλλα ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γῇ, ἐν τείχους σχήματι πρόκειται, καὶ περιβέβληται Ἰταλίας· καὶ τοῦτο μετὰ τῆς ἄλλης εὐδαιμονίας παρασχούσης τῆς φύσεως Ἰταλιώταις, ἔρυμα ἄρρηκτόν τε καὶ αὐτῶν προβεβλῆσθαι ἀπὸ τῆς ἀρκτῴας θαλάσσης ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν βλέπουσαν διῆκον) ἀλλ' οὐδὲ τῆς πόλεως προελθεῖν Ἰουλιανὸς ἐτόλμα· διέπεμπέ τε, τῶν στρατιωτῶν δεόμενος ὁπλίζεσθαί τε καὶ γυμνάζεσθαι· περὶ δὲ τῆς πόλεως τάφρους διορύττειν· καὶ τὴν πρὸς Σεβῆρον μάχην ὡς ἐν τῇ πόλει ποιησόμενος παρεσκεύαζε. τούς τε ἐλέφαντας πάντας, οὓς εἰς πομπὴν ὑπηρετῶν ἐπὶ νώτων φέρειν ἐπειρᾶτο παιδεύειν. οἰόμενος οὕτως ἐκπλήξειν τούς τε Ἰλλυρικοὺς

tametsi multa magnaque acceperant, nullam tamen habebant gratiam, persolui debitum sibi, non dari munus aliquod, interpretantes. 15 Cæterum suadentibus amicis Iuliano, vt exercitum educeret, atque Alpium angustias occuparet, (sunt autem Alpes, altissimi montes, 16 quales in his regionibus nulli, porrecti ad muri formam, circundatique Italiæ: quasi ad reliquam regionis eius felicitatem hunc etiam quasi cumulum natura addiderit, vt munitionem haberet inexpugnabilem, pertingentem scilicet à septentrionali ad id mare quod ad meridiem spectat) non ausus tamen ille vrbe egredi, supplicatum militibus mittebat, vti arma caperent, exercerentque se ac fos-17 fas ante vrbem ducerent: omnemque belli apparatum in ipsa demum vrbe expediebat. Siquidem elephantos quoque, quos ad pompam institutos habe-18 bat, insuefacere conabatur sessorem pati: ratus Illyricos

milites equosque eorum perterritum iri facie magnitudineque beluarum, quales antea nullas aspexissent. Totaque ciuitas armis fabricandis, bellicisque instrumentis conficiendis erat intenta.

καὶ τὴν τῶν πολεμίων ἵππον διαταράξειν ὄψει καὶ μεγέθει θηρίων μὴ πρότερον αὐτοῖς 10 ἑωραμένων. τότε δὴ πᾶσα ἡ πόλις ὅπλα εἰργάζετο, καὶ τὰ πρὸς πόλεμον παρεσκευάζετο.

12. SEd cunctantibus adhuc Iuliani militibus ac se comparantibus ad bellum, nuntiatur adesse iam Seuerus. Is multos è militibus suis sparsim dimiserat, qui clam Romam proficiscerentur: quare alii aliis itineribus noctu ingressi vrbem, protectis armis habitu paganorum operiebantur. Iamque intus hostis erat, supino adhuc Iuliano & quid ageret ignaro. Quæ vbi populus intellexit, cunctis metu perculsis ac Seueri potentiam formidantibus, sentire iam se cum illo simulabat: & Iulianum quidem, quod imbellis, Nigrum, quod lentus atque iners, vituperantes, Seuerum ipsum iam aduentantem

1 ΜΕλλόντων δὲ τῶν Ἰουλιανοῦ στρατιωτῶν ἔτι, καὶ τὰ πρὸς πόλεμον ἕτοιμα ποιουμένων, ἀγγέλλεται ὁ Σεβῆρος ἤδη προσιών. καὶ πολὺ τοῦ στρατεύματος μέρος διασκεδάσας ἐκεῖνος, κελεύει παραδύεσθαι εἰς τὴν πόλιν. 2 οἱ δὲ, κατὰ πάσας ὁδοὺς διανείμαντες αὑτούς· πολλοὶ δ' εἰς Ῥώμην νύκτωρ λανθάνοντες εἰσῄεσαν, τὰ ὅπλα ἐπικρύπτοντες, ἐν ἰδιωτῶν 3 σχήματι. καὶ ἤδη οἱ πολέμιοι ἔνδον ἦσαν, τοῦ Ἰουλιανοῦ ἔτι ὑπτιάζοντος καὶ τὰ πραττόμενα 4 ἀγνοοῦντος. ἐπεὶ δὲ ταῦτα διέπυστο τῷ δήμῳ, ἐγίνετο, ἐν ταραχῇ πολλῇ πάντες ἦσαν· καὶ δεδιότες τὴν δύναμιν τοῦ Σεβήρου, τὰ ἐκείνου φρονεῖν προσεποιοῦντο, τοῦ μὲν Ἰουλιανοῦ καταγινώσκοντες ἀνανδρίαν, τοῦ δὲ Νίγρου μέλλησίν τε καὶ ῥαθυμίαν. τὸν δὲ Σεβῆρον ἀκούοντες

ἤδη

ἤδη παρόντα ἐθαύμαζον. Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς, πολλῇ κατα- 5 λαμβανόμενος ἀφασίᾳ τε καὶ ἀπορίᾳ, ὅπως χρήσηται τοῖς πράγμασιν οὐκ εἰδὼς, ἀθροισθῆναι κελεύσας τὴν σύγκλητον, καταπέμπει τε γράμματα, δι' ὧν ἐσπένδετο δὴ πρὸς τὸν Σεβῆρον, καὶ αὐτοκράτορα ἀναδείξας, κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἐποιεῖτο· ἡ δὲ σύγ- 6 κλητος ἐψηφίσατο μὲν ταῦτα, ὁρῶντες δὲ τὸν Ἰουλιανὸν ἀποδειλιῶντα καὶ ἐν ἀπογνώσει, τῷ Σεβήρῳ πάντες ἤδη προσετίθεντο. δύο δέ που ἢ 7 τριῶν ἡμερῶν παραδραμουσῶν, ἐπεί περ ἤδη τὸν Σεβῆρον καὶ αὐτῇ τῇ πόλει ἐπιστησόμενον ἤκουον, καταφρονήσαντες τοῦ Ἰουλιανοῦ, συνίασιν εἰς τὸ συνέδριον, τῶν ὑπάτων κελευσάντων, οἳ τὰ τῆς Ῥώμης διοικεῖν εἰώθασιν, ὁπηνίκα ἂν τὰ τῆς βασιλείας μετέωρα ᾖ. 8. συνελθόντες τοίνυν, περὶ τῶν πρακτέων ἐσκέπτοντο, τοῦ Ἰουλιανοῦ ἔτι ὄντος ἐν τῇ βασιλείῳ αὐλῇ, καὶ τὰς παρούσας ὀδυρομένου τύχας, ἱκετεύοντός τε ἐξομόσασθαι τὴν ἀρχὴν, καὶ παραχωρῆσαι πάσης τῆς δυναστείας τῷ Σεβήρῳ. 9. Ὡς δὲ ἔμαθεν ἡ σύγκλητος τὸν Ἰου-

magnopere admirabantur. Enimuero Iulianus, hæſitabundus atque inops conſilii, conuocato prius ſenatu, literas ad Seuerum mittit, quibus fœdus paciſceretur, eumque in communionem acciperet imperii. Cæterum ſenatus, etſi illa omnia decernebat, tamen vt eum pauitare deſperata ſalute animaduertit, totus iam ad Seuerum incubuerat. Biduo vero poſt triduove, audito Seuerum iam plane adeſſe, omnes contempto Iuliano in curiam conuenere, iuſſu conſulum. quippe iis curæ Romana res eſt, quoties de imperio ambigitur. Qui poſtquam frequentes affuerunt, quid facto opus eſſet, inter ſe deliberabant, manente adhuc in aula Iuliano, ac fortunam ſuam miſerante, ſuppliciterque rogante, vt ſibi eiurare imperium liceret, omnemque eam poteſtatem Seuero tranſcribere. Sed vbi intellexit ſenatus pauidum Iulianum,

lianum, perterritos corporis custodes, ipsum pene ab omnibus destitutum, decreta illius nece, Seuerum imperatorem declarant. Tum legatos ad eum mittunt, partim qui magistratum obtinerent, partim qui maximam haberent in senatu autoritatem, vt omnes illi honores augustorum deferrent. Occidendi autem Iuliani datur vni è tribunis negotium. Is imbellem miserumque senem, qui sibi ipse tam infelicem exitum propria pecunia emisset, desertum iam destitutumque ab omnibus, inter fœdissimas complorationes trucidauit.

λιανὸν οὕτω καταπεπληχότα, τῶν δὲ δορυφόρων φρουρὰν διὰ δέος τοῦ Σεβήρου αὐτὸν ἐγκαταλιπόντων, ψηφίζεται τὸν μὲν ἀναιρεθῆναι, ἀποδειχθῆναι δὲ μόνον αὐτοκράτορα τὸν Σεβῆρον. 10 πρεσβείαν τε πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπουσιν ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχαῖς ὄντων καὶ τῶν ἐξοχωτάτων τῆς βουλῆς, πάσας αὐτῷ προσφέρειν τὰς σεβασμίους τιμάς. 11 ἐπὶ δὲ τὸν Ἰουλιανὸν εἷς τῶν χιλιαρχούντων ἀναπέμπεται, ἀποκτεῖναι ἄνανδρον καὶ ἄθλιον πρεσβύτην, ἰδίοις χρήμασιν ὠνησάμενον οὕτω πονηρὸν τέλος. 12. ὁ μὲν οὖν εὑρεθεὶς ἔρημός τε καὶ ὑπὸ πάντων καταλειφθεὶς, αἰσχρῶς ὀλοφυρόμενος ἐφονεύθη.

13. QVæ ubi Seuerus audiuit, maiora iam moliens animo, consilium iniit capiendorum militum omnium quicunque Pertinacem interemissent. Datis itaque clam ad tribunos centurionesque literis, hortatur, multa pollicens, persuadeant militibus

1 ΕΠεὶ δὲ τὰ παρὰ τῆς συγκλήτου ἐδηλώθη τῷ Σεβήρῳ, ἥ τε τοῦ Ἰουλιανοῦ ἀναίρεσις, ἤρθη εἰς μειζόνων 2 πραγμάτων ἐλπίδα· καὶ σοφίσματι ἐχρήσατο ὡς ἂν χειρώσαιτο καὶ αἰχμαλώτους τοὺς τὸν Περτίνακα ἀνῃρηκότας λάβοι. 3. ἐπιστέλλει δὲ καὶ ἰδίᾳ μὲν λανθάνοντα γράμματα, τοῖς τε χιλιάρχοις καὶ τοῖς ἑκατοντάρχοις ὑπισχνούμενος μεγάλα, ὅπως πείσωσι τοὺς ἐν τῇ Ῥώμῃ στρατιώτας ὑπακούειν ἀπει-

θῶς

θῶς τοῖς ὑπὸ τοῦ Σεβήρου κελευομένοις. ἐκπέμπει δὲ καὶ 4 δήλωσιν, δι' ἧς κελεύει τὰ μὲν ὅπλα αὐτοὺς καταλιπεῖν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, πάντας δὲ ἐξελθεῖν εἰρηνικῷ σχήματι, ὥσπερ εἰώθασι θύοντος ἢ ἑορτάζοντος βασιλέως προπομπεύειν· ὀμόσαι τε εἰς τὸ Σεβήρου ὄνομα, καὶ μετ' ἀγαθῶν ἐλπίδων ἐλθεῖν, ὡς μέλλοντας τὸν Σεβῆρον δορυφορήσειν. Πιστεύσαντες δὴ οἱ 5 στρατιῶται τοῖς ἐπεσταλμένοις, πεισθέντες δὲ ὑπὸ τῶν χιλιαρχούντων, τὰ μὲν ὅπλα κατέλιπον πάντα· αὐτοὶ δὲ ἐν μόναις ταῖς πομπικαῖς ἐσθῆσι δαφνηφοροῦντες ἠπείγοντο. ἐπεὶ δὲ 6 πρὸς τῷ στρατοπέδῳ τοῦ Σεβήρου ἐγένοντο, ἠγγέλθησάν τε ἀφικόμενοι εἰς τὸ πεδίον, οὕτως αὐτοὺς ὁ Σεβῆρος συνελθεῖν κελεύει ὡς δὴ δεξιωσόμενος καὶ προσαγορεύσων. 7. ὡς δὲ ἀνελθόντα αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα προσῆλθον ὁμοθυμαδὸν εὐφημήσοντες, πάντες ὑφ' ἑνὶ συνθήματι συλλαμβάνονται. 8. προείρητο γὰρ τῷ τοῦ Σεβήρου στρατῷ, ὁπηνίκα ἂν ἴδωσιν εἰς τὸν βασιλέα ἀποβλέποντες, μετέωρόν τε τὴν γνώμην ἔχοντες, κυκλώσασθαι αὐτοὺς πολεμίῳ νόμῳ, καὶ παίειν μὲν ἢ τιτρώσκειν

vrbanis vt sibi dicto audientes sint. Ipse edictum proponit, vt relictis inter castra armis, exeant pacatorum habitu: quales procedere in pompam aut ludos celebrare consueuissent: iurentque in Seueri nomen, ac spem sibi optimam proponentes, præsto sint vt nouum imperatorem comitentur. His creditis, milites, suasu quoque tribunorum, relictis armis, pomparum habitu laureati processerũt. Sed vbi ad exercitum Seueri peruenerunt, nuntiato iam adesse; iubet in campum conuenire frequentes, quasi salutaturus ac perbenigne accepturus vniuersos. Enimuero quum ad tribunal principis accessissent, vnanimiter acclamantes, dato repente signo comprehenduntur. ita enim præceperat Seuerus, vt quum stare pendentes eos ab ore principes vidissent, circuirent vni-

vniuersos milites sui more hostium, neminemque vulnerantes aut pulsantes, tantum orbe facto clausos in medio continerent, pila duntaxat intendentes & hastas: vt scilicet metu vulnerum, nudi resistere armatis, paucique plurimis minime auderent. Quos vbi velut indagine armorum conclusos captiuosque habuit, magna voce ac turbido spiritu, ita ad eos verba fecit: *Superari vos à nobis vel sapientia, vel viribus, vel etiam numero, re ipsa videtis. Capti estis quam facillime, ac nullo ferme negotio tenemini. Quid futurum de vobis sit, in mea manu est: iam scilicet victima hic statis obnoxia nostro imperio. Si sceleri vestro debitum quaratis supplicium, nunquam sane inuenietis. sanctissimum illum senem, imperatoremque optimum, seruandum tuendumq; vobis, ipsi occidistis: Romanum imperium perpetua clarum gloria, quod maiores nostri aut virtutis aut nobilitatis*

μηδένα, συνέχειν δὲ καὶ φρουρεῖν φράξαντας ἐν κύκλῳ τοῖς ὅπλοις. τῆς τε διαβολίας καὶ τὰ δόρατα ἐπισείειν, ὡς δέει τοῦ τρωθῆναι, γυμνοί τε πρὸς ὡπλισμένους καὶ ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς μὴ μάχοιντο. 9 ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς ὥσπερ σαγηνεύσας ἐντὸς τῶν ὅπλων, δορυαλώτους εἶχε, μεγάλῃ βοῇ καὶ θυμοειδεῖ τῷ πνεύματι ἔλεξε 10 πρὸς αὐτοὺς τοιάδε. Ὅτι μὲν ὑμῶν καὶ σοφίᾳ κρείττους ἐσμὲν, καὶ δυνάμει στρατοῦ, καὶ συμμάχων πλήθει, ἔργῳ ὁρᾶτε. εἴληφθε γοῦν ῥᾳδίως, καὶ ἀκονιτί γε ἑαλώκατε· ἔστι δὲ ἐμοὶ ὅ, τι ποτ' ἂν ὑμᾶς δρᾶσαι θελήσω, καὶ πρόκεισθε ἤδη θύματα τῆς ἡμετέρας ἐξουσίας. 11 εἰ μὲν οὖν ὑμεῖς πρὸς τὰ τετολμημένα τιμωρίαν ζητεῖτε, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν δίκην τὴν ἐπιτεθησομένην ἀξίαν τῶν 12 πεπραγμένων. σεμνὸν πρεσβύτην καὶ βασιλέα χρηστὸν, ὃν ἐχρῆν σώζειν καὶ δορυφορεῖν, ἐφονεύσατε· τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ἔνδοξον οὖσαν ἀεὶ, ἣν καὶ οἱ πρόγονοι ἢ δι' ἀνδρείας ἀρετῆς ἐκτήσαντο, ἢ δι' εὐγένειαν διεδέξαντο, ταύτην αἰσχρῶς

καὶ

καὶ ἀτίμως, ὥσπερ τι τῶν ἰδιωτικῶν κειμηλίων, ἐπ' ἀργυρίῳ κατηλλάξασθε. 13 ἀλλ' οὐδὲ αὐτόν, ὃν οὕτως ἄρχοντα εἵλεσθε, φυλάξαι ἢ σῶσαι ἠδυνήθητε, ἀνάνδρως δὲ προδεδώκατε. 14 ὑπὲρ τηλικούτοις δὴ ἁμαρτήμασί τε καὶ τολμήμασι μυρίων ἄξιοι θανάτων, ἤν τις ὁρίσαι θέλοι τὴν ἀξίαν τιμωρίαν, ἐστέ. 15 ἀλλὰ τί μὲν χρὴ παθεῖν ὑμᾶς, ὁρᾶτε. ἐγὼ δὲ φείσομαι μὲν ὑμῶν, ὡς μὴ φονεῦσαι· οὔτε τὰς ὑμετέρας χεῖρας μιμήσομαι. 16 ἐπεὶ δὴ μήτε ὅσιον, μήτε δίκαιον, ἔτι βασιλέα ὑμᾶς δορυφορεῖν, καὶ ἐς τὸν ὅρκον ἀσεβήσαντας, καὶ ἐμφυλίῳ καὶ βασιλικῷ αἵματι τὰς δεξιὰς μιάναντας, τήν τε πίστιν καὶ τὸ ἐχέγγυον τῆς φρουρᾶς προδόντας· 17 τὰς δὲ ψυχὰς καὶ τὰ σώματα, δῶρον τῆς ἐμῆς φιλανθρωπίας ἕξετε· τοῖς τε περιειληφόσιν ὑμᾶς στρατιώταις κελεύω ἀποζῶσαί τε ὑμᾶς, καὶ ἀποδύσαντας εἴ τινας περίκεισθε ἐσθῆτας στρατιωτικάς, γυμνοὺς ἀποπέμπειν. 18. παραγγέλλω τε ὑμῖν ἀπιέναι ὡς πορρωτάτω τῆς Ῥώμης. ἀπειλῶ καὶ διόμνυμαι

nomine suscipiebant, hos vos turpiter fœdeque, velut aliquid ex priuatorum instrumento, quasi sectores vendidistis. Ac ne eum quidem ipsum quem sic ad imperium produxeratis, seruare saltem ac defensare ausi homines timidissimi prodidistis. Ob hæc igitur crimina ac facinora vestra mille vobis debentur mortes, siquis par noxa supplicium studeat petere. Proinde quid vos æquum pati sit, sane videtis. Ego tamen sanguine abstinebo, neque vestras imitabor manus. Sed quoniam ius fasque negat stipari à vobis iam principem, violato iureiurando, ac manibus ciuili & imperatorio sanguine pollutis, proditaque fide custodiaque: animas quidem & corpora vobis nostra largietur humanitas: porro militibus meis ita præcipio, recingant vos, ac vestimentis exutos militaribus nudosque dimittant. Vobis autem sic impero; discedatis quam longissime: edico item iuroque

ac de-

ac denuntio, capite pœnas daturum, siquis vestrum posthac intra centesimum ab vrbe lapidem conspicietur. His imperatis, e vestigio milites Illyrici concurrunt, breuesque illos gladiolos detrahunt, quos auro argentoque ornatos, in vsum pompæ suspensos habebant: tum zonis, vestituque & cæteris militiæ insignibus per vim ablatis, nudos ad vnum exautoratosque dimiserunt. Enimuero illi, proditos se videntes atque astu captos, patientiam scilicet præstabant. nam quid agerent nudi aduersus armatos, pauci aduersus plurimos? Discessere igitur complorantes sese, concessamque salutem loco muneris interpretantes: pertæsi tamen ac dolentes quod inermes egressi capiendos se turpiter ignominioseque obtulerant. Vsus item alio consilio Seuerus est. quippe metuens ne recincti exautoritatique, deploratis rebus, rursus castra repeterent, resumerentque arma, præmissos aliis itineribus ac

καὶ προαγορεύω, κολασθήσεσθαι κεφαλικῶς, εἴ τις ὑμῶν ἐντὸς ἑκατοστοῦ σημείου ἀπὸ 19 τῆς Ῥώμης φανείη. Ταῦτα κελεύσαντος αὐτοῦ, προσδραμόντες οἱ Ἰλλυρικοὶ στρατιῶται, τά τε ξιφίδια περιαιροῦσιν αὐτῶν ἃ παρῃώρηντο, τῷ ἀργυρείῳ καὶ τῷ χρυσῷ ἐς πομπὴν κεκοσμημένα· τάς τε ζώνας καὶ τὰς ἐσθῆτας, καὶ εἴ τι σύμβολον ἔφερον στρατιωτικὸν, ἀφαρπάσαντες, γυμνοὺς 20 ἐξέπεμπον. οἱ δὲ ὑπεῖκον, προδεδομένοι, καὶ σοφίσματι ἑαλωκότες. τί γὰρ ἐνῆν δρᾶσαι γυμνοῖς πρὸς ὡπλισμένους καὶ ὀλίγοις πρὸς πολλούς; ἀπῄεσαν δὴ ὀδυρόμενοι· καὶ ἠγάπων μὲν τὴν δοθεῖσαν σωτηρίαν, μετεγίνωσκον δὲ ἐπὶ τῷ ἀνόπλως ἐλθεῖν, αἰσχρῶς καὶ ἐφυβρίστως ἑαλωκότες. 21 Ἐκέχρητο δὲ καὶ ἄλλῳ ὁ Σεβῆρος σοφίσματι. δεδιὼς γὰρ μὴ ἄρα μετὰ τὸ ἀποζωσθῆναι, ἐν ἀπογνώσει γινόμενοι ἀναδράμωσιν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ τὰ ὅπλα ἀναλάβωσι, προὔπεμψε λογάδας ἐπιλέκτους ὅσους γενναιοτάτους ἠπίστατο, δι᾽ ἑτέ-

ρων

ρων ὁδῶν καὶ ἀτραπῶν· ὡς 2 λαθόντες τό, τε στρατόπεδον ἐπεισέλθοιεν ἀνδρῶν κενὸν, καὶ τὰ ὅπλα καταλαβόντες, εἰ ἐπίοιεν, ἀποκλείσαιεν αὐτούς. δίκην μὲν δὴ ταύτην ἔδοσαν οἱ τοῦ Περτίνακος φονεῖς.

2 semitis electissimos quosque & exploratissimos suorum militum, iubet clanculum vacua castra irrumpere, armisque ipsorum occupatis excludere redeuntes. Hanc igitur pœnam Pertinacis interfectores dederunt.

Ὁ δὲ Σεβῆρος σὺν παντὶ τῷ λοιπῷ στρατῷ ὡπλισμένῳ εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικνεῖται, ἔκπληξίν τε καὶ δέος, ἅμα τῇ ὄψει αὐτοῦ, τοῖς Ῥωμαίοις ἐνέβαλε, τοῖς οὕτω τετολμημένοις τε καὶ ἀτυχηθεῖσιν ἔργοις. ὁ δὲ δῆμος 2 καὶ ἡ σύγκλητος δαφνηφοροῦντες ὑπεδέχοντο, πρῶτον ἀνθρώπων καὶ βασιλέων ἀναιμωτί τε καὶ ἀκονιτὶ τοσαῦτα κατωρθωκότα. πάντα γὰρ ἐν 3 αὐτῷ ἐθαυμάζετο, μάλιστα δὲ τὸ ἀγχίνουν τῆς γνώμης, τό, τε τῶν πόνων γενναῖον, καὶ τὸ ἐς τὰ τολμώμενα ἅμα τῷ θαρραλέῳ εὔελπι. ἐπεὶ τοίνυν ὅ, τε 4 δῆμος αὐτὸν ὑποδεξάμενος εὐφήμησεν, ἥ τε σύγκλητος ἐπὶ τῆς τῆς πόλεως εἰσόδοις προσηγόρευεν, ἀνελθὼν εἰς τὸ τοῦ Διὸς τέμενος καὶ θύσας, ἐν

1 POst hæc Seuerus cum reliquo exercitu instructo armis, Romam petiit, attonitis metuentibusque pariter primo conspectu Romanis, audaciamque viri ac fortunam repetentibus animo. Quem quidem senatus populusque vniuersus laureati exceperunt, primum scilicet ex omnibus hominibus atque imperatoribus, citra sanguinem, atque adeo citra puluerem, tanti effectorem operis. Omnia porro mirabilia in illo, præcipueque ingenii acumen, laborum tolerantia, rebusque maximis aggrediundis bonam sibi spem proponens audacia. Postea vero quam eum populus faustis acclamationibus suscepit, & senatus vniuersus ad portas vrbis consalutauit, inito Iouis templo, factaque re diuina, reli- 14.

quisque item sacris ædibus de more consalutatis nouissime ad domum imperatoriam se recepit. Postridie vero curiam iniit, ibique placidus orationem habuit plenam optimæ spei: simul omnes publice priuatimque benigne complexus, *venisse in Vrbem* aiebat, *vt occisum Pertinacem vlcisceretur: daturumque operam vt status optimatium fundamenta se principe iacerentur, nullum nisi iudicio damnatum, capite bonisve mulctatum iri: non passurũ delatores: æmulum se Marci futurum gerendo imperio: neque solum Pertinacis cognomen, sed mentem quoque habiturum.* In hanc sententiam verba faciens, fauorem sibi fidemque conciliabat. Quidam tamen è maioribus natu, qui consuetum ipsius haberent ingenium, iam tum clanculum reliquis prædicebant, versipellem hunc esse hominem, nihil non astu & arte tractantem, simulatorem dissimulatoremq; idoneum. ni-

τε τοῖς λοιποῖς ἱεροῖς νόμῳ βασιλικῷ καλλιερήσας, ἀνῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια. 5 τῇ δὲ ἐπιούσῃ κατελθὼν εἰς τὴν σύγκλητον, λόγους ἐπιεικεῖς πάνυ καὶ χρηστῶν ἐλπίδων μεστοὺς ἐποιεῖτο πρὸς πάντας, καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ 6 δεξιούμενος· λέγων ἥκειν μὲν ἔκδικος τοῦ Περτίνακος φόνου, τὴν δ' ἀρχὴν παρέξειν καὶ εἴσοδον ἀριστοκρα- 7 τίας. μήτε δὲ ἄκριτόν τινα φονευθήσεσθαι ἢ δημευθήσεσθαι, μήτε συκοφαντοῦντος ἀνέξεσθαι· ἀλλὰ βαρυτάτην εὐδαιμονίαν τοῖς ἀρχομένοις παρέξειν, καὶ πάντα πράξειν εἰς ζῆλον τῆς Μάρκου ἀρχῆς· ἕξειν δὲ τοῦ Περτίνακος οὐ μόνον τοὔνομα, ἀλλὰ καὶ τὴν γνώ- 8 μην. Τοιαῦτά τινα λέγων, ὑπηγάγετο τοὺς πλείστους εἰς εὔνοιαν, καὶ πίστιν 9 ὧν ὑπισχνεῖτο. ἦσαν δέ τινες τῶν πρεσβυτέρων, καὶ γνωριζόντων αὐτοῦ τὸν τρόπον, οἳ προὔλεγον λανθάνοντες, ὅτι ἄρα εἴη ἀνὴρ πολύτροπός τις, καὶ μετὰ τέχνης εἰδὼς προσφέρεσθαι πράγμασιν· ὑποκρίνα-

σθαι

σθαί τε καὶ προσποιήσασθαι πᾶν ὁποῖον, ἱκανώτατός ἐστιν ἀνύσαι, καὶ τὸ χρειῶδες καὶ τὸ λυσιτελὲς αὐτῷ· ὅπερ ἔργῳ καὶ ὕστερον δέδεικται. 10 Διατρίψας οὖν ὀλίγον χρόνον ὁ Σεβῆρος ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ νομὰς ἐπιδιδοὺς τῷ δήμῳ, μεγαλοφρόνως τε ἐπιτελέσας, τοῖς τε στρατιώταις πολλὰ δωρησάμενος, καὶ τοὺς ἀκμαιοτάτους ἐπιλεξάμενος ἐς τὸ δορυφόρους εἶναι τῆς βασιλείας, τόπῳ τῶν ἀπεζωσμένων, ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἠπείγετο. 11 ἔτι γὰρ μέλλοντος καὶ σχολιάζοντος τοῦ Νίγρου, τῇ τε Ἀντιοχείᾳ ἐντρυφῶντος, ἐπιστῆναι μηδὲ προσδοκώμενος ἤθελεν, ὅπως ἀπαράσκευον αὐτὸν λάβοι. 12 τούς τε οὖν στρατιώτας ἐκέλευσε παρασκευάζεσθαι πρὸς τὴν ἔξοδον, συνεκρότει τε καὶ πανταχόθεν στράτευμα, ἔκ τε τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν πόλεων νεανίας μεταπεμπόμενος καὶ στρατεύων, εἴ τέ τι ἦν ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ τοῦ στρατιωτικοῦ λείψανον κατελθὸν ἐπὶ Θρᾴκην, ἐκέλευσεν αὐτοὺς συντυχεῖν. 13. ἐξήρτυε δὲ καὶ στόλον ναυτικόν, καὶ πάσας τὰς κατὰ Ἰταλίαν τριήρεις ὁπλιτῶν πλη-

hil pensi habentem, dum id efficeret, quod vsui sibi aut emolumento crederet fore. quod seniorum iudicium haud ita multo post euentus comprobauit. Igitur Seuerus paucos in vrbe dies moratus, dato plebi vberrimo congiario, donatisque abunde militibus, & ex iis robustissimo quoque in locum exautoratorum delecto ad imperii custodiam, statim ipse in orientem profectionem parat: cunctante Nigro adhuc & supino, atque Antiochenis deliciis vacante, ratus properandum sibi, vt inexpectatus imparatum opprimeret. Edicto igitur militibus, vt ad iter se accingerent, contractisque vndique copiis, ac delectu iuniorum tota Italia habito, simul reliquiis Illyrici exercitus, quæ in Thracia remanserant, occurrere iussis, neque secius ingente classe coacta, completisque armato milite totius Italiæ triremibus, ingentes sibi omnis generis copias incredi-

bili celeritate comparauit. siquidem haud exiguis viribus esse opus intelligebat, aduersus nationes partem orbis Europæ oppositam incolentes, quæ scilicet vno ordine omnes Nigri sequebantur auspicia. Ad hunc igitur modum bellum Seuerus instruebat.

ρώσας ἐξέπεμπε. πολλή τε αὐτῷ καὶ παντοδαπὴ δύναμις μεγίστῳ τάχει συνεσκευάσθη. 14 ᾔδει γὰρ οὐ μικρᾶς δυνάμεως δεόμενος πρὸς πᾶσαν τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον Εὐρώπῃ τὰ Νίγρου φρονοῦσαν. τὰ μὲν δὴ πρὸς τὸν πόλεμον γενναίως διέταττεν.

quidem videbatur) composita ex sententia, suppliciοque de Albini amicis sumpto, siue quos ei sua quemque voluntas, siue necessitas adiunxerat: continuo Romam proficiscitur, exercitum secum omnem adducens, quo terribilior videretur. Confectoque magna velocitate itinere, quemadmodum consueuerat, infestus adhuc superstitibus Albini amicis, Romam intrat, occurrente laureato populo, ac magno honore faustisque acclamationibus excipiente, senatuque vniuerso consalutante: tametsi plerosque metus consternauerat, quod sibi haudquaquam parsurum rebantur, immitem suapte natura & sanguinarium, neque sane magna causa indigentem ad inferendas iniurias: cæterum tunc probabiles odii rationes habiturum. Postea vero quam in templum Iouis ingressus est, omniaque sacrificia de more peregit, reuersus in palatium, magnoque congiario populum Romanum, victoriæ nomine, prosecutus, ac nummos militibus largitus est, simul alia per

permulta indulsit, quæ nunquam antea acceperant. Nam & frumenti summam primus adauxit, & aureis anulis vti, & domi habere mulierem permisit. quæ omnia procul à militari disciplina, succinctos eos paratosque ad bellum minime præstitura videbantur. Primusque ipse duritiem atque asperitatem victus, tolerantiamque laborum disciplinamque omnem ac ducum reuerentiam subuertit, inhiare pecuniis & munditias colere militibus insuefactis. His ergo optime pro suo iudicio constitutis, curiam deinde ingressus, sedensque imperatoria sella, accusare infit truculenta oratione Albini amicos, prolatis etiam quorundam arcanis epistolis, quas apud illum sepositas deprehendisset: quibusdam autem exprobrans, quod cum splendidioribus muneribus affecissent: aliis, quod amici orientalibus, aliis, quod Albino fuerunt notiores.

τε στρατιώταις ἐπέδωκε χρήματα πλεῖστα· ἄλλα τε πολλὰ συνεχώρησεν ἃ μὴ πρότερον 9 εἶχον. καὶ γὰρ τὸ σιτηρέσιον αὐτοῖς πρῶτος ηὔξησε, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρῆσθαι ἐπέτρεψε, γυναιξί τε συνοικεῖν· ἅπερ ἅπαντα σωφροσύνης στρατιωτικῆς, καὶ τοῦ πρὸς τὸν πόλεμον εὐσταλοῦς τε καὶ ἑτοίμου ἀλλότρια ἐνομίζετο. 10 καὶ πρῶτός τε ἐκεῖνος τὸ πάνυ αὐτῶν ἐρρωμένον, καὶ τὸ σκληρὸν τῆς διαίτης, τό, τε εὐπειθὲς πρὸς τοὺς πόνους, καὶ εὔτακτον μετ' αἰδοῦς πρὸς ἄρχοντας, ἐπανέτρεψε· χρημάτων τε ἐπιθυμεῖν διδάξας, καὶ μεταγαγὼν εἰς τὸ 11 ἁβροδίαιτον. Διοικήσας δὲ ταῦτα ὡς ᾤετο ἄριστα, κατελθὼν εἰς τὴν σύγκλητον βουλήν, ἀνελθών τε εἰς τὸν βασίλειον θρόνον, πικρῶς κατηγόρησε τῶν Ἀλβίνου φίλων· 12. ὧν μὲν ἐπιστολὰς προσκομίζων ἀπορρήτους, ἃς ἐν τοῖς ἐκείνου ἀποθέτοις εὗρε γράμμασιν, οἷς δὲ δῶρα ὀνειδίζων πεμφθέντα ἐκείνῳ πολυτελέστερα· ἄλλοις δὲ ἄλλας ἐπιφέρων αἰτίας, τοῖς μὲν ἐξ ἀνατολῆς ἀνθρώποις, φιλίαν, τοῖς δ' ἐπὶ θάτερα, γνῶ-

τὴν Ἀλβίνου. πάντας τοὺς ἐξάρχοντας τότε τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τοὺς κατὰ ἔθνη πλούτῳ τε ἢ γένει ὑπερέχοντας, ἀφειδῶς ἀνῄρει· ὡς μὲν προσεποιεῖτο, χαλεπαίνων πρὸς ἐχθρούς, τὸ δ' ἀληθές, ὑπερβαλλούσης ἐν αὐτῷ φιλοχρηματίας. οὐδεὶς γοῦν βασιλέων οὕτω χρημάτων ἡττήθη. ὡς γὰρ καρτερίᾳ ψυχῆς καὶ ἀνεξικακίᾳ πόνων, διοικήσει τε στρατιωτικῶν πραγμάτων, οὐδενὸς τῶν ἐπαινουμένων ἀπελείπετο· οὕτως ἐν αὐτῷ ἐπλήθυνε τὸ φιλοχρήματον, ἐξ ἀδικίας φόνων, ἐκ τῆς τυχούσης αἰτίας. φόβῳ γοῦν ἦρξε μᾶλλον τῶν ἀρχομένων ἢ εὐνοίᾳ. τῷ μέντοι δήμῳ ἐπειρᾶτο ποιεῖν κεχαρισμένα· καὶ γὰρ θέας πολυτελεῖς καὶ παντοδαπὰς συνεχῶς ἐπετέλει. καὶ θηρίων ἑκατοντάδας ἀνεῖλε πολλάκις, τῶν ἀπὸ πάσης γῆς ἡμετέρας τε καὶ βαρβάρου·

13 Eoq; pacto eximium quemque è senatu, tum vt quisque in prouinciis genere aut opibus excelleret, omnes sine discrimine supplicio afficiebat: vlciscens (vt quidem præ se ferebat) inimicos, sed reuera subigente auaritia, qua supra omnes imperatores laborauit. 14 Nam vt animi patientia atque in laboribus perseuerantia, simul rei militaris gloria, nemini etiam laudatissimo concesserit, ita quæstui supra quam dici posset addictus, iniustis cædibus atque adeo cuicuimodi ex causa pecuniam colligebat, imperium metu quam beneuolentia retinens. Quamquam popularis esse in primis volebat, 15 edendis omnifariam magnificentissimis spectaculis: centenis etiam sæpenumero occisis beluis, quas omnibus regionibus nostris barbarisque conquirebat. Sed & congiaria dedit vberrima, & certamen proposuit, vndique accitis ludionibus atque athletis. Vidimus item sub illo quos-

νομάς τε μεγαλοφρόνως ἐπεδίδου. 16. ἐπετέλεσε δὲ καὶ ἐπινίκιον ἀγῶνα, τοὺς πανταχόθεν μούσης τε ὑποκριτὰς καὶ ἀνδρείας μαθητὰς μεταπεμψάμενος. 17. εἴδομεν δὲ ἐπ' αὐτοῦ καὶ θέας

dam omnis generis ludos, cunctis editos theatris, simulque supplicationes & peruigilia ad formam Cereris initiorum, seculares hi tunc appellabantur, celebratos, vt aiunt, decurso trium spatio ætatum. Siquidem vrbe tota atque Italia præcones itabant conuocatum omnes ad ludos, quos nec vidissent hactenus, nec visuri postmodo forent. ita scilicet intervallum præteritæ futuræque celebritatis supra omnem esse hominum ætatem significantes.

τινῶν παντοδαπῶν θεαμάτων ἐν πᾶσι θεάτροις ὁμοῦ, ἱερουργίας τε καὶ παννυχίδας ἐπιτελεσθείσας εἰς μυστηρίων 18 ζῆλον. αἰωνίους δὲ αὐτὰς ἐκάλουν οἱ τότε, ἀκούοντες τριῶν γενεῶν διαδραμουσῶν 19 ἐπιτελεῖσθαι. κήρυκες γοῦν κατά τε τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Ἰταλίαν διεφοίτων, καλοῦντες ἥκειν καὶ θεάσασθαι πάντας ἃ μήτε εἶδον μήτε ὄψονται. 10 οὕτως ὁ μεταξὺ χρόνος τῆς παρελθούσης ἑορτῆς καὶ τῆς μελλούσης ἐδηλοῦτο, πᾶσαν ἡλικίαν ἀνθρώπων ὑπερβαίνων.

9. IGitur aliquandiu Romæ moratus, participato filiis imperio, cum se ciuili tantum victoria, contraque Romanos exercitus habita, clarum hactenus intelligeret, ex qua etiam triumphum recusauerat, decreuit item barbarorum inclarescere tropæis. Quocirca prætextu vindicandi Barsemii, Atrenorum regis, qui Nigri partes fouerat, exercitum in orientem eduxit. Iamque in Armeniam facturus impetum, præuentus à rege

1 Διατρίψας δὲ ἱκανοὺς χρόνους ἐν τῇ Ῥώμῃ, τούς τε υἱεῖς αὐτοῦ κοινωνοὺς τῆς βασιλείας καὶ αὐτοκράτορας ἀποδείξας, βουλόμενος δόξαν ἄρασθαι νίκης, μὴ μόνον ἐμφυλίου τε καὶ κατὰ Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων, (ἐφ' ᾗ καὶ θριαμβεῦσαι ᾐδέσθη) ἀλλὰ καὶ κατὰ βαρβάρων ἐγεῖραι τρόπαια, 2 πρόφασιν ποιούμενος τῆς Βαρσημίου τοῦ Ἀτρηνῶν βασιλέως πρὸς Νίγρον φιλίαν, ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν ἀνατολήν. 3. παρὼν δὲ καὶ τὴν Ἀρμενίαν καταδραμεῖν

μεῖν

μεῖν ἠθέλησε. φθάσας δὲ ὁ τῶν Ἀρμενίων βασιλεὺς, χρήματά τε αὐτῷ καὶ δῶρα, ὁμήρους τε ἱκετεύων ἔπεμψε, σπονδὰς καὶ εὔνοιαν ὑπισχνούμενος. ὁ δὲ Σεβῆρος, τῶν ἐν 4 Ἀρμενίᾳ προχωρούντων κατὰ γνώμην, ἐπὶ τῶν Ἀτρηνῶν ἠπείγετο. προσέφυγε δὲ αὐτῷ 5 καὶ ὁ Ὀσροηνῶν βασιλεὺς Αὔγαρος, τούς τε παῖδας ὁμηρεύειν εἰς ἀσφάλειαν πίστεως ἐξέδωκε, τοξότας τε πλείστους συμμάχους ἤγαγεν. ὁ δὲ Σεβῆρος, διαβὰς τὴν τῶν 6 ποταμῶν μέσην γῆν τε καὶ Ἀδιαβηνῶν χώραν, ἐπέδραμε καὶ τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν. φέρει γὰρ πόας εὐώδεις, 7 αἷς ἀρώμασι καὶ θυμιάμασι χρώμεθα. πολλὰς δὲ κώμας καὶ πόλεις πορθήσας, τήν τε χώραν λεηλατήσας, ἐλθὼν εἰς τὴν Ἀτρηνῶν χώραν, προσκαθεζόμενος τὰς Ἄτρας ἐπολιόρκει. ἦν δὲ πόλις ἐπ᾽ ἄ- 8 κρας ὑψηλοτάτης ὄρους, τείχει μεγίστῳ καὶ γενναίῳ περιβεβλημένη, πλήθει ἀνδρῶν τε τοξοτῶν ἀκμάζουσα. ὁ δὲ τοῦ Σεβήρου στρατὸς προσκαθεζόμενος ἐπολιόρκει παντὶ σθένει, πειρώμε-

Armeniorum est, mittente obsides vltro & munera, ac suppliciter petente, vt sibi cum illo inire amicitiam fœdusque ferre liceret. Quare Seuerus, procedentibus ex sententia rebus in Armenia, perrexit ad Atrenos. Sed & rex Osrhoenorum Augarus ad eundem transfugit, traditisque obsidio liberis fidem suam auctorauit, sagittariorumque vim magnam misit auxilio. Cæterum Seuerus regionem interamnanam agrumq; Adiabenorum transgressus, etiam in Arabiam felicem excucurrit. Illic enim herbæ proueniunt odoratæ, quæ nos aromata suffimentaque habemus. Ibi expugnatis vicis vrbibusque permultis, omnemque agrum depopulatus, in Atrenorum regionem mox ingressus, Atras circumsedit, vrbem scilicet altissimo impositam monti, ac maximis validissimisque obseptam mœnibus, florentemque ingenti sagittariorum copia. Igitur hanc vrbem Seuerianus exercitus quanta maxi-

ma vi poterat, oppugnabat: machinæque omnifariam mœnibus admouebantur, nullo oppugnationis genere prætermisso. Contra autem Atreni audacter vrbem defensare, sagittasque ac lapides superne iacientes, pessime accipere Seuerianos, etiamque vasa fictilia volucribus quibusdam venenatisque bestiolis oppleta deuoluere: quæ cum aut oculis inuolitarent, aut in apertas corporis partes sensim obreperent, grauiter singulos contaminabant. Incideratque in morbos Romanus miles, æstum illum cæli nimio sole præferuidi, parum ferens: sic vt longe plures ob hos casus, quam hostili manu interierint. Proin defatigatis iam & contusis omnibus, procedente secus obsidione, ac plus iacturæ quam lucri Romano faciente, decreuit exercitum Seuerus, priusquam vniuersus perierat, deportare ex eis locis: tristem videlicet infecto

νος τὴν πόλιν ἐξελεῖν· μηχαναί τε παντοδαπαὶ προσήγοντο τῷ τείχει, καὶ οὐδὲν παρελείπετο εἶδος πολιορ-
9 κίας. οἱ δ' Ἀτρηνοὶ γενναίως ἀπεμάχοντο, τόξοις τε καὶ λίθοις ἄνωθεν βάλλοντες, οὐ μικρῶς ἐλύπουν τὸν τοῦ
10 Σεβήρου στρατόν. σκεύη τε κεράμου πεποιημένα πληρώσαντες, πτηνῶν, μικρῶν μὲν, ἰοβόλων δὲ θηρίων, ἐπέβαλλον αὐτοῖς, τὰ δὲ, ἐμπίπτοντα ταῖς ὄψεσι, καὶ εἴ τι τοῦ παραγεγύμνωτο τοῦ σώματος, λανθάνοντα, καὶ παρεισιόντα, τιτρώσκοντά τε αὐτοὺς, ἐλυ-
11 μαίνετο. καὶ μὴ φέροντες τὸ πνιγῶδες τοῦ ἀέρος, διὰ τὸ ὑπερβάλλον τοῦ ἡλίου πῦρ, νόσοις περιπίπτοντες, διεφθείροντο· ὡς πλεῖστον μέρος τοῦ στρατοῦ διὰ τοιαύτας αἰτίας μᾶλλον ἀπόλλυσθαι ἢ πρὸς τῶν πολεμίων. 12. ἀπαγορεύοντός τε τοῦ στρατοῦ πρὸς τὰ εἰρημένα, τῆς τε πολιορκίας μὴ προχωρούσης, ἀλλὰ μᾶλλον βλαπτομένων τῶν Ῥωμαίων ἢ κατορθούντων, τὸν στρατὸν ὁ Σεβῆρος, ὡς μὴ διαφθαρείη πᾶς, ἄπρακτον ἐπανήγαγε, δυσφορῶν ὅτι τὴν μὴ ὡς ἐβούλετο τὰ τῆς πολιορκίας αὐτῷ προχω-

προκεχωρηκέναι. νικᾶν γὰρ 13 πάντοτε ἐν ταῖς μάχαις εἰθισμένος, τὸ μὴ περιγενέσθαι, ἧτταν ἡγεῖτο. πλὴν παρεμυθήσατο αὐτὸν ἡ συναιρομένη τότε τοῖς ἐκείνου πράγμασι τύχη. οὐ γὰρ παντάπασιν ἄπρακτος 14 ἐπανῆλθεν, ἀλλὰ μείζονα κατορθώσας ὧν ἤλπισε. καταπλέων γὰρ ὁ στρατὸς ναυσὶ πολλαῖς, οὐκ εἰς ἃς ἐβούλετο Ῥωμαίων ὄχθας κατηνέχθη. ἐπὶ πλεῖστον δὲ αὐτὸν ἐξαγαγόντος 15 τοῦ ῥεύματος, προσώκειλε ταῖς Παρθυαίων ὄχθαις, οὐ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχων τῆς εἰς Κτησιφῶντα ἀφόδου· ἔνθα ἦν τὰ 16 βασίλεια τοῦ Παρθυαίου, καὶ αὐτὸς διέτριβεν εἰρήνην ἄγων, μηδέν τι προσήκειν νομίζων ἑαυτῷ τὰς πρὸς τοὺς Ἀτρηνοὺς Σεβήρου μάχας. ἡσύχα- 17 ζεν οὖν, μηδέν τι δεινὸν προσδεχόμενος. ὁ δὲ τοῦ Σεβήρου στρατὸς, ἄκων προσαχθεὶς ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ταῖς ἐπέκεινα ὄχθαις, ἐπιβασίν τε ποιησάμενος, τὴν γῆν ἐλεηλάτει, θρέμματά τε τὰ ἐμπίπτοντα ἀπελαύνων, ἵν᾽ ἔχῃ τροφάς, καὶ κώμας ἐμπιπρὰς τὰς ἐμπιπτούσας. 18. καὶ ὀλίγον τε προϊὼν, ἐπέστη

negotio. quippe assuetus vincere præliis omnibus, victum se tunc putabat, quia non vicerat. Sed eum prospera fors & fautrix statim consolatur neque enim plane rebus infectis rediit, sed maiore quam sperauerat 14 successu. Nam impositus nauibus permultis exercitus vniuersus, nequaquam scilicet quo intenderat, Romanæ appulsus ripæ: sed vndarum impetu Parthorum ad agrum prouectus, haud procul Ctesiphonte, qua in vrbe 15 sedes regis est. Is tunc pacem agitans, ac nihil ad se pertinere Seueri pugnas autumans, quas gereret cum Atrenis, otiosus videlicet nihil expectabat mali. Cæ- 16 terum Seueri exercitus cum ad eas ripas vi fluminis inuectus, moxque in terram esset expositus, omnem ilico depopulari agrum cœpit, abactisque, vt in quæque inciderant, pecoribus, ad ve- 17 scendum, vicisque aliquot incensis, paulatim vsque ad Ctesiphontem perrexerunt:

qua in ciuitate magnus rex Artabanus commorabatur. Igitur imparatos nacti barbaros, cæsis primo quicunque restitissent, direptaque mox vrbe, pueris fœminisque in captiuitatem abductis, tantum ipso rege cum paucis equitibus elapso, thesauris illius ornatuque omni & suppellectile potiti, victores regrediuntur. Ita Seuerus, fortuna magis quam consilio, Parthicam victoriam adeptus est. Igitur prospere succedentibus rebus, literas ad senatum populumque Rom. de se magnificas dedit, ac depictas in tabulis pugnas, victoriasque suas exposuit: nihil non honorum decernente senatu, & super his cognomina imponente deuictarum gentium.

Κτησιφῶντι, ἔνθ' ἦν ὁ μέγας βασιλεὺς Ἀρτάβανος. 19 προσπεσόντες δὲ οἱ Ῥωμαῖοι ἀπαρασκευάστοις τοῖς βαρβάροις, πάντα τε τὸν ἐμπίπτοντα ἐφόνευον, καὶ διήρπασαν τὰ ἐν τῇ πόλει, πάντας τε παῖδας καὶ γυναῖκας αἰχμαλώτους ἔλαβον, 20 φυγόντος δὲ τοῦ βασιλέως σὺν ὀλίγοις ἱππεῦσι, τούς τε θησαυροὺς τῶν χρημάτων αὐτοῦ αἱροῦσι, καὶ πάντα τὸν κόσμον καὶ κειμήλια ἁρπάσαντες, ἐπανίασιν. 21 οὕτω μὲν δὴ Σεβῆρος τύχῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ, τῇ κατὰ Παρθυαίων νίκῃ κεκόσμητο. τούτων δὲ αὐτῷ δεξιῶς καὶ ὑπὲρ πᾶσαν εὐχὴν προχωρησάντων, ἐπέστειλε τῇ τε συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ τάς τε πράξεις μεγαληγορῶν, τὰς μάχας τε καὶ τὰς νίκας δημοσίαις ἀνέθηκε γραφαῖς. 22. ἡ δὲ σύγκλητος πάσας τε τιμὰς ἐψηφίσατο αὐτῷ καὶ προσηγορίας ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τῶν κεχειρωμένων.

10. Ipse interea rebus ad orientem sic gestis Romam reuertebatur, filios iam puberes secum adducens. Confectoque itinere, ac prouin-

1 Κατορθώσας δὲ τὰ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὁ Σεβῆρος, εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείγετο ἄγων καὶ τοὺς παῖδας εἰς ἡλικίαν ἐφήβων ἤδη τελοῦντας. 2. ἀνύσας δὲ τὴν ὁδοιπορίαν,

τά τε ἐν τοῖς ἔθνεσι διοικήσας, ὡς ἑκάστῳ ἀπῄτει τὸ χρειῶδες, τά τε ἐν Μυσοῖς καὶ Παίοσι στρατόπεδα ἐπελθών, νικηφόρος ὑπὸ τοῦ Ῥωμαίων δήμου, μετὰ μεγάλης εὐφημίας τε καὶ θρησκείας ὑπεδέχθη· θυσίας τε καὶ ἑορτάς, θέας τε 3 καὶ πανηγύρεις τῷ δήμῳ παρέσχε. νομάς τε μεγαλόφρονας ἐπιδούς, καὶ θέας τελέσας ἐπινικίους, ἔτη οὐκ ὀλίγων ἐν τῇ Ῥώμῃ διέτριψε, δικάζων τε συνεχῶς καὶ τὰ πολιτικὰ διοικῶν, τούς τε υἱεῖς παιδεύων καὶ σωφρονίζων. οἱ δὲ 4 ἤδη μειράκια ἦσαν, ὑπὸ τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς καὶ διαίτης, τῆς τε περὶ τὰ θεάματα ὑπερβαλλούσης σπουδῆς, ἡνιοχείας τε καὶ ὀρχήσεως, τὰ ἤθη διεφθείροντο. πρός τε ἀλ- 5 λήλους ἐστασίαζον οἱ ἀδελφοί, τὰ πρῶτα μὲν ὑπὸ παιδαριώδους φιλονεικίας, δι' ὀρτύγων μάχας καὶ ἀλεκτρυόνων συμβολάς, πάλας τε παίδων, ἀλλήλοις ἐρίζοντες. 6. ἤτε περὶ τὰ θεάματα αὐτῶν ἢ τὰ ἀκροάματα σπουδή, φιλονείκως ἑκάστοτε ἐμερίζετο. καὶ οὐδενὶ ἀμφότεροι ὁμοίως ἠρέσκοντο, ἀλλὰ πᾶν τὸ τῷ ἑτέρῳ

ciis, vt cuique vsus foret, ordinatis, Mysorumque & Pannoniorum recognitis exercitibus, vrbem dein triumphans inuectus est, multis acclamationibus omnique cærimonia populo excipiente. Cui quidem ipse festos dies sacrificiaque & spectacula ac celebritates indulsit, magnoque dato congiario, & ludos pro victoria celebravit. Romæ deinde haud paucos moratus annos, ius dicebat frequenter, ciuilibus negotiis & liberis erudiendis intentus. At illi iam tum adolescentes deliciis victuq; vrbano, nimioq; spectaculorum aurigationisq; & saltationis studio, bonam indolem corruperant. Interque se fratres dissidebant, puerili primum certamine, edendis coturnicum pugnis, gallinaceorumque conflictibus, & puerorum colluctationibus, exorta discordia. Nam seu quid in scena audirent, siue item spectarent, semper vtiq; diuersis accedebant, nusquam

eisdem studente vtroque: sed quod alteri earum foret, id alteri statim odiosum: committentibus etiam vtrinque ipsos adulatoribus atque ministris, nihilque non ad gratiam suggerentibus, vt ad se quisque pro virili diuersos retraherent. His cognitis Seuerus reducere in gratiam, atque emendare conabatur. Tum Bassiano, qui tunc honores imperatorios adeptus Seuerus Antoninus, accepto Marci cognomine, vocabatur, ac maior natu erat, vxorem dedit, filiam Plautiani, præfecti cohortibus vrbanis. Hic, vt perhibent, Plautianus ab initio ætatis tenui fortuna fuit, seditionisque & aliorum criminum reus, ac mulctatus exilio: sed erat Seueri municeps, Afer natione, atque, vt quidam putant, etiam consanguinitate propinquus: vt vero alii affirmant, flore magis ætatis per stuprum conciliatus. Hunc autem Seuerus ex parua humilique

φίλον, τῷ ἄλλῳ ἐχθρὸν ἦν. 7 συνέκρουον δὲ αὐτοὺς ἑκατέρωθεν οἵ τε κόλακες καὶ οἱ θεράποντες, πρὸς τὸ ἡδὺ τῆς ἡλικίας κολακεύοντες, καὶ ἀνθέλκοντες. 8 ὁ δὲ Σεβῆρος ταῦτα πυνθανόμενος, συνάγειν τε καὶ σωφρονίζειν τὰ 9 πρῶτα ἐπειρᾶτο. Τὸν δὲ πρεσβύτερον, ᾧ γνήσιον μὲν ἦν ὄνομα Βασσιανὸς, πρὶν εἰς τὸν βασίλειον οἶκον παρελθεῖν, ὅτε δὴ τῆς ἀρχῆς τιμῆς εὐτύχησε Σεβῆρος, Ἀντωνῖνον ὠνόμασε, Μάρκου θελήσας αὐτὸν προση10γορίαν φέρειν. ἠγάγετό τε αὐτῷ γυναῖκα, γάμῳ σωφρονίσαι θέλων. ἦν δὲ ἐκείνη θυγάτηρ τοῦ ἐπάρχοντος 11 τῶν στρατοπέδων· Πλαυτιανὸς δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ. τοῦτον τὰ μὲν πρῶτα τῆς ἡλικίας, εὐτελῆ τινὲς αὐτὸν καὶ πεφυγαδεῦσθαι ἔλεγον, ἁλόντα ἐπὶ στάσεσι καὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασιν· ὄντα δὲ πολίτην ἑαυτοῦ (Λίβυς γὰρ κἀκεῖνος ἦν) ὡς μέν τινες ἔλεγον, πρὸς γένος αὐτῷ ὑπάρχοντα· ὡς δὲ ἕτεροι διεβόησαν, ἀκμαζούσῃ τῇ ἡλικίᾳ γενόμενον παιδικά. 12. πλὴν ἀλλ᾽ ὁ

Σεβῆ

Σεβῆρος ἐκ μικρᾶς καὶ εὐτελοῦς τύχης εἰς μεγάλην προήγαγεν ἐξουσίαν, πλούτῳ τε ὑπερβάλλοντι ἐκόσμησε, τῶν ἀναιρουμένων χαριζόμενος τὰς οὐσίας. οὐδὲν ἕτερον 13 ἀλλ' ἢ μερισάμενος πρὸς αὐτὸν τὴν ἀρχήν. ἦν δὲ ἐκεῖνος ἀποχρώμενος, οὔτε ὠμότητος οὔτε βίας ἐν πᾶσιν οἷς ἔπραττεν ἀπείχετο, φοβερώτερος τῶν πώποτε ἀρχόντων γενόμενος. τούτου τὴν θυγατέρα ὁ Σεβῆρος 14 ζεύξας τῷ υἱῷ, τὸν οἶκον ἥνωσεν. ὁ δὲ Ἀντωνῖνος, οὐ πάνυ τι ἡδόμενος τῷ γάμῳ, ἀνάγκῃ δὲ μᾶλλον ἢ προαιρέσει συνεζευγμένος, ἀπεχθῶς πάνυ πρὸς τὴν κόρην διέκειτο, καὶ πρὸς τὸν πατέρα αὐτῆς· ὡς μήτε εὐνῆς μή- 15 τε ἑστίας κοινωνεῖν, μυσάττεσθαί τε τὴν κόρην· ἀλλ' ἠπείλει τε ἑκάστοτε ἀποκτενεῖν καὶ αὐτὴν καὶ τὸν πατέρα, ἐπὰν τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς γένηται μόνος. 16. ταῦτα δὴ ἡ κόρη ἑκάστοτε ἀπήγγελλε τῷ πατρί, καὶ τοῦ γάμου τὸ μῖσος διηγουμένη, παρώξυνεν αὐτόν.

fortuna ad opes maximas prouexerat: ac damnatorum bonis adiudicatis, longe supra cæteros collocupletauerat, tantum non imperio quoque participato. Quis 13 ille opibus licentiaque abutens, nihil crudelitatis aut violentiæ, vt quidque ageret, omittebat, cunctis etiam atrocior omnium ætatum principibus. Ergo huius filiam Severus vxorem filio suo tradidit. Enimuero An- 14 toninus ipse, parum lætus eo matrimonio, ac necessitate quam voluntate impulsus, puellam ipsam pariter & puellæ parentem pessime oderat, sic vt ne torum quidem laremque cum ea communem pateretur: adeoque auersabatur vt minaretur quotidie, occisurum ipsam patremque, simulatque imperium solus obtinuisset. 15 Quod cum illa identidem ad patrem referret, simulque quantopere foret inuisa patefecisset, magnopere hominem irritauit.

Igitur

II. IGitur Plautianus senem iam Seuerum ipsum cernens, ac morbo sæpe laborantem, contra vero Antoninum ferocem inprimis audacemque iuuenem, pauidus ob illius minas, decreuit facinus inuadere aliquod, priusquam ipse opprimeretur. Suberant præterea multa quæ hominem ad imperii cupiditatem inflammarent: opes quantas nemo antea priuatus possederat: militum præterea obedientia, & apud omnes Romanæ ditionis homines maximi honores. adhæc habitus quo in publicum prodibat: siquidem latum clauum perpetuo habebat, atque in secundis consularibus numerabatur. Ensem præterea gestabat; cæteraque omnia supremæ dignitatis insignia. adeo, quacunque incederet, trux atque horribilis, vt non modo non adiretur à quoquam, sed etiam, qui fortuito occurrebant, ab eo auerterent oculos. Quin anteambulones aliquot, quacunque iter faceret, denuntiabant, nequis in proximo consistere, neue illum contueri auderet, sed auerterent vniuersi

1 Ὁ δὲ Πλαυτιανὸς, ὁρῶν τὸν μὲν Σεβῆρον πρεσβύτην τε ἤδη, καὶ συνεχῶς ὑπὸ νόσου ἐνοχλούμενον, τὸν δὲ Ἀντωνῖνον, ἐμβριθῆ καὶ θρασὺν νεανίαν, δεδιώς τε αὐτοῦ τὰς ἀπειλὰς, δρᾶσαί τι μᾶλλον, φθάσας, ἢ παθεῖν, 2 ἀναμεῖναι, ἠθέλησεν. ἔτι τε αὐτὸν καὶ πολλὰ ἦν τὰ πρὸς βασιλείας ἐπιθυμίαν ἀναπείθοντα· πλούτου τε περιβολὴ, ἣ μὴ πρότερόν τινι ἰδιωτεύοντι ἐγένετο, στρατιωτῶν τε θεραπεῖαι, τιμαί τε αἱ παρὰ τῶν ἀρχομένων· σχῆμά τε ᾧ 3 προσῄει. ἠμφίεστο γὰρ τήν τε πλατύσημον ἐσθῆτα, ἔν τε τοῖς δευτέροις ὑπατεύσασιν 4 ἐτέτακτο. παρῃώρητο δὲ αὐτῷ ξίφος, καὶ παντὸς ἀξιώματος σχῆμα ἔφερε μόνος. προϊὼν δὲ φοβερὸς ἦν, ὡς μήτε τινὰ προσιέναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπαντωμένους ἀναστρέ-5 φειν. οἵ τε προϊόντες αὐτοῦ, ἐκήρυττον μηδένα παρεστάναι, μηδ' εἰς αὐτὸν βλέπειν, ἀλλ' ἀποστρέφεσθαι καὶ κάτω βλέπειν.

οἷς

imperio imminet: vocatoque ad se Saturnino tribuno, cui plurimum fidebat,

οἷς γὰρ καὶ ὁ Σεβῆρος ἀγγελ- 6
λομένοις οὐ πάνυ τι ἠρέσκετο,
ἀλλ' ἀπεχθὴς ἤδη καὶ βαρὺς
κἀκείνῳ ἐγένετο· ὡς καὶ περιε-
λεῖν τινα αὐτοῦ τῆς ἐξουσίας τὸν
Σεβῆρον, καὶ πεῖσαι κωλύειν
τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἀλαζονείας.
Ἃ δὴ μὴ φέρων ὁ Πλαυτια- 7
νὸς, ἐτόλμησεν ἐπιβουλεῦσαι
τῇ ἀρχῇ· καὶ μηχανᾶται τοιά-
δε· Σατορνῖνος ἦν εἷς τῶν 8
ὑπ' αὐτῷ χιλιαρχούντων· οὗ-
τος ὑπερβαλλόντως τὸν Πλαυ-
τιανὸν ἐθεράπευε· καὶ πάντων
μὲν τοῦτο ποιούντων, ἐκεῖνος
δὲ πλείονι θρησκείᾳ ᾠκειοῦτο
αὐτόν. τοῦτον πιστότατον ἡγού- 9
μενος, καὶ ἀπορρήτους μόνον
οἷόντε φυλάξαι καὶ πληρῶσαι
ἐντολὰς, περὶ δείλην μετα-
πεμψάμενος, πάντων ἀνα-
κεχωρηκότων, Νῦν σοι και- 10
ρὸς (ἔφη) τέλος γενναῖον
ἐπιθεῖναι εὐνοίᾳ τε καὶ ὑπη-
ρεσίᾳ ἣν πρός με ἐπεδείξω.
ἐμοί τε, ἀμείψασθαί σε κατ'
ἀξίαν, καὶ τὴν προσήκουσαν
χάριν ἀποδοῦναι. πρόκει- 11
ται δέ σοι αἵρεσις, ἢ τὸ

oculos, terramque despecta-
rent. Quæ cum cognouisset
Seuerus, ne ipse quidem
prorsus æqui boni facere,
sed molestius iam grauius-
que ferre: sic vt nonnihil
etiam de illius auctoritate
detraheret, ac persuadere
homini conaretur, aliquid
iam è tanta illa insolentia
imminueret. Quorum im-
patiens Plautianus, non du-
bitauit imperium ipsum
appetere insidiis. quocirca
talia quædam machinatur.
Saturninus erat quidam tri-
bunus, qui Plautianum im-
primis obseruabat: & cum
facerent idem omnes, vnus
tamen ille maiore quadam
venerationis specie, magis
magisque homini obrepse-
rat. Hunc sibi igitur fidis-
simum fore putans, ac so-
lum denique commissa ta-
cite habiturum, & impe-
rata facturum, vocari ad se
sub vesperam iubet: remo-
tisque arbitris, Nunc il-
lud, inquit, est, cum sum-
mam imponere manum
debeas amori obseruantiæ-
que tuæ, cuius mihi haste-
nus dedisti specimen, cum-
que ego remunerare te pro
meritis, ac debitam referre
gratiam possim. Datur optio
tibi,

tibi, velisne ille ipse euadere, quem me nunc esse cernis, atque huic tantæ potentiæ succedere: an perire statim, dato contumacis animi supplicio. Neque tu vel magnitudinem rei pertimueris, vel nomina imperatorum expaueris. intrare tibi in cubiculum, vbi somnum capiunt, soli nempe licet, redeunte vice nocturnæ custodiæ: clam nulloque prohibente, facile quod volueris transiges. Nihil est autem quod hic meum iam expectes imperium. Abi modo in aulam principum, quasi aliqua à me mandata habeas arcana & grauia: atque, vt virum fortem decet, senem vnum ac puerum, intra suum vtrunque cubiculum, obtrunca. Nam cum in partem veneris periculi, etiam, re confecta, in partem maximi honoris succedes. Hæc dicta vt animum tribuni perterruerunt, ita minime consilium excusserunt. Sed vt homo neutiquam mente captus (erat enim genere Syrus: ac sunt

εἶναι ὅσπερ ἐμὲ νῦν ὁρᾷς ὄντα, καὶ τὴν δὲ τὴν ἐξουσίαν παραλαβεῖν, διαδεξάμενόν με· ἢ τεθνάναι αὐτίκα, ἀπειθείας 12 ὑπέχοντα τιμωρίαν. μηδέ σε τοῦ ἔργου τὸ μέγεθος ἐκπληττέτω, μηδὲ τὸ τῶν βασιλέων ὄνομα ταραττέτω. εἰσιέναι τε γὰρ μέχρι τοῦ δωματίου ἔνθα ἀναπαύονται, δύνασαι μόνος, ἅτε τὴν νυκτερινὴν φρουρὰν ἐκ 13 περιόδου ἐγκεχειρισμένος. ὅ, τι δ' ἂν μέλλοις πράττειν, λανθάνων, ἀκωλύτως τέλος ἕξεις. ἐπεὶ μήτ' ἐμὲ ἔτι τοιαῦτα κελεῦσαι προσδόκα, 14 μήτε σὲ ὑπακοῦσαι. ἄνελθε δὴ εἰς τὴν βασίλειον αὐλήν· καὶ ὥς τινας ἀγγελίας ἐπειγούσας καὶ ἀπορρήτους παρ' ἐμοῦ φέρων, ἐπεισελθὼν αὐτοῖς 15 ἀπόκτεινον. ἀνὴρ δὲ γενναῖος γενοῦ, ῥᾳδίως κατεργασάμενος πρεσβύτην τε καὶ παιδά16ριον. μεταλαβὼν γὰρ τὸ μέρος, τῶν κινδύνων, μεθέξεις καὶ τῶν μεγίστων τῆς κατορθώσεως τιμῶν. 17. Ταῦτα ἀκούσας ὁ χιλίαρχος, ἐξεπλάγη μὲν τὴν ψυχήν, οὐκ ἐταράχθη δὲ τὴν γνώμην· ἀλλ' ἅτε ἀνὴρ οὐκ ἔξω φρενῶν καθεστώς, (καὶ γὰρ ἦν τὸ γένει Σύρος· δριμύ·

δριμύτεροι δ' ὡς πρὸς τὰς ἐννοίας οἱ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἄνθρωποι) τὸν θυμὸν ὁρῶν ἐνθουσιῶντα τοῦ κελεύοντος, καὶ τὴν ἐξουσίαν εἰδώς, οὐκ ἀντεῖπεν, ὡς μὴ παρ' αὐτὰ κολασθείη· προσποιησάμενος δὲ 18 εὐκταῖα καὶ ἀσπαστὰ ἀκούειν, προσκυνήσας τε ὡς ἤδη βασιλέα, γραμματεῖον ᾔτησε τοῦ φόνου φέρον τὰς ἐντολάς· (ἔθος γὰρ τοῦτο τυραννικόν, 19 εἴ τινα ἐκπέμποιεν ἐπὶ φόνον ἄκριτον, ἐντέλλεσθαι τοῦτο διὰ γραμμάτων· ἵνα μή, γινόμενον, ᾖ ἀνεπισήμαντον.) ὁ δὲ Πλαυτιανὸς, τυφλώττων 20 τῇ ἐπιθυμίᾳ, δίδωσιν αὐτῷ τὸ γραμματεῖον, καὶ ἐκπέμπει ἐπὶ τὸν φόνον, ἐντειλάμενος, ἐπὴν ἀμφοτέρους διαχειρίσηται, πρὶν διαβόητον γενέσθαι τὸ πραχθὲν, πέμψαι τοὺς καλέσοντας αὐτόν· 21. ἵνα ὀφθῇ πρῶτον ἐν τοῖς βασιλείοις ἢ ἀκουσθῇ τὴν βασιλείαν παραλαβών.

ferme ad orientem mortales acerrimis ingeniis) cognito furore ac vecordia eius qui id imperabat, quantumque ei liceret minime ignarus, haudquaquam ausus detrectare, ne scilicet continuo daret pœnas, cum se optata ac lubentia simularet audire, prius adorato illo, tanquam imperatore, iam libellum petebat demandatæ sibi cædis. Quippe mos tyrannis, cum aliquem indemnatum occidi iubent, per literas potissimum iniungere, ne dein cædis imperatæ nullum relinquatur argumentum. Hic Plautianus, cæcutiens nimia cupiditate, dat libellum tribuno: atque ad cædem mittens, admonet diligenter, vt interfecto vtroque principe, priusquam diuulgetur facinus, se iubeat acciri: quo ante in palatio conspiciatur, quam occupatum imperium quisquam audiat.

1 ΕΠὶ ταύταις δὴ τῆς συνθήκαις ἀνελθὼν ὁ χιλίαρχος, εἰσῆλθε μὲν διὰ πά-

122 SVb hac pactione tribunus digreditur, ac de more totam libere domum prin-

principis peruadit: cognitoque quam difficile factu foret, duos ab vno homine principes, & quidem diuersis habitantes cubiculis, obtruncari, adit ad Seuerum, & cum ianitoribus agit, vt se ad principem intromittant: afferre se quæ ad illius salutem pertineant. Illi hæc Seuero renuntiant, qui tribunum continuo iubet acciri. Ingressus, *Venio*, inquit, *tibi ô domine, vt sane putat is à quo sum missus, ad cædem tui carnificinamque: vt egomet opto ac volo, beneficii auctor tibi & salutis. Plautianus imperium captans insidiis, cædem mihi tuam filiique tui mandauit: neque verbis modo, sed & literis. testimonio est hic libellus. Equidem ego recepi facturum quæ imperaret, ne alter scilicet me detrectante, negotium susciperet: verum ad indicandam rem tibi sum præsto, ne ignarum illius opprimat audacia.* Dicenti hæc tribuno, atque vbertim lacrymanti, non continuo tamen fidē Seuerus habebat. quippe adhuc

σης τῆς βασιλικῆς οἰκίας κατὰ 2 τὸ ἔθος, ἀκωλύτως. εἰδὼς δὲ ἀδύνατον ὂν δύο διαχειρίζεσθαι βασιλέας, καὶ ταῦτα ἐν διαφόροις οἴκοις διατρίβοντας, ἐπιστὰς τῷ δωματίῳ τοῦ Σεβήρου, καλέσας τοὺς τοῦ βασιλικοῦ θαλάμου φύλακας, ἠξίωσεν εἰσαχθῆναι εἰς αὐτὸν, ὡς δὴ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῷ τι-3 να ἀγγέλλων· οἱ δὲ, δηλώσαντες τῷ Σεβήρῳ, καὶ κελεύσαντος αὐτοῦ, τὸν χιλίαρχον εἰσή-4 γαγον. ὁ δὲ εἰσελθών, Ἥκω σοὶ (ἔφη) ὦ δέσποτα, ὡς μὲν ὁ πέμψας οἴεται, φονεὺς καὶ δήμιος· ὡς δὲ αὐτὸς εὔχομαί τε καὶ βούλομαι, σωτήρ τε 5 καὶ εὐεργέτης. Πλαυτιανὸς γὰρ ἐπιβουλεύων τῇ ἀρχῇ, ἐνετείλατό μοι φόνον σοῦ τε καὶ τοῦ παιδός· καὶ τοῦτο οὐ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ γράμμασι· καὶ 6 μαρτυρεῖ τὸ γραμματεῖον. ἐγὼ δὲ ὑπεσχόμην μὲν, ὅπως μὴ, ἐμοῦ τὸ ἔργον παραιτησαμένου, ἄλλῳ ἐγχειρισθῇ· σοὶ δὲ ταῦτα δηλώσων ἥκω, ὡς ἂν μὴ λάθοι τὰ τολμώμενα. 7. Τοιαῦτά τινα λέγοντος αὐτοῦ καὶ δακρύοντος, οὐκ εὐθέως ὁ Σεβῆρος ἐπίστευσεν. ἀλλ' ἅτε πολὺ

ἔχων

ἔχων ἐν τοῖς στέρνοις τὸ Πλαυτιανοῦ φίλτρον, συ[illegible]λήν τινα καὶ σκηνὴν τὸ πρᾶγμα ὑπώπτευεν, ἡγεῖτό τε τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἔχθει τῷ πρὸς Πλαυτιανοῦ, καὶ μίσει τῆς ἐκείνου θυγατρὸς, ἀρηκέναι τινὰ τέχνην κατ' αὐτοῦ, καὶ διαβολὴν θανατηφόρον. 8 μεταπεμψάμενος δὲ τὸν υἱὸν ἐπέπληττεν ὡς τοιαῦτα κατασκευάζοντα κατ' ἀνδρὸς εὔνου καὶ οἰκείου. 9 ὁ δὲ Ἀντωνῖνος τὰ μὲν πρῶτα ἀπώμνυτο, μηδ' εἰδέναι φάσκων τὰ λεγόμενα. 10 ἐγκειμένου δὲ τοῦ χιλιάρχου, καὶ τὸ γραμματεῖον δεικνύντος, παρεθάρσυνέ τε αὐτὸν, καὶ προὔτρεπεν εἰς τοὺς ἐλέγχους ὁ Ἀντωνῖνος. 11 ὁ δὲ χιλίαρχος, ὁρῶν ἐς ὅσον ἥκει κινδύνου, δεδιώς τε τὴν πρὸς τὸν Πλαυτιανὸν τοῦ Σεβήρου εὔνοιαν, ἐπιστάμενος ὡς εἰ λάθοι ἡ ἐπιβουλὴ, καὶ μὴ ἐλεγχθείη, ὄλεθρος αὐτῷ οὐχ ὁ τυχὼν ἐπήρτητο, 12 Καὶ τίνα (ἔφη) ὦ δέσποται, ἔλεγχον μείζονα βούλεσθε, ἢ ποίαν ἀπόδειξιν φανερωτέραν; ἐπιτρέψατε γὰρ δή μοι (ἔφη) προελθόντι τῶν βασιλείων, διὰ

in pectore multum ex Plautiani amatorio insederat: quia esse id totum negotium compositum ac fabulosum suspectabat, ratus filium suum Plautiano infestum, natamque eius perosum, commentum esse technam huiuscemodi ac mortiferam calumniam. Quare accitum ad se, grauiter increpare instititit, quod in hominem amicum atque domesticum talia machinaretur. Antoninus autem primo quidem deierabat, ignarum se totius negotii: dein instanti tribuno, & libellum ostendenti, animum audaciamque addebat ad crimen coarguendum. Sed ille, cognito quàm magnum in discrimen venerat, tum prætereа haud ignarus quàm acceptus Seuero Plautianus foret, neque non etiam intelligens, si latuissent insidiæ, parumq; indicium probaretur, exquisitissimum sibi impendere supplicium, Et quodnam, inquit, ô domini, argumentum amplius, quodve apertius quæritis indicium? Sinite egrediar regia, perque aliquem

fidum mihi hominem significem Plautiano, facta esse iam quæ imperauerat. Aderit ille statim re credita, vacuam scilicet regiam occupaturus. ibi vestri muneris fuerit, rem totam deprehendere. Iubete modo in ædibus quietem agitari, ne præcognita res omne consilium subuertat. Hæc locutus, fidissimum sibi hominem deligit, qui Plautianum suis hortetur verbis, acceleret atque adsit quamprimum, dum vterque princeps iacet. oportere, antequam res populo innotescat, intus esse eum: vt scilicet occupata arce constabilitoque imperio, velint nolint vniuersi, non scilicet principatum adeunti, sed iam plane principi obediant. His creditis Plautianus (erat autem iam diei vesper) magnam in spem sublatus, loricam induitur sub vestem, tuendi corporis gratia: simul conscenso vehiculo properat in regiam, paucis modo qui aderant deducentibus, ratisque eum magnis de rebus ab imperatoribus acciri. Vt

τινὰ τῶν ἐμοὶ πιστῶν δηλῶσαι, ὅτι δὴ τὸ ἔργον κατείργασται. ὁ δὲ ἀφίξεται πιστεύσας, καὶ οἰόμενος ἔρημα τὰ βασί- 13 λεια καταλήψεσθαι. ὅταν δὲ ἀφίκηται, ἡμέτερον ἤδη ἔργον εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν. ἡσυχίαν δὲ εἶναι πολλὴν ἀνὰ τὰ βασίλεια κελεύσατε. ὅπως τὸ πραττόμενον μὴ προγνω- 14 σθὲν ἀνατραπῇ. Ταῦτα εἰπὼν, ἐντέλλεταί τινι τῶν πιστοτάτων ἑαυτοῦ ἀγγεῖλαι Πλαυτιανῷ ἥκειν τὴν ταχίστην. κεῖσθαι γὰρ ἀμφοτέρους τοὺς βασιλέας, καὶ δεῖν αὐτὸν ἔνδον εἶναι, πρὶν ἔκπυστα τῷ δήμῳ γενέ- 15 σθαι. ὡς ἂν τῆς ἀκροπόλεως κατειλημμένης, καὶ τῆς βασιλείας ἱδρυμένης, ἑκόντες τε καὶ ἄκοντες πάντες ὑπακούοιεν οὐκ ἐσομένῳ βασιλεῖ, ἀλλ' ἤδη 16 ὄντι. τούτοις πιστεύσας ὁ Πλαυτιανὸς ἤδη περὶ δείλην ἑσπέραν, ἀρθεὶς ταῖς ἐλπίσι, θώρακα μὲν ἀμφιέννυται, τοῦ σώματος ἀσφαλείας χάριν·

17 κρύψας δὲ αὐτὸν τῇ λοιπῇ ἐσθῆτι, ἐπιβὰς ὀχήματος, αἰφνιδίως εἰς τὰ βασίλεια ἠπείγετο, ὀλίγων αὐτὸν παραπεμπόντων·

οἳ

οἱ παρῆσαν, οἰόμενοι κεκλῆσθαι ὑπὸ τῶν βασιλέων διά τινα ἐπείξαντα. ὡς δὲ ἐπέστη τῇ βασιλείῳ αὐλῇ, ἀκωλύτως τε εἰσῆλθεν, ἀγνοούντων τὸ πραττόμενον τῶν φυλάκων· ὑπαντώμενος δ' ὁ χιλίαρχος, ἐνεδρεύων τε προσεῖπεν αὐτοκράτορα, καὶ δῆθεν συνήθως λαβόμενος τῆς χειρὸς, εἰς τὸ δωμάτιον εἰσήγαγεν, ἔνθα ἔφασκεν ἐρρίφθαι τὰ τῶν βασιλέων σώματα. ἤδη δὲ παρεσκευάκει ὁ Σεβῆρος νεανίας τῶν περὶ αὐτὸν σωματοφυλάκων οἳ συλλήψονται αὐτὸν εἰσελθόντα. ὁ δὲ Πλαυτιανὸς ἐφ' ἑτέραις ἐσελθὼν ἐλπίσιν, ὁρᾷ τοὺς βασιλέας ἀμφοτέρους ἐφεστῶτας· συλληφθείς τε καὶ εἰρχθεὶς, ἐκπλαγείς τε τῷ πράγματι ἐδεῖτο καὶ ἐλιπάρει. ἀπελογεῖτό τε, πάντα φάσκων ψευδῆ εἶναι, καὶ συσκευὴν καθ' αὐτοῦ καὶ δρᾶμα ἐσκευάσθαι. πολλὰ δὲ τοῦ μὲν Σεβήρου ὀνειδίζοντος εὐεργεσίας τε καὶ τιμὰς, τοῦ δὲ πίστεώς τε καὶ εὐνοίας τῆς ἄνωθεν ὑπομιμνήσκοντος, ἠρέμα πως ὁ Σεβῆρος ἐπείθετο πειθοῖ τῶν ὑπὸ τοῦ Πλαυτιανοῦ λεγομένων· ἔς τε δὴ ὑπεφάνη τοῦ θώρακος μέρος, καταρραγείσης τῆς ἐπι-

autem in aulam nullo prohibente ingressus est, ignaris quæ agitarentur custodibus, 18 occurrens tribunus, composito dolo salutat imperatorem: dein manu prehensum deducit intra cubiculum, vbi proiecta esse imperatorum cadauera mentiebatur. Iamque aliquot è corporis sui custodibus Seuerus comparauerat, qui statim ingresso manus iniicerent. At Plautianus cum longe alias animo spes agitaret, vt ingressus cubiculum est, cernens vtrunque 19 illic stantem principem, comprehensumque se teneri sentiens: re tanta perterritus, rogare, supplicare, falsa 20 illa omnia, commentum id in se fabulamque excogitatam. Igitur exprobrante hinc Seuero beneficia & honores, illinc Plautiano fidei beneuolentiæq; suæ veteris testimonia repetente, paulatim labascere Seuerus, atque 21 adduci Plautiani verbis, donec pars loricæ per scissum

vestimenti apparuit. Qua Antoninus animaduersa, audax iuuenis & iracundus, ac iam antea homini infestus, Atqui inquit ad hęc certe duo quid respondeas expecto. Venisti ad imperatores sub vesperam minime accitus? dein quid sibi rogo hæc lorica vult? quis ad cœnam comessationemve armatus accedit? Simul hæc dicens, iubet tribunum, cæterosque qui aderant, ilico eum strictis gladiis obtruncare, vt hostem manifestarium. Nihil illi cunctati, iussa faciunt iuuenis imperatoris, occiduntque hominem, & cadauer in viam proiiciunt, ad vulgi ludibrium. Hunc finem habuit parem vitæ Plautianus, inexhaustæ homo cupiditatis.

22 αὐτῷ ἐσθῆτος. ὅπερ ἰδὼν ὁ Ἀντωνῖνος, νέος θρασὺς θυμοειδής τε καὶ φύσει μισῶν 23 τὸν ἄνθρωπον, Ἀλλὰ πρὸς δύο (ἔφη) ταῦτα τί ἂν ἀποκρίναιο; ἥκεις πρὸς βασιλέας ἑσπέρας, μὴ κελεύσαντος; ὁ δὲ θώραξ σοὶ τί βούλεται; τίς γὰρ εἰς ἑστίασιν ἢ κῶμον ὡπλι-24 σμένος ἔρχεται; Καὶ ταῦτα εἰπὼν, κελεύει τῷ χιλιάρχῳ τοῖς τε παροῦσι, σπασαμένοις τὰ ξίφη, φονεῦσαι τὸν ἄνδρα, ὡς ὁμολογουμέ-25 νως πολέμιον. οἱ δὲ, μὴ μελλήσαντες, κελεύσαντι τῷ νέῳ βασιλεῖ πείθονται· ἀναιροῦσί τε αὐτὸν, καὶ τὸ σῶμα ῥίπτουσιν εἰς τὴν λεωφόρον, ὡς ἂν πᾶσι φανερὸν γένοιτο, καὶ ὑπὸ μισούντων ὑβρισθείη. 26. τούτῳ μὲν δὴ τῷ τέλει Πλαυτιανὸς ἐχρήσατο, ἀπλήστῳ τε ζήσας πάντων ἐπιθυμίᾳ, καὶ χρησάμενος ἐν τῷ τέλει ἀπλήστῳ ὑπηρεσίᾳ.

13. CAEterũ Seuerus, duobus præfectis militaribus constitutis, plurimum in suburbanis, aut circum maritimas Campaniæ oras agitabat, ius dicens, &

1 Ὁ δὲ Σεβῆρος τὸ μὲν λοιπὸν ὑπάρχοντας δύο τῶν 2 στρατοπέδων κατέστησεν. αὐτὸς δὲ τὰ πλεῖστα τοῦ βίου διέτριβεν ἐν τοῖς βασιλικοῖς προαστείοις, καὶ τοῖς παραλίοις τῆς Καμπανίας χωρίοις, δικάζων

τε

τε καὶ τὰ πολιτικὰ διοικῶν. ἅπασι γὰρ ἤθελε τοὺς παῖδας 3 τῆς ἐν Ῥώμῃ διαίτης χρηστῆς ἀπολαύειν· ἐπεὶ αὐτοὺς ἑώρα περὶ τὰ θεάματα ἐσπουδακότας ἀπρεπέστερον ἢ βασιλεῦσιν ἥρμοζεν. ἥ τε περὶ ἐ- 4 κεῖνα σπουδὴ καὶ φιλονεικία, διάφορον ἔχουσα καὶ ἀντίπαλον ἀεὶ τὴν γνώμην, τῶν ἀδελφῶν ἐτάραττε τὰς ψυχάς, ἐναύσματά τε ἔριδος καὶ ἔχθρας παρεῖχε. μάλιστα δὲ ὁ 5 Ἀντωνῖνος ἀφόρητος ἦν, ἀποσκεδασάμενος τὸν Πλαυτιανόν. ᾐδεῖτο δὲ καὶ ἐφοβεῖτο 6 τὸν πατέρα πρᾶξαί τι ἀνήκεστον. τῇ τε θυγατρὶ μὲν ἐκείνου, γυναικὶ δὲ αὐτοῦ, παντὶ τρόπῳ θάνατον ἐμηχανᾶτο. ὁ δὲ Σε- 7 βῆρος αὐτήν τε ἐκείνην καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς εἰς Σικελίαν ἐξέπεμψεν, αὐτάρκη δοὺς περιουσίαν εἰς τὸ βιοῦν δαψιλῶς. μιμούμενος τὸν Σεβαστόν. καὶ γὰρ ἐκεῖνος τοῖς 8 Ἀντωνίου παισὶ πολεμίου γενομένου οὕτως ἐχρήσατο. αὐτὸς δὲ ἐπειρᾶτο συνάγειν ἀεὶ τοὺς παῖδας εἰς φιλίαν, καὶ προτρέπειν εἰς ὁμόνοιαν καὶ συμφωνίαν,

ciuilibus negotiis intentus: cupiensque in primis, vti Romæ sui liberi bonis moribus instituerentur. Nam ludis eos spectaculisque vehementius studere animaduerterat, quam principibus conueniebat: quo fieret vti studio certamineque semper in diuersum tendente, etiam animi iuuenum distraherentur, quibusdam quasi admotis contentionum atque inimicitiarum facibus. Maxime tamen Antoninus, intolerandus, sublato iam è medio Plautiano, terribilisque & formidolosus erat omnibus: tum illius natæ, coniugi scilicet suæ, quibus maxime artibus aut machinis poterat, exitium intendebat. At Seuerus ipsam pariter cum filiolo quem pepererat, relegauit in Siciliam, datis opibus quantæ ad victum atque vsum abunde sufficerent: imitatus in hoc Augustum, qui filios Antonii, posteaquam hostis iudicatus est, eodem modo tractauerit. Ipse ad pacem concordiamque reuocare liberos, & reconciliare vtrunque alteri conabatur: ad-

 monens

monens identidem veterum fabularum, in quibus pleræque regum calamitates fraternis ortæ seditionibus memorantur. Huc addebat, thesauros templaque pecuniis plena esse, diuitias foris ex vectigalibus accedere: posse in tanta opulentia militem largitione teneri: auctas in quadruplum copias vrbanas: tantum sedere exercitum ante vrbem, vt nulla externa vis, seu multitudinem ipsam militum, seu corporum magnitudinem, seu pecuniæ abundantiam spectes, par inueniri tantis opibus possit. sed ea in nihilum recasura, ipsis inter se discordantibus atque intestinum agitantibus bellum. Hæc ille quotidie edisserens, precesque castigationibus admiscens, reprimere illorum spiritus, ac reducere germanos in gratiam studebat. Cæterum omnia frustra erant. quippe frænos ore depulerant, proni semper in peius. Atque illos, adulescentes adhuc, in ipso ætatis feruore atque in summa licentia, voluptatũ omnium

μύθων τε ἀρχαίων καὶ δραμάτων ὑπεμίμνησκεν ἀεὶ, βασιλέων ἀδελφῶν συμφορὰς ἐκ στάσεως διηγούμενος. 9 θησαυρούς τε καὶ νεὼς, πάντα ἐδείκνυε χρημάτων πλήρη· πλοῦτόν τε καὶ δύναμιν οὐκ ἔσεσθαι ἔξωθεν ἐπιβουλεύεσθαι, τοσαύτης μὲν οὔσης οἴκοι περιου- 10 σίας, ὡς ἀφειδῶς καὶ δαψιλῶς τοῖς στρατιώταις χορηγεῖν, τῆς τε ἐν Ῥώμῃ δυνάμεως αὐτῆς τετραπλασιασθείσης, καὶ στρατοπέδου τοσούτου πρὸ 11 τῆς πόλεως ἱδρυθέντος, ὡς μηδεμίαν εἶναι δύναμιν ἔξωθεν ἐχέγγυον μηδ' ἀντίπαλον, πλήθει στρατοῦ, μήτε μεγέθει σωμάτων, μήτε χρημά- 12 των περιουσίᾳ. πλὴν οὐδὲν ὄφελος τούτων πάντων ἔλεγε, στασιαζόντων πρὸς ἀλλήλους, οὗ τε πολέμου ἔνδον ὄν- 13 τος. ὁ μὲν δὴ τοιαῦτά τινα λέγων ἑκάστοτε, ποτὲ μὲν λιπαρῶν, ποτὲ δὲ ἐπιπλήττων, σωφρονίζειν αὐτοὺς ἅμα καὶ συνάγειν ἐπειρᾶτο. 14. οἱ δ' οὔπη ἐπείθοντο, ἀφηνίαζον δὲ καὶ ἐπεδίδοσαν εἰς τὸ χεῖρον. ἅτε δὲ νεανίας σφριγῶντας, καὶ ὑπὸ βασι-

βασιλικῆς ἐξουσίας εἰς πάσας ἡδονῶν ὀρέξεις ἀπλήστως ὁρμωμένους, ἕκαστοι τῶν κολακευόντων ἀνθεῖλκον πρὸς ἑαυτούς· οὐ μόνον ὑπηρετούμενοι 15 ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν καὶ ταῖς περὶ τὰ αἴσχιστα σπουδαῖς, ἀλλὰ καὶ ἀεί τι καινὸν ἐξευρίσκοντες, δι' οὗ ἀρέσουσι μὲν ὃν ἐκολάκευον, λυπήσουσι δὲ τὸν ἀδελφόν. 16. ἤδη γοῦν τινας καὶ λαβὼν ἐπὶ τοιαύταις ὑπηρεσίαις ὁ Σεβῆρος, ἐκόλασεν.

irritamentis incitatos, etiam adulatorum ministeria diuersos trahebant: scilicet qui non modo illorum obsequerentur cupidinibus atque flagitiis, sed noua semper aliqua excogitarent, vnde alteri gratum fieret, alter offenderetur. Quorum etiã nonnullos Seuerus ipse, in huiuscemodi ministeriis deprehensos, supplicio affecit.

Ἀγάλλοντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ 1 τῷ τοιούτῳ βίῳ τῶν παίδων, καὶ τῇ περὶ τὰ θεάματα ἀπρεπεῖ σπουδῇ, ἐπιστέλλει ὁ τῆς Βρεττανίας ἡγεμών, στασιάζειν τοὺς ἐκεῖ βαρβάρους φάσκων, καὶ κατατρέχοντας τὴν χώραν, λείαν τε ἀπάγειν, καὶ πορθεῖν τὰ πλεῖστα. δεῖσθαι 2 τοίνυν χειρὸς πλείονος πρὸς βοήθειαν τοῦ τόπου, ἢ βασιλικῆς ἐπιδημίας. ὁ δὲ Σεβῆρος 3 ἀσμένως ταῦτα ἀκούσας, φύσει μὲν καὶ φιλόδοξος ἄλλως ὑπάρχων, καὶ μετὰ τὰς ὑπὸ ἀνατολαῖς καὶ ἄρκτῳ νίκας καὶ προσηγορίας βουλόμενος καὶ κατὰ Βρεττανῶν ἐγεῖραι

14. Hanc liberorum suorum vitam, & indecora in spectaculis studia, ferens grauiter senex imperator, literas à Britanniæ præfecto accepit, quæ docebant, barbaros illic seditiones agitare, regionemque omnem incursionibus ac depopulationibus vastare: quare maiore manu ad resistendum, vel etiam principis ipsius præsentia, opus esse. Lætus ea Seuerus accepit: quippe homo suapte natura gloriæ appetentior, post victorias ad orientem septemtrionemque, & cognomina vtrinque parta, etiam tropæa contra Britannos exci-

tare aliqua cupiebat. Ad hæc filios quoque abducere ex vrbe, vt procul à munditiis vrbanis, in castris militari vitæ ac sobriæ iuuenes insuescerent. Ita expeditionem in Britanniam edicit, senex iam, & morbo articulari laborans: tanta autem animi virtute, quanta nemo vnquam vel iuuenum. Igitur iter ingressus lectica plurimum vehebatur, nulloque cessabat loco. Quare confecto itinere vna cum filiis, speque omni ac sermone celerius enauigato Oceano, Britanniam ingressu est: collectisque militibus ac maximis conflatis viribus bellum comparabat. Cæterum Britanni, repentino principis aduentu perculsi, auditoque tantas contra se comparari copias, legatos ad eum de pace, ac seipsos expurgatum miserunt. At Seuerus, moras de industria nectens, ne vacuo sibi Romam redeundũ foret, cupidus victorię cognominisque

4 τρόπαια· ἔτι δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς ἀπαγαγεῖν τῆς Ῥώμης θέλων, ὡς ἂν νεάζοιεν ἐν στρατιωτικῷ βίῳ καὶ σώφρονι, ἀπαχθέντες τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς καὶ διαίτης, ἐπαγγέλλει τὴν εἰς τὴν Βρεττανίαν ἔξοδον, πρεσβύτης τε ἤδη ὢν καὶ ὑπὸ τῆς ἀρθρίτιδος νόσου κάμνων· 5 ἀλλὰ τὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἔρρωτο ὑπὲρ πάντα νεανίαν. 6 τὰ πλεῖστα γοῦν καὶ φοράδην φερόμενος τῆς ὁδοιπορίας ἤγετο, οὐδὲ πώποτε ἐπὶ πολὺ μένων ἀνεπαύετο. 7 Ἀνύσας δὲ τὴν ὁδὸν ἅμα τοῖς παισὶ, παντὸς λόγου καὶ ἐλπίδος θᾶττον τὸν Ὠκεανὸν διαπλεύσας, Βρεττανοῖς ἐπέστη. τούς τε πανταχόθεν στρατιώτας ἀθροίσας, καὶ δύναμιν πολλὴν ἀγείρας, τὰ πρὸς τὸν πόλεμον παρεσκευάζετο. 8 οἱ δὲ Βρεττανοὶ τῇ τοῦ βασιλέως ἐκπλαγέντες αἰφνιδίῳ ἐπιδημίᾳ, δύναμίν τε ἀκούσαντες παμπληθῆ ἐπ᾽ αὐτοὺς ἀθροισθεῖσαν, πρεσβείας ἔπεμπον, περί τε εἰρήνης διελέγοντο, ἀπολογεῖσθαί τε ἐβούλοντο πρὸς τὰ προημαρτημένα. 9. ὁ δὲ Σεβῆρος διατριβάς τε χρόνου ζητῶν, ὡς ἂν μὴ πάλιν εἰς τὴν Ῥώμην ἐπείγοιτο, ἔτι δὲ καὶ βουλό-

βουλόμενος προκτήσασθαι τὴν κατὰ τῶν Βρεττανῶν νίκην τε καὶ προσηγορίαν, τοὺς μὲν πρέσβεις αὐτῶν ἀπράκτους ἐξέπεμψεν, ἐξήρτυε δὲ τὰ πρὸς τὴν μάχην. [10] μάλιστα δὲ γεφύραις διαλαμβάνειν ἐπειρᾶτο τὰ ἑλώδη χωρία, ὡς ἂν ἐπ' ἀσφαλοῦς βαίνοντες οἱ στρατιῶται, ῥᾳδίως τε αὐτὰ διατρέχοιεν, καὶ ἐπ' ὀχυροῦ βήματος ἑδραίως ἑστῶτες μάχοιντο. [11] τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν Βρεττανῶν χωρίων ἐπικλυζόμενα ὑπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ συνεχῶς ἀμπώτισιν, ἑλώδη γίγνεται. οἷς ἔθος τοῖς μὲν βαρβάροις ἐννήχεσθαί τε καὶ διαθεῖν βρεχομένοις μέχρις ἰξύων. [12] γυμνοὶ γὰρ ὄντες τὸ πλεῖστον τοῦ σώματος, τῆς ἰλύος καταφρονοῦσι. οὐδὲ γὰρ ἐσθῆτος ἴσασι [13] χρῆσιν, ἀλλὰ τὰς μὲν λαπάρας καὶ τοὺς τραχήλους κοσμοῦσι σιδήρῳ, καλλώπισμα τοῦτο καὶ πλούτου σύμβολον νομίζοντες, ὥσπερ τὸν χρυσὸν οἱ λοιποὶ βάρβαροι· τὰ δὲ σώματα στίζονται γραφαῖς ποικίλων ζώων παντοδαπῶν εἰκόσιν. 14. ὅθεν οὐδ' ἀμφιέννυνται, ἵνα μὴ σκέπωσι τοῦ σώματος τὰς γραφάς. εἰσὶ δὲ μαχιμώτατοί τε καὶ φονικώτατοι, ἀσπίδα μόνην στενὴν

Britannici, legatos quidem re infecta domum dimittit, ipse quæ bello vſui forent, magna ſolertia comparabat. Sed imprimis tamen curæ habuit pontibus occupare paludes, vt ſtare [10] in tuto milites poſſent, atque in ſolido præliari. Siquidem Britanniæ pleraque loca frequentibus Oceani alluuionibus paludeſcunt. Per eas igitur paludes barbari ipſi natant, excurſantque, ad ilia vſque demerſi, ac pleraque corporis [11] nudi cœnum contemnunt. Neque enim veſtis vſum cognorunt, ſed ventrem atque ceruicem ferro incingunt: ornamentum id eſſe, ac diuitiarum argumentum exiſtimantes, perinde vt aurum cæteri barbari. Quin [12] ipſa notant corpora pictura varia, & omnifariam formis animalium: quocirca ne [13] induuntur quidem, videlicet picturam corporis ne adoperiant. Sunt autem bellicoſiſſima gens, atque auidiſ-

sima cædis: tantum scuto angusto lanceaque contenti, præterea gladio nudis corporibus dependente: loricæ ac galeæ penitus ignorant vsum: impedimentum id esse transgrediendis paludibus arbitrantes, quarum vaporibus æstuque cælum ibi semper caliginosum. Ad hæc Seuerus nihil non comparabat, quod vsui Romano militi, quod detrimento barbaris impedimentoque foret. Vbi vero satis ex sententia prompta sibi esse ac parata omnia intellexit, iuniorem filium, Getam nomine, in parte insulæ Romanis subiecta reliquit, vt iuri dicundo rebusque ciuilibus administrandis præesset: eique consiliarios ex amicis natu grandibus reliquit, Antonino secum aduersus barbaros educto. Transgresso igitur Romano exercitu amnes aggeresque eos, qui obiecti barbaris Romanorum fines disterminant, pugnæ quædam tumultuariæ fiebant & excursiones, victore vbique Romano. Cæterum facilis erat ex fuga re-

περιβεβλημένοι, καὶ δόρυ· ξίφος δὲ παρηρτημένοι γυμνοῦ 15 σώματος. θώρακος δὲ ἢ κράνους οὐκ ἴσασι χρῆσιν, ἐμπόδιον νομίζοντες πρὸς τὴν διόδον τῶν ἑλῶν, ἐξ ὧν τῆς ἀναθυμιάσεως καὶ παχύτητος ὁ κατ' ἐκείνην τὴν χώραν ἀὴρ ζοφώδης ἀεὶ φαίνεται. 16 πρὸς δὴ ταῦτα ἐξήρτυεν ὁ Σεβῆρος ὅσα συνοίσειν ἔμελλε τῷ Ῥωμαίων στρατῷ, λυπήσειν δὲ καὶ ἐμποδιεῖν τὴν τῶν 17 βαρβάρων ὁρμήν. Ὡς δὲ αὐτάρκως ὤφθη αὐτῷ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον παρεσκευάσθαι, τὸν μὲν νεώτερον τῶν υἱῶν, τὸν Γέταν καλούμενον, καταλιπὼν ἐν τῷ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἔθνει δικάσοντά τε καὶ τὰ λοιπὰ διοικήσοντα πολιτικὰ τῆς ἀρχῆς, (δοὺς αὐτῷ συνέδρους τῶν φίλων τοὺς πρεσβυτέρους) τὸν δὲ Ἀντωνῖνον παραλαβὼν, ἐπὶ τοὺς βαρβά-18 ρους ἠπείγετο. Ὑπερβάντος δὲ τοῦ στρατοῦ τὰ προβεβλημένα ῥεύματά τε καὶ χώματα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, συμβολαὶ καὶ ἀκροβολισμοὶ πολλάκις ἐγίνοντο, τροπαί τε τῶν βαρβάρων· 19. ἀλλὰ τοῖς μὲν ῥᾳδία ἦν ἡ

φυγὴ

φυγῇ, καὶ διελάνθανον ἔν τε δρυμοῖς καὶ ἕλεσι, καὶ τῇ τῶν χωρίων γνώσει. ἅπερ πάντα 20 Ῥωμαίοις ὄντα ἐναντία, πλείονα παρεῖχε τοῦ πολέμου τὴν διατριβήν.

ceptus barbaris: quippe inter syluas ac paludes & loca ipsis notissima delitescentibus. Quæ omnia Romanis aduersa, moram bello addebant.

Τὸν δὲ Σεβῆρον γηραιὸν 1 ὄντα ἤδη νόσος ἐπιμονεστέρα καταλαμβάνει. ὅθεν αὐτὸς μὲν ἠναγκάζετο μένειν οἴκοι, τὸν δὲ Ἀντωνῖνον ἐπειρᾶτο ἐκπέμπειν διοικήσοντα τὰ στρατιωτικά. ὁ δὲ Ἀντωνῖ- 2 νος τῶν μὲν πρὸς τοὺς βαρβάρους μετρίως ἐφρόντιζεν, ἐπειρᾶτο δὲ οἰκειοῦσθαι τὰ στρατεύματα, καὶ πάντας ἀνέπειθεν εἰς αὐτὸν βλέπειν μόνον. ἐμνᾶτό τε παντὶ τρό- 3 πῳ τῆς μοναρχίας, διαβάλλων τὸν ἀδελφόν. ὁ δὲ πατὴρ ἐπὶ πολὺ νοσῶν, καὶ πρὸς θάνατον βραδύνων, ἐπαχθὴς αὐτῷ καὶ ὀχληρὸς ἐφαίνετο. ἀνέπειθέ 4 τε ἰατροὺς καὶ ὑπηρέτας κακουργῆσαί τι περὶ τὴν θεραπείαν τοῦ γέροντος, ὡς ἂν θᾶττον αὐτοῦ ἀπαλλαγείη. πλὴν ἀλλὰ 5 μόλις ποτὲ Σεβῆρος λύπῃ τὸ πλεῖστον διαφθαρεὶς, ἀνεπαύσατο τοῦ βίου, ἐνδοξότατα βιώσας, ὅσον πρὸς τὰ πολεμικὰ τῶν

15. Interea Seuerum iam confectum senio, longior inuasit morbus, sic vt ipse domi residere, atque Antoninum mittere in bellum ad imperatoris obeunda munia cogeretur. Ceterum Antoninus haud magnopere de barbaris solicitus, exercitum sibi adiungere & confirmare vniuersos tendebat, vti se vnum intuerentur, soli sibi imperium vindicans, ac germano identidem obtrectãs. Quin longior quoque patris valetudo, ac mortis mora diuturnior, anxium videlicet adulescentem habebant: sic vt medicis ministrisque subinde conaretur persuadere, senẽ vt è medio quamprimum quoquo modo tollerent. donec tandem Seuerus, mœrore magis quam morbo consumptus, vitaque defunctus est, clarissimus omnium imperatorum bellicis operibus. Neque

enim aut ciuiles quisquam aduersus inimicos, aut externas aduersus barbaros totidem alius victorias reportauit. Annisque duodeuiginti gesto imperio decessit, successoribus liberis iuuenibus: tanta pecuniæ relicta illis copia, quantam antea nemo; tum ampliore exercitu quam cui obsistere vlla vis posset. Igitur Antoninus, mortuo Seuero, summam potestatem nactus, confestim vniuersos ab ipso (quod aiunt) lare interficere cœpit. Nam & medicos supplicio affecit, quod sibi parum obtemperauerant, iubenti senis maturare necem: nutritiosque suos iuxta & fratris, quod de reconciliandis egi[ss]ent: ne vno quidem reliquo suæ crudelitati facto, ex eo ordine hominum, qui in honore aliquo fuerant, quique ipsius parentem obseruauerant. Duces porro exercitus magnis muneribus ac promissis adhortabatur, persuaderent militibus, vti se vnum imperatorem declararent:

6 πώποτε βασιλέων. οὔτε γὰρ ἐμφύλια κατ' ἐχθρῶν, οὔτε ξένα κατὰ βαρβάρων, τοσαῦτά τις πρὸ αὐτοῦ ἤγειρε τρό-7 παια. βασιλεύσας δὲ ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν, ἐπὶ παισὶ νεανίαις διαδόχοις ἀνεπαύσατο· χρήματά τε αὐτοῖς καταλιπὼν ὅσα μηδεὶς πώποτε, καὶ δύναμιν στρατιωτῶν 8 ἀνανταγώνιστον. Ὁ δὲ Ἀντωνῖνος, τοῦ πατρὸς ἀποθανόντος, λαβόμενος ἐξουσίας, εὐθὺς ἀφ' ἑστίας πάν-9 τας φονεύειν ἤρξατο· τούς τε ἰατροὺς ἀνελὼν οἳ μὴ ὑπήκουσαν αὐτῷ κελεύσαντι κακουργῆσαι, καὶ τὸν θάνατον ἐπεῖξαι τοῦ γέροντος, τούς τε τροφεῖς αὐτοῦ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, ἐπειδὴ προσέκειντο λιπαροῦντες αὐτὸν ὑπὲρ ὁμο-10 νοίας. οὐδένα δὲ εἴασε περιγενέσθαι τῶν ἐν τιμῇ γενομένων ἢ θεραπείᾳ τοῦ γέροντος. ἰδίᾳ τε δωρεαῖς καὶ μεγάλαις ὑποσχέσεσι τοὺς τῶν στρατοπέδων ἡγεμόνας ἐθεράπευεν, ὅπως ἀναπείσειαν τὸν στρατὸν ἀποδεῖξαι μόνον αὐτοκράτορα· καὶ πᾶσαν μηχανὴν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἐζήτει. 11. οὐ μὴν ἐπείθετο τὸ στρα-

στρατιωτικόν· μεμνημένοι δὲ τοῦ Σεβήρου, καὶ ὅτι ἀμφοτέρους ἴσους δὴ ἐκ παίδων παραθρέψειεν, ἴσην αὐτοῖς ὑπηρεσίαν καὶ εὔνοιαν παρεῖχον. 12 ὁ δὲ Ἀντωνῖνος, ἐπεὶ μὴ προεχώρει αὐτῷ τὰ τῶν στρατοπέδων, σπεισάμενος πρὸς τοὺς βαρβάρους, δούς τε εἰρήνην, τά τε πιστὰ λαβών, ἐξῄει τε τῆς βαρβάρου, πρός τε τὸν ἀδελφὸν ἤδη καὶ τὴν μητέρα ἠπείγετο. 13 ὡς δὲ κατὰ τὸ αὐτὸ ἐγένοντο, συνάγειν αὐτοὺς ἡ μήτηρ ἐπειρᾶτο, καὶ οἱ ἐν ἀξιώσει ὄντες καὶ σύνεδροι πατρῷοι φίλοι. 14 ὁ δὲ Ἀντωνῖνος, πάντων αὐτῷ πρὸς ἃ ἐβούλετο ἐναντιουμένων, ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ, ἐς ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν ἐπίπλαστον μᾶλλον ἢ ἀληθῆ, συνήγετο. 15 οὕτω δὴ τὰ τῆς βασιλείας ἀμφότεροι διοικοῦντες ἐν ὁμοτίμῳ ἀρχῇ, ἀπᾶραι τῆς Βρεττανίας ἠθέλησαν· εἴς τε τὴν Ῥώμην ἠπείγοντο, κομίζοντες τὰ τοῦ πατρὸς λείψανα. 16. τὸ γὰρ σωμάτιον πυρὶ παραδόντες, τήν τε κόνιν σὺν ἀρώμασιν εἰς κάλπιν ἀλα-

nullasque non machinas aduersus germanum intendebat. Neque id tamen persuadere militibus potuit. quippe memores, vtrunque à Seuero iam inde à pueritia pari honore cultuque educatum, etiam ipsi parem vtrique obedientiam beneuolentiamque exhibebant. Igitur Antoninus, cognito parum sibi rem aduersus exercitum procedere, icto cum barbaris fœdere, dataque pace & obsidibus acceptis, decedens illinc, ad matrem iam germanumque festinat. Congressos reducere in gratiam mater conata adnitentibus honestissimis quibusque Seueri amicis & consiliariis. Igitur Antoninus, cum nemo scilicet non eius libidini refragaretur, vi potius quam voluntate, ad concordiæ amorisque simulationem adducitur. Ita ambo pari honore imperium gerentes, soluerunt ex Britannia, Romamque cum patris reliquiis contendebant. Nam corpusculo ignibus tradito, cinerem ipsum cum odoribus in vasculum alaba-

alabastri coniectum, Romam referebant, vt videlicet in sacris principum monimentis componeretur. Ipsi exercitum deportantes, victoresque iam Britanniæ, in aduersam Galliam emenso Oceano peruenerunt. Quo igitur pacto & diem suum obierit Seuerus, & liberi eius imperium susceperint, in hoc volumine demonstratum est.

collata acie res gerebatur, ex qua Germani persæpe haud impares Romanis abibant. 21 Cum in his Alexander versaretur, decreuit tamen oratores ad illos de pace mittere, qui pollicerentur omnia 22 illis principem Romanum quorum foret opus præbiturum, pecuniasque daturum magna copia. Sunt enim Germani pecuniæ imprimis auidi, nunquamque non auro pacem Romanis cauponantur. 23 Quare Alexander pacem fœderaque potius ab illis emercari, quam periclitari bello tendebat. 24 Cæterum miles Romanus iniquo animo ferebat, frustra se tempus terere, nulla occasione fortiter quicquam animoseque gerendi, intento aurigationibus, vt aiebant, ac deliciis, Alexandro: cum contra oporteret vindicare potius Germanos, pœnasque ab iis exigere audaciæ.

μάχην ἀντιτυπεῖς καὶ ἰσόρροποι πολλάκις Ῥωμαίοις ἐγένοντο. 21 Ἀλέξανδρος μὲν ἐν τούτοις ἦν· πλὴν ἔδοξεν αὐτῷ πρεσβείαν πέμψαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ περὶ εἰρήνης διαλέγε-22 σθαι. πάντα τε ὑπισχνεῖτο παρέξειν ὅσων δέονται, καὶ χρημάτων ἀφειδῶς ἔχειν. τούτῳ γὰρ μάλιστα Γερμανοὶ πείθονται, φιλάργυροί τε ὄντες καὶ τὴν εἰρήνην ἀεὶ πρὸς Ῥωμαίους χρυσίου καπηλεύοντες. ὅθεν 23 οὖν Ἀλέξανδρος ἐπειρᾶτο ὠνήσασθαι μᾶλλον τὰς πρὸς αὐτοὺς σπονδὰς, ἢ διὰ πολέ-24 μου κινδυνεύειν. οἱ μέντοι στρατιῶται χαλεπῶς ἔφερον, διατριβῆς τε ματαίας ἐγγινομένης, καὶ μηδέν τι γενναῖον ἢ πρόθυμον εἰς τὸ πολεμεῖν παρέχοντος τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἀλλ' ἡνιοχείαις καὶ τρυφαῖς προσέχοντος, δέον ἐπεξελθεῖν καὶ τιμωρήσασθαι Γερμανοὺς ἐπὶ τοῖς προτετολμημένοις.

8. Erat autem in exercitu Maximinus, è quodam Thraciæ, & quidem intimæ, vico, semibarbarus homo, & qui à pueritia opilio fuisset: dein vigente

1 Ἦν δέ τις ἐν τῷ στρατῷ, Μαξιμῖνος ὄνομα, τὸ μὲν γένος τῶν ἐνδοτάτων Θρᾳκῶν καὶ μιξοβαρβάρων, ἀπό τινος κώμης, ὡς ἐλέγετο, πρότε-

πρότερον μὲν ἐν παιδὶ ποιμαίνων· ἐν ἀκμῇ δὲ τῆς ἡλικίας γενόμενος, διὰ μέγεθος καὶ ἰσχὺν σώματος εἰς τοὺς ἱππεύοντας στρατιώτας καταταγείς· εἶτα κατ' ὀλίγον 3 αὐτὸν χειραγωγούσης τῆς τύχης, ἐλθὼν διὰ πάσης τάξεως στρατιωτικῆς, ὡς στρατοπέδων τε ἐπιμέλειαν τῶν ἐθνῶν τε ἀρχὰς πιστευθῆναι. τὸν δὴ Μαξιμῖνον τοῦτον διὰ 4 τὴν προειρημένην στρατιωτικὴν ἐμπειρίαν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπέστησε πάσῃ τῇ τοῦ στρατοῦ νεολαίᾳ, ὡς ἀσκοίη τε αὐτοὺς τὰ στρατιωτικά, καὶ ἐς τὸ πολεμεῖν ἐπιτηδείους παρασκευάζοι. ὁ δέ, μετὰ πά- 5 σης ἐπιμελείας ποιούμενος τὰ ἐγκεχειρισμένα, εὔνοιαν πολλὴν παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐκτήσατο· οὐ μόνον διδάσκων αὐτοὺς τὰ ποιητέα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις πάντων προηγούμενος· ὡς μὴ μαθητὰς εἶναι μόνον, ἀλλὰ ζηλωτὰς καὶ μιμητὰς τῆς ἐκείνου ἀνδρείας. 7. ἔτι τε καὶ δωρεαῖς αὐτοὺς καὶ παντοδαπαῖς τιμαῖς ᾠκειώσατο. ὅθεν οἱ νεανίαι (ἐν οἷς ἦν τὸ πολὺ πλῆθος Παιόνων μάλιστα) τῇ μὲν ἀνδρείᾳ τοῦ

ætate, ob corporis proceritatem viresq; ingentes, equo 2 stipendia fecerat: postremoque, fortuna quasi manu ducente ac præuia, cum per omnes militiæ gradus ascendisset, etiam ad exercituum prouinciarumque præposituras euaserat. Hunc igitur Maximinum, ob eam, quam supra diximus, rei militaris peritiam, tyronibus vniuersis Alexander præfecerat, quos ad militiæ munera exerceret, atque ad bellandum idoneos redderet. Qui cum in eo negotio nihil sibi ad omnem diligentiam reliqui faceret, maximam scilicet à cuncto exercitu gratiam inibat, non solum quæ gerenda forent assidue edocens, sed ipse etiam primus obiens quæ vsus posceret: vt non discipulos tantum, sed æmulos etiam atque imitatores haberet suæ virtutis: quos etiam muneribus omnique genere honorum sibi adiungebat. Quapropter adolescẽtes, quorum bona pars ex Pannonia erat, læti virtute

Maximini, vulgo obtrectabant Alexandro, quod sub matris autoritate adhuc esset, nihilque non ex arbitrio consilioque illius administraret, bellumque segniter & timide gereret: ferentes identidem sermonibus inter se, quantum detrimenti cunctatione illius in Oriente accepissent, nihilque adhuc fortiter ac viriliter gestum aduersus Germanos. Quare & suapte natura proni ad res nouandas, & tam longum principatum grauati, minus jam lucrosum, omni ambitione pridem consumpta: tum sperantes alterum mox principem, adepto præter expectationẽ imperio, plus aliquantum vtilitatis honorumque ipsis ac studii delaturum: decreuere Alexandrum obtruncare, ac Maximinum vocare Augustum, commilitonem videlicet & contubernalem, prætereaq; rei militaris peritia maxime præsenti bello idoneum. Cum igitur frequentes in campum conuenissent, ve

8 Μαξιμίνου ἔχαιρον· τὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἐπέσκωπτον, ὡς ὑπό τε μητρὸς ἀρχόμενον, καὶ διοικουμένων τῶν πραγμάτων ὑπ' ἐξουσίας τε καὶ γνώμης γυναικὸς, ῥαθύμως τε καὶ ἀνάνδρως τοῖς πολεμικοῖς 9 προσφερομένου ἐκείνου. ὑπεμίμνησκον δὲ ἀλλήλους τῶν τε ὑπὸ ταῖς ἀναβολαῖς διὰ μέλλησιν αὐτοῦ πταισμάτων, καὶ ὅτι μηδὲν ἀνδρεῖον μηδὲ νεανικὸν παρέχοιτο, εἰς Γερμα- 10 νοὺς ἐλθών. Ὄντες οὖν καὶ ἄλλως πρὸς τὸ καινοτομεῖν ἐπιτήδειοι, καὶ τὸ μὲν παρὸν τῆς ἀρχῆς βαρὺ διὰ μῆκος ἐξουσίας ἡγούμενοι, ἀκερδές τε ἤδη, πάσης προσανηλωμένης 11 φιλοτιμίας· τὸ δὲ μέλλον καὶ πρόσφατον, ἔς τε τὸ κερδαλέον αὐτοῖς δι' ἐλπίδων κομιζόμενον παρὰ προσδοκίαν, τίμιόν τε 12 καὶ περισπούδαστον, ἐβουλεύσαντο ἀποσκευάσασθαι μὲν τὸν Ἀλέξανδρον, ἀνειπεῖν δὲ αὐτοκράτορα καὶ σεβαστὸν τὸν Μαξιμῖνον, συστρατιώτην τε αὐτῶν ὄντα καὶ σύσκηνον, ἔς τε τὸν παρόντα πόλεμον δι' ἐμπειρίαν καὶ ἀνδρείαν ἐπιτήδειον δοκοῦντα. 13. ἀθροισθέντες οὖν εἰς τὸ πεδίον ὡπλισμένοι, ὡς δὴ

ἐπὶ

ἐπὶ τὰ συνήθη γυμνάσια
προελθόντα, καὶ ἐπιστάντα αὐ-
τοῖς τὸν Μαξιμῖνον (εἴτε καὶ
ἀγνοοῦντα τὸ πραττόμενον, εἴτε
καὶ λάθρα τοῦτο προκατα-
σκευάσαντα) πορφύραν ἐπι-
βαλόντες βασιλικὴν, αὐτο-
κράτορα ἀναγορεύουσιν. ὁ δὲ 14
τὰ μὲν πρῶτα παρῃτεῖτο, καὶ
τὴν πορφύραν ἀπερρίπτει· ὡς
δὲ ἐνέκειντο ξιφήρεις, ἀπο-
κτενεῖν ἀπειλοῦντες, τοῦ
παρόντος κινδύνου τὸ μέλλον
προελόμενος, ἀνεδέξατο τὴν
τιμὴν, πολλάκις αὐτῷ πρό-
τερον, ὡς ἔλεγε, χρησμῶν καὶ
ὀνειράτων τὴν τοσαύτην τύχην
προειρηκότων· εἰπὼν πρὸς 15
τοὺς στρατιώτας, ὅτι ἄκων μὲν
καὶ μὴ βουλόμενος ἀναδέχε-
ται, πειθόμενος τῇ ἐκείνων
βουλήσει· παραγγέλλει δ' αὐ- 16
τοῖς ἔργῳ βεβαιῶσαι τὰ δό-
ξαντα, ἀραμένους τε τὰ ὅπλα,
σπεύδειν ἐπιστῆναι τῷ Ἀλε-
ξάνδρῳ ἀγνοοῦντι, τὴν φήμην
φθάσαντας, ἵν' ἐκπλήξαντες τοὺς συνόντας ἐκείνῳ στρατιώτας
καὶ φρουροὺς τοῦ σώματος, ἢ πείσωσιν ὁμογνωμονῆσαι, ἢ ῥᾷστα βιά-
σωνται ἀπαρασκεύους τῷ μηδὲν προσδοκᾶν. 17 ὡς δ' αὐτοὺς εἰς

nienti de more ad exercendos tyrones Maximino (dubium, ignaro, an re prius composita) purpuram circundant, imperatoremque salutant. Ille primo reniti, & abiicere purpuram: vt autem nudos intentari gladios à militibus vidit, occisuros nisi cederet minitantibus, futurum quàm præsens periculum præoptans, honorem scilicet recepit, fortunamque illam sæpe, vt aiebat, oraculis ac somniis præmonstratam: testatus milites prius, inuitum retractantemque se cogi, sed illorum tamen obsequi voluntati. Quamobrem quæ ipsis placuerint, resanciant, sublatisque armis, etiam præuento rumore, Alexandrum iam rei totius ignarum opprimant: vt milites illius ac stipatores re subita perterriti, aut sponte cum reliquis consentiant, aut certe dum imparati sunt nihilque eiusmodi expectant, etiam ingratiis subigantur. Postea vero quam beneuolentiam omnium atque ala-

critatem prouocauit, duplicata scilicet annona, ingentique promisso donatiuo, pœnisque omnibus ignominiisque remissis, confestim ad Alexandri tabernaculum, quod haud procul abesset, vniuersos educit.

εὔνοιαν καὶ προθυμίαν πάνυ προεκαλέσατο, τά τε σιτηρέσια ἐπεδιπλασίασέ τε, νομὰς δὲ καὶ δόσεις μεγίστας ὑπέσχετο, τιμωρίας τε καὶ κηλῖδας πά-18σας αὐτοῖς ἀνῆκεν· ὁδά τε τὴν πορείαν ἐξήγαγεν, οὐ πολὺ δ' ἀφεστήκει τὸ χωρίον ἔνθα ἐσκήνου ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ.

9. HIs ille nuntiatis, vehementer rei nouitate perturbatus atque exterritus, prosilit è tabernaculo, vesano similis, lacrymásque & tremens, nunc Maximinum perfidum ingratumque vocare, enumeratis quæcunque in illum beneficia contulisset: nunc tyrones accusare, qui neglecto sacramento, adeo proteruiter id facinus auderent: postremo autem polliceri, daturum se quæ vellent, emendaturumque si qua desiderarent. Sed milites qui eum tuebantur, faustis in præsens acclamationibus prosecuti, defensuros eum cunctis viribus affirmabant. Nocte autem exacta, cũ iam lucisceret, nuntiantibus quibusdam ad-

1 ὩΣ δ' ἀπηγγέλη τὰ περὶ τοῦ Μαξιμίνου, ὁ Ἀλέξανδρος ἐν μεγίστῃ ταραχῇ γινόμενος, καὶ τῷ παραδόξῳ τῆς ἀγγελίας ἐκπλαγείς, προπηδήσας τῆς βασιλείου σκηνῆς ὥσπερ ἐνθουσιῶν, δακρυρροῶν καὶ τρέμων, τοῦ τε Μαξιμίνου ὡς ἀπίστου καὶ ἀχαρίστου κατηγόρει, πάσας τὰς εἰς ἐκεῖνον εὐεργεσίας καταλεχθείσας πρὸς 2 αὐτοῦ διηγούμενος· τούς τε νεανίας στρατιώτας ᾐτιᾶτο ὡς προπετῶς καὶ ἐπιόρκως ταῦτα τετολμηκότας· δώσειν δὲ πάντα ὑπισχνεῖτο ὧν δέοιντο, καὶ ἐπανορθώσεσθαι εἴ τι μέμ-3φοιντο. οἱ δὲ σὺν αὐτῷ στρατιῶται, ἐκείνης τῆς ἡμέρας εὐφημήσαντες αὐτὸν παρέπεμψαν, ὑποσχόμενοι παντὶ σθένει ὑπερασπίζειν αὐτοῦ. 4. τῆς νυκτὸς δὲ διαδραμούσης, κατὰ τὸ περίορθρον ἀγγειλάντων τινῶν ὅτι δὴ

Μαξι-

Μαξιμῖνος πρόσεισι, κόνις τε πόρρωθεν ἐγειρομένη φαίνεται, βοῆς τε ἦχος πλήθους ἐξακούεται, πάλιν προελθὼν ἐς τὸ πεδίον ὁ Ἀλέξανδρος, συγκαλέσας τε τοὺς στρατιώτας, ἐδεῖτο προμαχεῖν, καὶ σώζειν ὃν ἀνεθρέψαντο, καὶ ὑφ' ᾧ βασιλεύοντι τεσσαρεσκαίδεκα ἔτεσιν, ἀμέμπτως βεβιώκεσαν· πάντας τε εἰς οἶκτον καὶ 5 ἔλεον προσκαλούμενος, ἐκέλευεν ὁπλίζεσθαι, καὶ ἐξελθόντας ἀντιτάττεσθαι. οἱ δὲ στρατιῶται τὰ μὲν πρῶτα ὑπισχνοῦντο, κατ' ὀλίγους δὲ ἀνεχώρουν, οὐδ' ὅπλα λαβεῖν ἤθελον. οἱ δέ τινες τὸν ἐπαρ- 6 χοντα τοῦ στρατοῦ καὶ τοὺς οἰκείους Ἀλεξάνδρου ᾔτουν πρὸς ἀναίρεσιν, πρόφασιν ποιούμενοι, αἰτίους τῆς ἀποστάσεως γεγενῆσθαι. οἱ δὲ τὴν μητέρα ἐμέμφοντο 7 ὡς φιλάργυρον, καὶ τὰ χρήματα ἀποκλείουσαν, διά τε μικρολογίαν καὶ τὸ πρὸς τὰς ἐπιδόσεις ὀκνηρὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου μεμισημένου. 8. καὶ μέχρι μέν τινος τοιαῦτα διαφόρως βοῶντες προσέμενον· ὡς δὲ τοῦ Μαξιμίνου ὁ στρατὸς ἤδη τε ἐν ὄψεσιν ἦν,

esse Maximinum, puluerem que haud procul excitatum videri, ac voces magnæ multitudinis exaudiri: rursos in planitiem egressus Alexander, conuocare milites, rogare vt se defenderent, tuerenturque eum quem ipsi educauissent, quoque iam quatuordecim annos imperante, sine vlla querela vixissent: commotisque miseratione omnibus, arma capere ac resistere hostibus imperabat. At milites, etsi omnia principi pollicebantur, paulatim tamen alii alio dilabebantur. Quidam etiam præfectum prætorii atque Alexandri familiares ad supplicium deposcebant, ortam ab illis defectionem causantes, alii matrem ipsius accusabant, auaram fœminam, & quæ pecuniis congerendis, ob sordes nimias parsimoniamque erga milites, inuisum cunctis Alexandrum reddiderit. Igitur aliquandiu hæc inter se diuersi dictitantes, stabant adhuc tamen: vt vero exercitus Maximini in conspectum venit, atque hortari commilitones cœ-

pit,

pit, vt mulierem sordidam & pusillum adolescentem, etiamnum sub matris seruitio, statim desererent, seque viro forti proboq; aggregarent, commilitoni ipsorum, atque in armis semper bellicisque muneribus versato: confestim vniuersi ab Alexandro desciuerunt, atque vnanimiter Imperatorē Maximinum consalutauerunt. At ille tremens, atque exanimatus, in tabernaculum reuertitur, matrique implicitus, &, vt aiunt, conquerens atque incusans, quod ob illam talia pateretur, expectabat interfectorem. Maximinus autem, postquam eum exercitus vniuersus Augustum appellauit, tribuno & centurionibus aliquot negotium dat, Alexandri, matrisque vna, & quicunque vim contra facerent, occidendorum. Qui facto impetu in tabernaculum, statim ipsum cum matre amicisque & honoratissimo quoque, obtruncant, exceptis qui paulo ante fuga sibi ac latebris consuluissent: quos tamen vniuersos haud multo

παρεκάλεσέ τε στρατιώτας καταλιπεῖν μὲν γύναιον μικρολόγον, καὶ μειράκιον μικρὸν μητρὶ δουλεῦον, προσιέναι δὲ ἀνδρὶ γενναίῳ καὶ σώφρονι, συστρατιώτῃ τε ἐν ὅπλοις ἀεὶ καὶ πολεμικοῖς ἔργοις διητημένῳ. 9 πεισθέντες οἱ στρατιῶται τὸν μὲν Ἀλέξανδρον καταλείπουσιν, αὐτοὶ δὲ προσίασι τῷ Μαξιμίνῳ· αὐτοκράτωρ τε ὑπὸ πάντων ἐκεῖνος ἀνα- 10 γορεύεται. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, τρέμων καὶ λιποψυχῶν, μόλις εἰς τὴν σκηνὴν ἐπανέρχεται. τῇ τε μητρὶ περιπλακείς, καί, ὥς φασιν, ἀποδυρόμενός τε καὶ αἰτιώμενος ὅτι δι' ἐκείνην ταῦτα πάσχει, ἀνέμενε τὸν φονεύσοντα. 11 ὁ δὲ Μαξιμῖνος ὑπὸ παντὸς τοῦ στρατοῦ σεβαστὸς προσαγορευθείς, πέμπει χιλίαρχον, ἑκατοντάρχας τέ τινας τοὺς φονεύσοντας τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὴν μητέρα, καὶ εἴ τινες ἀνθίσταντο τῶν σὺν αὐτῷ. 12 οἱ δὲ ἀφικόμενοι καὶ ἐπιπηδήσαντες τῇ σκηνῇ, αὐτόν τε ἀναιροῦσι καὶ τὴν μητέρα, καὶ εἴ τινες ἐδόκουν ἐκείνῳ φίλοι καὶ τίμιοι· πλὴν τῶν πρὸς ὀλίγον φυγεῖν ἢ

λαθεῖν

λαθεῖν δυνηθέντων, οὓς πάντας μετ' οὐ πολὺ ὁ Μαξιμῖνος συλλαβὼν ἀπέκτεινε. Τέλος μὲν δὴ τοιοῦτον κατέλαβε τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὴν μητέρα, βασιλεύσαντα ἔτεσι τεσσαρεσκαίδεκα, ὅσον πρὸς τοὺς ἀρχομένους, ἀμέμπτως καὶ ἀναιμωτί. φόνων τε γὰρ καὶ ὠμότητος, ἀκρίτων τε ἔργων ἀλλότριος ἐγίνετο, εἴς τε τὸ φιλάνθρωπον καὶ εὐεργετικώτερον ἐπιρρεπής. πάνυ γοῦν ἂν ἡ Ἀλεξάνδρου βασιλεία εὐδοκίμησεν εἰς τὸ ὁλόκληρον, εἰ μὴ διεβέβλητο αὐτῷ τὰ τῆς μητρὸς εἰς φιλαργυρείαν τε καὶ μικρολογίαν.

post comprehensos Maximinus ipse morte affecit. 13 Hunc finem habuit vitæ Alexander, vna cum matre cum annos quatuordecim sine ulla subiectorum querela, atque adeo sine sanguine, imperasset. Siquidem à cædibus & crudelitate abhorrens, neminem nisi iudicio damnatum perire 14 patiebatur: ad humanitatem videlicet ac beneuolentiam propensus. Quapropter nisi filium mater auara ac sordida infamasset, nihil plane 15 desiderari in illius gubernatione imperii potuisset.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστοριῶν βιβλίον ἕβδομον.

HERODIANI HISTORIAE DE IMPERIO post Marcum

LIBER SEPTIMUS.

Τίνι μὲν βίῳ Ἀλέξανδρος ἐχρήσατο, τέλει τε ὁποίῳ, βασιλεύσας ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα, ἐν τοῖς

1\. QVALEM se gesserit Alexander quatuordecim annorum imperio, superiore volumine exposuimus. Interea Maximinus

nus rerum potitus, mutata vehementer rerum conditione, aspere ferociterque adepta potestate vtebatur, sic vt ex molli mansuetoque imperio, ad tyrannidis crudelitatem vertere omnia contenderet. Nam cum se inuisum hominibus cognosceret, quod primus ex infimo loco ad eam fortunam peruenisset: præterea moribus perinde vt genere barbarus, patrioque instituto cædis auidissimus, ad id potissimum dabat operam, vt imperium sibi sæuitia constabiliret: scilicet metuens ne senatui reliquisque omnibus Romanæ ditionis hominibus contemptibilior fieret, dum non tam in eo præsens fortuna quam natalium obscuritas spectatur. Quippe iam id tritum vulgatumque apud omnes, opilionem fuisse in Thraciæ montibus: dein corporis vastitate ac robore inter eius regionis tenuissimos milites ascitum, quasiq; manu ductũ à fortuna ad Romanum imperium. Quare omnes confestim a-

προειρημένοις ἐδηλώσαμεν. 2 ὁ δὲ Μαξιμῖνος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, πολλὴν τὴν μεταβολὴν ἐποιήσατο, τραχύτατα καὶ μετὰ πολλοῦ φόβου 3 τῇ ἐξουσίᾳ χρώμενος. ἔκ τε πρᾳείας καὶ πάνυ ἡμέρου βασιλείας, εἰς τυραννίδος ὠμότητα μετάγειν πάντα ἐπειρᾶτο, δυσμένειαν ἑαυτῷ συνειδὼς, ὅτι τε πρῶτος ἐξ εὐτελείας τῆς ἐσχάτης εἰς τοσαύτην τύχην ἤλασε. 4 φύσει δὲ ἦν τὸ ἦθος, ὥσπερ καὶ τὸ γένος, βάρβαρος, τό, τε φονικὸν, πάτριον ἔχων καὶ ἐπιχώριον, πρόνοιαν ἐποιεῖτο δι᾽ ὠμότητος τὴν ἀρχὴν βεβαιῶ- 5 σαι· δεδιὼς μήτε τῇ συγκλήτῳ καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐκαταφρόνητος γένηται, οὐκ εἰς τὴν παροῦσαν αὐτοῦ τύχην ἀφορῶσιν, ἀλλ᾽ εἰς τὰ τῆς γενέσεως εὐτελῆ 6 σπάργανα. τεθρύλλητο γὰρ παρὰ πᾶσι καὶ διεβέβλητο, ὅτι δὴ ποιμαίνων ἐν τοῖς Θρᾳκίοις ὄρεσιν, ἐπιδοὺς τε αὐτὸν διὰ μέγεθος καὶ ἰσχὺν σώματος εἰς εὐτελῆ καὶ ἐπιχώριον στρατείαν, ὑπὸ τῆς τύχης ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν κεχειραγώγητο. 7. εὐθέως οὖν τοὺς

τούς τε φίλους πάντας οἳ συνῆσαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, σύνεδροί τε ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐπιλεχθέντες, ἀπεσκεδάσατο· καὶ οὓς μὲν εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέπεμψε, τινὰς δὲ ἐπὶ προφάσει διοικήσεως ἀπεσείσατο· μόνος εἶναι βουλόμενος ἐν τῷ στρατῷ, καὶ μηδένα αὐτῷ παρεῖναι ἐκ συνειδήσεως εὐγενείας κρείττονα· ἀλλ' ἵν' ὥσπερ ἐξ ἀκροπόλεως, μηδενὸς αὐτῷ παρόντος ᾧ νέμειν αἰδῶ ἀνάγκην ἔχοι, τοῖς τυραννίδος ἔργοις σχολάζοι. 8 τήν τε θεραπείαν πᾶσαν ἣ συγγεγόνει τῷ Ἀλεξάνδρῳ τοσούτων ἐτῶν, τῆς βασιλείου αὐλῆς ἀπέπεμψε. τοὺς δὲ πλείστους αὐτῶν καὶ ἀπέκτεινεν, ἐπιβουλὰς ὑποπτεύων. ᾔδει γὰρ ἀλγοῦντας ἐπὶ ἐκείνου ἀναιρέσει. Ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον αὐτὸν εἰς ὠμότητα καὶ τὴν πρὸς ἅπαντας ὀργὴν προυκαλέσατο συνωμοσία τις διαβληθεῖσα, καθ' αὐτοῦ συγκροτουμένη, πολλῶν τε ἑκατοντάρχων συμπνεόντων, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἁπάντων. 12. Μάγνος τις ὄνομα, ἦν τῶν εὐπατριδῶν τε καὶ ὑπατευκότων, οὗτος διε-

micos consiliariosque Alexandri à senatu lectos sustulit è medio, partimque Romam dimisit, partim, administrationem rerum causatus, officio priuauit. Id eo consilio fecit, vt solus esset in exercitu, neminemque prope se haberet ex conscientia nobilitatis potiorem, sed velut ex arce quadam, citra vllius reuerentiam, tyrannidis operibus vacare posset. 9 Omniaque Alexandri ministeria, quibus ille per tot annos vsus fuerat, ex aula eiecit: plurimis etiam interfectis, quod insidias videlicet suspectaret, quando omnes illius interitu mœstos esse intelligebat. 10 Cæterum magis magisque crudelitatem irritauit coniurationis cuiusdam in se delatio, conspiratis in vnum centurionibus permultis, omnique senatu Romano. 11 Magnus erat quidam nomine, vir patricius & consularis, qui delatus imperatori est, quasi manum contra ipsum compararet, ac militibus persuaderet vt ad se imperium transferrent,

Con-

Consilium autem huiusce modi fuisse putatur. Pontem construxerat Maximinus supra flumen, qua aduersus Germanos transiret. vt enim primum summam rerum suscepit, statim bellica facinora affectauit. Siquidem, ob immanem corporis staturam & militare robur ac peritiam pugnandi ascitus ad imperium, re ipsa famam confirmare atque opinionem militum tendebat: vt metum illum & cunctationem Alexandri in præliis capessendis iure improbatam fuisse coargueret. Quare nihil sibi ad exercendos milites reliqui faciebat, & cum ipse in armis assiduus erat, tum exercitum vehementer adhortabatur. Sed tum constructo, vt diximus, ponte, transire in Germaniam statuerat. Cæterum Magnus haud sane paucis militibus, sed qui virtute cæteros anteirent, atq; iis potissimum quibus custodia pontis curaque fuerat demandata, persuasisse dicebatur, vt si-

βληθῆναι συνάγειν κατ' αὐτοῦ χεῖρα, καὶ στρατιώτας τινὰς πείθειν εἰς αὐτὸν τὴν ἀρχὴν 13 μετάγειν. ἡ δὲ συσκευὴ, τοιαύτη τις ἐλέγετο ἔσεσθαι. γεφυρώσας τὸν ποταμὸν ὁ Μαξιμῖνος ἔμελλεν ἐπὶ Γερμανοὺς δια- 14 βήσεσθαι. ἅμα γὰρ τῷ τὴν ἀρχὴν παραλαβεῖν, εὐθέως πολεμικῶν ἔργων ἤρξατο, καὶ διὰ σώματος μέγεθος, καὶ ἰσχὺν στρατιωτικὴν, καὶ ἐμπειρίαν πολεμικὴν, δοκῶν ἐπιλελέχθαι, ἔργοις τὴν δόξαν καὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν ὑπόληψιν 15 ἐπιστοῦτο. τήν τε Ἀλεξάνδρου μέλλησιν, καὶ τὴν πρὸς τὰ πολεμικὰ ἔργα δειλίαν, ἐλέγχειν ἐπειρᾶτο εἰκότως καταγνω- 16 σμένην. ἀσκῶν τε οὖν καὶ γυμνάζων τοὺς στρατιώτας οὐ διέλειπεν, αὐτός τε ἐν ὅπλοις ὢν καὶ τὸν στρατὸν ἀεὶ παρορμῶν. 17 τότε τοίνυν τὴν γέφυραν ζεύξας, ἔμελλεν ἐπὶ Γερμανοὺς διαβήσεσθαι. ὁ δὲ Μάγνος ἐλέγετο στρατιωτῶν οὐκ ὀλίγους, ἀλλὰ τοὺς ἐξοχωτάτους καὶ μάλιστα τοὺς τὴν φρουρὰν τῆς γεφύρας καὶ τὴν ἐπιμέλειαν πεποιημένους, ἀναπεῖσαι, μετὰ τὸ διαβῆναι τὸν Μαξιμῖνον, λύσαντας τὴν γέφυ-

γέφυραν, προδοῦναι τοῖς βαρβάροις, οὐχ ὑπαρχέσης αὐτῷ ἐπανόδου. πλάτει γὰρ καὶ βάθει 18 μέγιστος ὁ ποταμὸς ῥέων, ἄβατος αὐτῷ ἐγένετο, οὔτε νεῶν οὐσῶν ἐν ταῖς πολεμίαις ὄχθαις, τῆς γεφύρας λυθείσης. ἡ μὲν τῆς 19 διαβολῆς φήμη, τοιαύτη ἐγένετο, εἴτε ἀληθὴς ὑπάρξασα, εἴτε ὑπὸ τοῦ Μαξιμίνου συσκευασθεῖσα· ἀκριβὲς δὲ εἰ- 20 πεῖν οὐ ῥᾴδιον, ἐπεὶ ἔμεινεν ἀνεξέλεγκτος. μήτε γὰρ κρίσει τινὶ μεταδούς, μήτε ἀπολογίᾳ, πάντας οὓς ὑπώπτευεν, αἰφνιδίως συναρπασθέντας, ἀφειδῶς ἐφόνευσεν. Ἐγένετο 21 δέ τις καὶ Ὀσροηνῶν τοξοτῶν ἀπόστασις, οἳ πάνυ ἀλγοῦντες ἐπὶ τῇ Ἀλεξάνδρου τελευτῇ, περιτυχόντες τῶν ἀπὸ ὑπατείας καὶ φίλων Ἀλεξάνδρου τινί, (Κουαρτῖνος δὲ ἦν ὄνομα, ὃν Μαξιμῖνος ἐκπέμψας ἦν τοῦ στρατοῦ) ἁρπάσαντες, ἄκοντα καὶ οὐδὲν προειδότα, στρατηγὸν ἑ-

mulac Maximinus in alteram ripam peruasisset, ponte abscisso redituque inter- 18 cluso; barbaris eum proderent. Siquidem tanta erat amnis illius profunditas ac latitudo, vt irremeabilis fore videretur; nullis præsertim 19 nauigiis in aduersa ripa. Talia scilicet sermonibus ferebantur: incertum vero, an composita fraude. neque enim facilis sententia, pa- 20 rum explorata re, citraque iudicium aut defensionem vllam correptis interfectisque omnibus quoscunque suspicio attigerat. Sed & militum Osrhoenorum defectio nonnulla oborta est. Nam cum magnopere in- 21 doluissent Alexandri nece; ac forte fortuna in quendam ex illius amicis, cui nomen Quartino fuit, paulo ante è castris à Maximino dimissum, incidissent, correptum atque retractantem; neque tale quippiam cogitantem, ducem sibi delegerunt, purpuraque eum prælatoque igni, funestis scilicet honoribus, condecoratum, nihil-

αυτῶν κατέστησαν· 22. πορφύρα τε καὶ πυρὶ πομπεύοντα, ὀλεθρίοις τιμαῖς, ἐκόσμησαν· ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἦγον, οὔτι βουλόμενον. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐν τῇ σκηνῇ καθεύδων, ἐπιβουλευθεὶς νύκτωρ,

que minus optantem, ad imperium protulerunt. Qui tamen haud diu post in tabernaculo dormiens, à contubernali quodam suo, & (vt credebatur) amico, per insidias occiditur. Macedoni nomen fuit, qui & antea Osrhoënis præfuerat, & nunc primus eisdem autor fuerat deficiendi à Maximino. Quumque nulla subesset odii aut inimicitiarum causa; tamen eum occidit, quem ipsemet corripuerat, atque ad suscipiendum imperium perpulerat. Sed enim magnopere tunc gratum se Maximino facturum putans, abscisum Quartino caput domino obtulit. Verum Maximinus, quanuis eo facinore lætus, gaudensque præreptum sibi hostem, tamen illum, haud modica sperantem, putantemque sibi insignem gratiam relatum iri, extremo supplicio affecit, ceu defectionis auctorem, interfectoremque eius cui facinus inuito persuaserat, atque infidum homini quem antea pro amicissimo habuisset. Huiusmodi igitur causæ magis magisque animum exasperabant Maximini, atque ad sæuitiam excacuebant,

αἰφνιδίως ἀνῃρέθη ὑπὸ τοῦ συνόντος αὐτῷ καὶ δοκοῦντος φίλου, τῶν τε Ὀσροηνῶν πρό- 23 τερον ἡγουμένου. (Μακεδὼν ἦν ὄνομα αὐτῷ) καίτοι τῆς ἁρπαγῆς καὶ τῆς ἀποστάσεως ἀρχηγοῦ καὶ ὁμογνώμονος τοῖς Ὀσροηνοῖς γενομένου ὃς οὐδεμίαν αἰτίαν ἔχθρας οὔτε μίσους ἔχων, ἀπέκτεινεν αὐτὸς ὃν 24 ἥρπασέ τε καὶ ἀνέπεισεν· οἰόμενός τε μεγάλα χαρίζεσθαι τῷ Μαξιμίνῳ, τὴν κεφαλὴν 25 ἀποτεμὼν, ἐκόμισεν. ὁ δὲ ἥσθη μὲν ἐπὶ τῷ ἔργῳ, στερηθεὶς δὲ πολεμίου, ὡς ᾤετο, ἐκεῖνον μὲν, καίτοι μεγάλα ἐλπίζοντα, καὶ δοκοῦντα ἀμοιβῆς ἐξαιρέτου τεύξεσθαι, ἀπέκτεινεν, ὡς καὶ τῆς ἀποστάσεως γενόμενον ἀρχηγὸν, καὶ ἀποκτείναντα ὃν αὐτὸς ἄκοντα ἀνέπεισεν, ἄπιστόν τε γενόμενον περὶ 26 τὸν φίλον. τοιαῦται μὲν δή τινες αἰτίαι ἔτι μᾶλλον εἰς τραχύτητα καὶ ὠμότητα ἠκόνησαν τὴν τοῦ Μαξιμίνου ψυχὴν, καὶ πρότερον οὕτω πεφυ- 27 κυῖαν. ἦν δὲ καὶ τὴν ὄψιν φοβερώ-

βερώτατος, καὶ μέγιστος τὸ σῶμα. ὡς μὴ ῥᾳδίως αὐτῷ τινὰ μήτε Ἑλλήνων τῶν σωμασκούντων, μήτε βαρβάρων τῶν μαχιμωτάτων, ἐξισοῦσθαι.

Διοικήσας δὲ τὰ προειρημένα, πάντα τε τὸν στρατὸν ἀναλαβὼν, καὶ διαβὰς ἀφόβως τὴν γέφυραν, εἴχετο τῆς πρὸς τοὺς Γερμανοὺς μάχης. 1 μέγα δέ τι πλῆθος καὶ σχεδὸν ἅπασαν τῶν Ῥωμαίων δύναμιν σὺν ἑαυτῷ εἰσήγαγε, Μαυρουσίων τε ἀκοντιστῶν ἀριθμὸν πάμπλειστον καὶ τοξοτῶν, Ὀσροηνῶν τε καὶ Ἀρμενίων· ὧν ἦσαν οἱ μὲν, ὑπήκοοι, 2 οἱ δὲ, φίλοι καὶ σύμμαχοι· καί τινες Παρθυαίων, ἢ χρήμασι πεισθέντες καὶ αὐτομολήσαντες, ἢ ληφθέντες αἰχμάλωτοι, Ῥωμαίοις ἐδούλευον. 3 τὰ δὲ πλήθη ταῦτα τοῦ στρατοῦ καὶ πρότερον ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἤθροιστο, ηὐξήθη δὲ ὑπὸ τοῦ Μαξιμίνου, καὶ εἰς πολεμικὴν ἄσκησιν συγκεκρότητο. 4 5. μάλιστα δὲ οἱ ἀκοντισταὶ καὶ οἱ τοξόται πρὸς Γερμανῶν μάχας ἐπιτήδειοι δοκοῦσιν, ἐπιτρέχοντές τε

etiam antea sua sponte crudelissimum. Cæterum aspectu quoque erat horrendus, vasto atque immani corpore, vt nemo illi, vel exercitatissimorum Græcorum, vel pugnacissimorum barbarorum, conferri posset.

His ita dispositis rebus, 2. collecto exercitu omni, ac ponte intrepide pertransito, bellum Germanis intulit. Secuti illum magna vis mortalium, ac pene omnes barbarorum copiæ: adhæc Mauri iaculatores sagittariique quamplurimi. Præterea Osthoëni & Armenii: quorum hi, Romanis subiecti, illi in amicitiam fuerant societatemque asciti, tum si qui ex Parthis aut pecunia conducti, aut transfugæ, aut item capti bello, Romanis seruiebant. Hæc autem multitudo coacta ab Alexandro prius, aucta dein atque exercita à Maximino fuerat. Cæterum iaculatores sagittariique gerendo aduersus Germanos bello magnopere idonei videntur. siquidem expediti hostem opprimunt incautum, facileque

rursus in tutum se recipiunt. At vero Maximinus hostilem ingressus agrum, diu nemine qui resisteret inuento (quippe omnes abscesserant barbari) regionem illorum depopulabatur, maturis iam segetibus, vicosque omnes incendendos diripiendosq; militibus tradebat. Sunt autem vrbes ædificiaque illa maxime incendiis obnoxia: rara apud Germanos structura è lapide ac lateribus coctilibus: densisque potius syluis, quorum confixis coagmentatisque lignis, quædam quasi tabernacula ædificant. Igitur Maximinus in eam regionem grassatus, populatis segetibus, omniq; pecore captiuo militibus permisso; nullos adhuc hostes inuenerat. Siquidem campestres regiones, locaque ab arboribus pura deseruerant, atque intra syluas & paludes delituerant, vt inde præliarentur atque eruptionem in hostem facerent. Etenim densitas illa arborum sagittis iaculisque hostium allatura

αὐτοῖς κρύφως οὐ προσδοκῶσι, καὶ ἀναχωροῦντες ῥᾳδίως. Γενόμενος δὲ ἐν τῇ πολεμίᾳ Μαξιμῖνος, πολλὴν γῆν ἐπῆλθεν, οὐδενὸς αὐτῷ ἀνθεστῶτος, ἀλλὰ τῶν βαρβάρων 6 ἀνακεχωρηκότων. ἐδῄου τε οὖν πᾶσαν τὴν χώραν, μάλιστα τῶν λῃΐων ἀκμαζόντων· τάς τε κώμας ἐμπιπρὰς, διαρπάζειν ἐδίδου τῷ στρατῷ. 7 εὐμαρέστατα γὰρ τὸ πῦρ ἐπινέμεται τάς τε πόλεις αὐτῶν, ἃς ἔχουσι, καὶ τὰς οἰκήσεις 8 ἁπάσας. λίθων μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἢ πλίνθων ὀπτῶν σπάνις· ὗλαι δὲ εὔδενδροι, ὅθεν ξύλων οὔσης εὐθενίας, συμπηγνύντες αὐτὰ καὶ ἁρμόζοντες, 9 σκηνοποιοῦνται. ὁ δὲ Μαξιμῖνος ἐπὶ πολὺ μὲν προεχώρησε, πράττων τε τὰ προειρημένα καὶ λείας ἀπελαύνων, διδούς τε τὰς ἀγέλας τῷ στρατῷ 10 αἷς περιετύγχανον. οἱ δὲ Γερμανοὶ ἀπὸ μὲν τῶν πεδίων, καὶ εἴ τινες ἦσαν χῶραι ἄδενδροι, ἀνακεχωρήκεσαν· ἐν δὲ ταῖς ὕλαις ἐκρύπτοντο. περί τε τὰ ἕλη διέτριβον, ὡς ἐκεῖ τὰς μάχας καὶ τὰς ἐφόδους ποιοῖντο, τῆς συνεχείας τῶν φυτῶν ἀπασχολούσης εἰς ἑαυτὴν τὰ βέλη

καὶ

καὶ τὰ ἀκόντια τῶν πολεμίων· τοῦ τε ἀγχιβαθοῦς τῶν ἑλῶν, [11] Ῥωμαίοις μὲν δι' ἄγνοιαν τῶν τόπων ἐπισφαλοῦς ἐσομένου ἑαυτοῖς δὲ, δι' ἐμπειρίαν τῆς χώρας, ἐγνωκόσιν ἄβατα καὶ εὐπετῆ τῶν τόπων, ἐς γόνυ τε βρεχομένοις διατρέχειν ῥᾳδίως. εἰσὶ δὲ καὶ περὶ τὸ νήχε- [12] σθαι ἐγγεγυμνασμένοι, ἅτε μόνῳ λουτρῷ τοῖς ποταμοῖς χρώμενοι. περὶ ἐκεῖνα οὖν μάλιστα τὰ χωρία αἱ συμβολαὶ ἐγίνοντο. ἔνθα καὶ γενναιότατα [13] αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τῆς μάχης ἦρξεν. ἐπὶ γάρ τινι ἕλει μεγίστῳ, τῶν μὲν Γερμανῶν ἐς αὐτὸ ἀναχωρησάντων εἰς φυγὴν, εἰς δίωξιν δὲ Ῥωμαίων ἐπεισελθεῖν ὀκνούντων, πρῶτος ὁ Μαξιμῖνος ἅμα τῷ ἵππῳ ἐμβαλὼν εἰς τὸ ἕλος, καίτοι ὑπὲρ γαστέρα τοῦ ἵππου βρεχομένου, τοὺς ἀνθεστῶτας ἐφόνευσε βαρβάρους, ὡς τὸν λοιπὸν στρατὸν αἰδεσθέντα προδοῦναι μαχόμενον ὑπὲρ αὐτῶν βασιλέα, τολμῆσαί τε καὶ ἕλεσιν ἐπεισελθεῖν [14] πολὺ δέ τι πλῆθος ἑκατέρωθεν πεσεῖν, καὶ Ῥωμαίων μὲν, τῶν δὲ βαρβάρων σχεδὸν τοῦ παντ-

impedimentum, & paludum altitudo periculosa Romanis locorum ignaris, ipsis autem facilis expeditaque fore videbatur, non ignaris quæ vsquam peruia, quæ inuia, & genuum tenus cottidie per illas discursantibus. Sunt autem Germani peritissimi natandi, vt qui tantummodo in fluminibus lauentur. In huiuscemodi igitur locis pugna inita, vbi etiam imperator ipse Romanus fortissime prælium inchoauit. Nam cum ad ingentem quandam vastamque paludem ventum esset, intra quam Germani fuga se receperant, verentibus Romanis eodem hostes insequi, primus Maximinus equo paludem ingressus, quum quidē etiam supra aluum equus voragine hauriretur, magna vi repugnantes barbaros contrucidauit. Quare exercitus reliquus pudore instinctus, ne prodere pugnantem pro se imperatorem videretur, ausus & ipse est paludem ingredi. multique vtrinque ceciderunt: ita tamen vt nullus pene barbarorum fuerit re-

liquus, dimicante insigniter Romano principe. Quare & stagnum cadaueribus oppletum,& palus sanguine confusa, pedestris prælii naualē faciem præferebat. Hanc igitur pugnam suaque ipsius fortia facinora non solum per literas senatui populoque Romano significauit, sed etiam depictam maximis imaginibus ante curiam publicauit: vt non tam audire quæ gesta forent, quam etiam subiicere oculis Romani possent. Eam tabulam deinde vna cum reliquis illius honoribus senatus sustulit. Fuere item alia prælia quibus omnibus ipse manu pugnam capessens, ac fortissime dimicans, exsplendescebat. Multisque captiuis atque ingenti abacta præda, instante hyeme in Pannoniam reuersus est: intraque vrbem Sirmium, quæ maxima omnium eius regionis habetur, in hibernis agens, ad vernam sese expeditionem comparabat: identidem minitans, id quod etiam præstiturus videbatur, excisurum subacturumque

παροῦσαν δύναμιν, ἀριστεύοντος αὐτοῦ, ὡς τό, τε ἕλος σωμάτων πληρωθῆναι, τήν τε λίμνην αἵματι κερασθεῖσαν, πεζομαχοῦντι στρατῷ ναυ- 15 μαχίας ὄψιν παρασχεῖν. ταύτην τὴν μάχην, καὶ τὴν ἀριστείαν αὐτοῦ, οὐ μόνον διὰ γραμμάτων τῇ τε συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ ἐδήλωσεν, ἀλλὰ καὶ γραφῆναι κελεύσας, μεγίσταις εἰκόσιν ἀνέθηκε πρὸ τοῦ βουλευ- 16 τηρίου· ἵνα μὴ μόνον ἀκούειν τὰ γινόμενα, ἀλλὰ καὶ βλέπειν ἔχωσι Ῥωμαῖοι. τὴν δ' εἰκόνα ὕστερον καθεῖλεν ἡ σύγκλητος μετὰ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ τι- 17 μῶν. γεγόνασι δὲ καὶ ἕτεραι συμβολαί, ἐν αἷς ὡς αὐτουργός τε καὶ αὐτόχειρ τῆς μάχης, ἀριστεύων τε πανταχοῦ ἐπῃ- 18 νεῖτο. Πολλοὺς δὲ χειρωσάμενος αὐτῶν αἰχμαλώτους, καὶ λείαν ἀπελάσας, χειμῶνος ἤδη καταλαμβάνοντος, ἐπαν- 19 ῆλθεν εἰς Παίονας. ἔν τε Σιρμίῳ διατρίβων τῇ μεγίστῃ ἐκεῖ πόλει δοκούσῃ, τὰ πρὸς τὴν εἴσοδον εἰς τὸ ἔαρ παρεσκευάζετο. 20. ἠπείλει γὰρ (καὶ ποιήσειν ἔμελλεν) ἐκκόψειν τε καὶ ὑποτάξειν

τάξειν τὰ μέχρι Ὠκεανοῦ Γερμανῶν ἔθνη βάρβαρα.

Oceano tenus omnes Germaniæ barbaras nationes.

ΤΑ μὲν οὖν πολεμικὰ 1 τοιοῦτος ἦν· καὶ εἰς δόξαν ἤρθη ἂν ἡ πρᾶξις αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς ὑπηκόοις βαρύτερος ἐγεγόνει καὶ φοβερώτερος. τί γὰρ ἦν ὄφελος 2 βαρβάρων ἀναιρουμένων, πλειόνων γινομένων φόνων ἐν αὐτῇ τε Ῥώμῃ καὶ τοῖς ὑπηκόοις ἔθνεσιν; ἢ λείας αἰχμαλώ- 3 τους ἀπάγειν τῶν ἐχθρῶν, γυμνοῦντα καὶ τὰς οὐσίας ἀφαιρούμενον τῶν οἰκείων; ἄνεσίς τε 4 γὰρ πᾶσι, μᾶλλον δὲ καὶ πρόκλησις δέδοτο συκοφάνταις, ἐς τὸ ἐπηρεάζειν καὶ κινεῖν πράγματα προγονικά, εἰ τύχοι, καὶ ἄγνωστα καὶ ἀνεξέλεγκτα. μόνον τέ τις κληθεὶς 5 εἰς δικαστήριον ὑπὸ συκοφάντου, εὐθέως ἡττημένος ἀπῄει, καὶ τῶν ὑπαρχόντων πάντων στερηθείς. ἑκάστης γοῦν ἡμέρας 6 ἦν ἰδεῖν τοὺς ἐχθὲς πλουτοῦντας, τῆς ἐπιούσης μεταιτοῦντας. τοσαύτη τις ἦν τῆς τυραννίδος ἡ φιλοχρηματία, ὅτι προφάσει τῆς περὶ τοὺς στρατιώτας χρημάτων.

3. TAlis vtique fuit in bellicis negotiis: maximā rebus gestis claritudinem adepturus, nisi grauior multo suis ac truculentior quam ipsis fuisset hostibus. Quo enim barbaros interemptos, si longe plures in ipsa vrbe Roma subiectisque nationibus cædes edebantur? Quid prædam aut captiuos abactos proderat, si suis fortunis Romanæ ditionis mortales cottidie despoliabātur? Quippe omnis non modo libertas, sed instigatio quoque delatoribus permissa, vt circumuenire quos vellent, renouareque etiam (si ita vsus posceret) vsque à progenitoribus ignota atque indeprehensa ad eam diem crimina liceret. Neque sane delicti alicuius quispiam arcessebatur, quin idem continuo reus perageretur, ac censu fortunisque omnibus expelleretur. Itaque cottidie cerneres, qui pridie opulentissimi fuissent, eos nunc emendicare stipē. tanta videlicet tyrannidis auaritia incesserat, assiduas erga

militem largitiones obtendentis. Erant præterea illius aures omnibus calumniis patulæ, sic vt nullius vel ætatis vel dignitatis rationem haberet. Igitur complures exercitibus aut prouinciis præpositos, cōsulares triumphalesque viros, leuissima tenuissimaque calumnia attactos, corripi de improuiso iubebat, ac sine vllis ministeriis solos vehiculis impositos, die noctuque iter facere ab oriente aut occidente (si ita cecidisset) itemque à meridie in Pannoniam vsque, in qua tunc ipse morabatur. Dein spoliatos omnique ignominia affectos, exilio vel morte puniebat. Quādiu igitur vnus aut alter talia patiebantur, neque ea calamitas extra ipsorum familiam egrediebatur, non sane magnopere populorum gentiumque interesse videbatur: (siquidem beatorum diuitumque res aduersæ, non solum à plebe negliguntur, sed eis nonnulli etiam prauo malignoque ingenio, ob inuidiam scilicet potentiorum atq; felicium, delectantur) postquam autem Maximinus plurimas

συνεχοῦς χορηγίας. ἐ...
τοῖς ὠσὶ κοῦφος ἐς διαβ...
ἡλικίας τε καὶ ἀξιώμα...
8 φειδῶς ἔχων. πλείστ...
τῶν ἔθνη καὶ στρατόπεδα...
στευμένων, μετ' ὑπατε...
μὴν, ἢ δόξαν ἐπὶ τρο...
περιστημένην, ἐκ ...
καὶ εὐτελοῦς διαβολῆς α...
9 στους ἐποίει. καὶ ἐκέλευσε...
ὑπηρεσίας μόνους ὀχ...
ἐπιτεθέντας, ἄγεσθαι ...
καὶ μεθ' ἡμέραν ὁδεύοντ...
ἀνατολῶν, ἢ δύσεως, εἰ...
ἀπὸ τῆς μεσημβρίας, εἰς ...
10 νας, ἔνθα διέτριβε. σκυ...
καὶ ὑβρίσας, φυγαῖς ἢ ...
τοῖς ἐζημίου. ἐς ὅσον ...
τοὺς καθ' ἕνα ταῦτα ἐπ...
το, καὶ μέχρις οἰκείων ...
ἡ συμφορὰ, οὐ πάνυ τι τ...
μοις τῶν πόλεων ἢ τοῖς ...
11 τι διέφερε (τὰ γὰρ τῶν ...
μονεῖν δοκούντων ἢ πλ...
πταίσματα πρὸς τῶν ὄ...
οὐ μόνον ἀμελεῖται, ἀλλ...
νάς τῶν κακοήθων καὶ ...
λων ἔσθ' ὅτε καὶ εὐφρ...
φθόνῳ τῶν κρειττόνων καὶ εὐτυχούντων) 12. ἐπεὶ δ' ὁ Μαξι...

τοὺς πλείστους τῶν ἐνδόξων οἴκων ἐς πενίαν περιέστησε, ἃ δὴ μικρὰ καὶ ὀλίγα, οὐδ' αὐτάρκη τῇ αὐτοῦ βουλήσει ᾤετο, μετῆλθεν ἐπὶ τὰ δημόσια, καὶ εἴ τινα ἦν χρήματα πολιτικὰ εἰς εὐθηνίας ἢ νομὰς τῶν πολιτῶν ἀθροιζόμενα, εἴτε θεάτροις ἢ 13 πανηγύρεσιν ἀνακείμενα, εἰς ἑαυτὸν μετῆγε. ναῶν τε ἀναθήματα, θεῶν τε ἀγάλματα, καὶ ἡρώων τιμὰς, καὶ εἴ τις ἦν κόσμος δημοσίων ἔργων, ἢ καλλώπισμα πόλεως, ἢ ὕλης νόμισμα ποιῆσαι δυναμένης, πᾶν ἐχωνεύετο. ὅπερ καὶ 14 μάλιστα τοὺς δήμους ἐλύπησε· πένθος τε δημόσιον ἐνεποίει. δίχα μάχης, καὶ ἄνευ ὅπλων, ὄψις πολιορκίας· ὥς τινας τῶν δημοτῶν καὶ χεῖρας ἀνατεῖναι, καὶ τοὺς νεὼς φρουρεῖν. ἑτοί- 15 μως τε ἔχειν, πρότερον ἀναιρεθέντας πρὸ τῶν βωμῶν πεσεῖν, ἢ σκῦλα τῶν πατρίδων ἰδεῖν. ἐντεῦθεν δὴ καὶ μάλιστα 16 κατά τε πόλεις καὶ κατὰ ἔθνη διοίδουν τῶν ὄχλων αἱ ψυχαί. ἀπηρέσκοντό τε καὶ οἱ στρα- 17

illustrium virorum familias ad egestatem redegit, leuiora iam illa ac minora ducens quam vt ipsius cupiditati satisfacerent, animum ad publicas opes transtulit. Igitur quæcunque pecuniæ ciuiles, aut ad publicam annonam repositæ, aut in plebem diui- 13 dendæ supererant, tum quæ theatris ac celebritatibus seruiebant, vniuersas sibi adiudicauit. Adhæc templorum omnium donaria, statuæque deorum heroumque honores, tum quicquid publici operis aut ciuilis ornamenti, aut materiæ denique fuit nummis idoneæ conficiun- 14 dis, omnia pariter ignibus conflabantur. Quæ res imprimis animos multitudinis exulcerauit, quasiq; luctum publicum effecit, cum citra pugnam atque arma quasi oppugnationi esse vrbs obnoxia videretur: sic vt qui- 15 dam e populo contra resistere, templaque ausi tueri, etiam cadere ante aras deorum immortalium, quam spectare patriæ spolia, præ- 16 optauerint. Hinc itaque potissimum per vrbes atque nationes popularium animi intumuerant: ac nec milites 17 quoque satis æquo animo ferebant, exprobrantibus inuidio-

uidiose consanguineis atque domesticis, & ipsorum culpa talia patrare Maximinum dictitantibus.

πω̃) τοῖς προστιθεμένοις ὀνειδιζόντων αὐτοῖς ἐπιφθόνως συγγενῶν τε καὶ οἰκείων, ὡς δὴ δι' αὐτοὺς ταῦτα πράττοντος τοῦ Μαξιμίνου.

4\. HViuscemodi igitur causæ minime profecto leues ad odiũ ac defectionem populos proritabant. Cæterum votis tantummodo agebant, læsa implorantes numina, nullo scilicet audente profiteri se vindicem: donec exacto imperii triennio, exigua leuique occasione (vt sunt lubricæ tyrannorum res) primo arma sumpserunt rebellaruntque Afri, tali causa: Procurator erat quidam Carthagini, cui nihil ad extremã vel asperitatem vel sæuitiam deerat. Is damnandis iudicio hominibus, exigendisq; pecuniis, fauorem principis aucupantur. siquidẽ Maximinus, quos sibi factos cognoscebat, eos potissimum diligere cõsueuerat. Quicunq; igitur fisci rem curabant, si modo viri probi forent, (quod perraro eueniebat) aut procuratione exciderant, aut præsenti periculo conterriti, gnarique illius

1 ΑἸτίαι μὲν δὴ τοιαῦται οὔτι γε ἀλόγως εἰς μῖσος καὶ ἀπόστασιν τοὺς ὄχλους παρώξυνον· καὶ πάντες μὲν εὔχοντο, καὶ θεοὺς τοὺς ἀδικουμένους ἐπεκάλουν, ἄρξασθαι δ' οὐδεὶς ἐτόλμα. ἔς τε συμ-2 πληρουμένης αὐτῷ τριετοῦς βασιλείας, ἐκ μικρᾶς καὶ εὐτελοῦς προφάσεως (οἷα τυραννίδος σφάλματα) πρῶτοι ὅπλα ἐκίνησαν, ἔς τε ἀπόστασιν ἀσταθῶς ὥρμησαν Λίβυες, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. 3 Ἐπετρόπευε δέ τις τῆς Καρχηδονίας χώρας τραχύτατα, καὶ μετὰ πάσης ὠμότητος, καταδίκας τε ἐποιεῖτο, καὶ χρημάτων εἰσπράξεις, βουλόμενος εὐδοκιμεῖν παρὰ τῷ 4 Μαξιμίνῳ, ἐκεῖνός τε γὰρ οὓς ᾔδει ἁρμόζοντας τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ ἐπελέγετο· οἵ τε προεστῶτες τοῦ ταμιείου τότε, εἰ καὶ σπανίως χρηστοὶ ἐμπεπτώκεσαν, τόν τε κίνδυνον πρόδηλον ἔχοντες, καὶ τὴν ἐκείνου φιλο-

χρημα-

χρηματίαν εἰδότες, ἄκοντες ὅμως τοὺς λοιποὺς ἐμιμοῦντο. ὁ τοίνυν κατὰ τὴν Λιβύην ἐπίτροπος τοῖς τε ἄλλοις βιαίως προσεφέρετο, καὶ νεανίσκους τινὰς τῶν παρ' ἐκείνοις εὖ γεγονότων καὶ πλουσίων, καταδίκαις περιβαλὼν, εἰσπράττειν τὰ χρήματα εὐθέως ἐπειρᾶτο, πατρῴων τε καὶ προγονικῶν οὐσιῶν αὐτοὺς ἀφαιρεῖσθαι. 6 ἐφ' οἷς ἀλγήσαντες οἱ νεανίσκοι τὰ μὲν χρήματα αὐτῷ ἀποδώσειν ὑπέσχοντο, τριῶν ἡμερῶν αἰτήσαντες ἄνεσιν· 7 συνωμοσίαν δὲ ποιησάμενοι, πάντας τε οὓς ᾔδεσαν ἢ πεπονθότας τι δεινὸν, ἢ παθεῖν δεδοικότας, ἀναπείσαντες, κελεύουσι νύκτωρ κατελθεῖν τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν νεανίσκους, ξύλα τε καὶ πελέκεις ἐπιφέρεσθαι. 8 οἱ δὲ, πεισθέντες κελεύσει τοῖς δεσπόταις, πρὸ τῆς ἕω συνῆλθον εἰς τὴν πόλιν, κρύπτοντες ὑπὸ ταῖς ἐσθῆσιν ἃ ἔφερον αὐτοσχέδια πολέμου ὅπλα. μέγα δέ τι πλῆθος ἠθροίσθη· φύσει γὰρ πολυάνθρωπος οὖσα ἡ Λιβύη πολλοὺς εἶχε τοὺς τὴν γῆν γεωργοῦντας. 9. ἅμα δὲ τῷ διαλάμψαι τὸ περιόρθριον προσελθόντες οἱ νεανίσκοι, τὸ

auaritiæ, quanuis inuiti, cæteros imitabantur. Quapropter Africæ procurator, cum 5 pleraque alia violenter factitabat, tum ab adulescentibus quibusdam nobilibus atque opulentis damnatione circunuentis, statim exigere pecunias intenderat, patrimonioque illos & auitis bonis exuere. Quibus rebus exacerbati adulescentes, pecuniam quidem se daturos pollicentur, petito trium dierum spatio: conspirantesque interim in vnum, quicunque grave aliquid vel passi fuerant, vel passuros metuebant, iubent nocte ex agris iuuentutem cum fustibus ac securibus adesse. Illi, dominorum imperia exequentes, venere ante lucem vniuersi in vrbem celantes sub vestibus arma, quæ cuique tumultuaria se obtulerant. Magna vero vis mortalium confluxere. siquidem fœcundissima hominum Africa plurimos tunc etiam agrorum cultores habebat. Vt autem dies iam illuxit,

iubent

qui occiso, agrestium ope, procuratore, maiora iam agitantes

iubent adolescentes pone sequi seruorum suorum gregem, tanquam si è reliqua essent populi multitudine: neque tamen arma proferre prius, aut vim facere, quam vbi aliquos aut è militibus aut è populo viderint irruere contra se, atque ire vltum facinus quod gesturi mox essent. Ipsi, reconditis intra sinum pugionibus, adeunt procuratorem, tanquā cum eo de persoluendis pecuniis acturi, continuoq; nihil tale suspicantem neci dedunt. Ibi, exertantibus gladios illius militibus, atque ire vltum volentibus, repente agrestes cum fustibus ac securibus occurrunt, fortiterque pro dominis pugnantes, facile omnes in fugā verterunt.

μὲν πλῆθος τῶν οἰκε... λεύκασιν αὐτοῖς ἐπεσθαι... τας μέρος τῶ λοιπῶ... 10 προστάξαντες τότε... λύπειν ἄ ἐφερειν ὅπλ... γεναίως ἀντιστῆναι, εἰ... στρατιωτῶν ἢ δημοτῶν... ἐπίοιεν ἔκδικοι τῶ γεν... 11 νω ἔργω. αὐτοὶ δὲ... τες ἐγχειρίδια ὑποκ... προσίασι τῷ ἐπιτρόπῳ... περὶ τῆς ἀποδόσεως τῶν χρη... 12 διαλεξόμενοι. προσπ... τε αἰφνιδίως, ἐ προσδο... 13 τα παίσαντες φονεύου... δὲ περὶ αὐτὸν στρατιωτ... μνωσάντων τὰ ξίφη,... φόνῳ ἐπεξελθεῖν θελ... οἱ ἐκ τῶν ἀγρῶν κατεληλυθότες, περιβαλλόμενοι τὰ τε... καὶ τοὺς πελέκεις, ὑπερμαχόμενοι τῶν δεσποτῶν τοὺς ἀνθ... ῥαδίως ἐτρέψαντο.

5. AD hunc modum negotio succedente, iuuenes, desperatis semel rebus, vnam sibi reliquam salutem fore arbitrati, si patratum nuper facinus, maiore aliquo facinore cumularent, statuunt in communionem periculi rectorem prouinciæ assumere, ac po-

1 Ο'ὕτω δὴ προχω... τος τῶ ἔργω, οἱ νεα... ἅπαξ ἐν ἀπογνώσει γεν... μόνην ἡδεσαν ἑαυτοῖς... είαν ὑπάρχουσαν, εἰ τ... μηθέντα αὐτοῖς αὐξ... ἔργοις μείζοσι, καὶ κοιν... κινδύνων τὸν ἡγούμενο...

θους ἀναπεῖσαι εἰς ἀπόστασιν. ὅπερ ᾔδεσαν πάλαι μὲν 2 εὔχεσθαι, μίσει Μαξιμίνου, φόβῳ δὲ κωλύεσθαι. σὺν παντὶ τοίνυν τῷ πλήθει, ἤδη μεσαζούσης ἡμέρας, ἐπίασιν ἐπὶ τὴν τοῦ ἀνθυπατεύοντος οἰκίαν. Γορδιανὸς μὲν ἦν ὄνομα, 3 κλήρῳ μὲν τὴν ἀνθυπατείαν λαχὼν, πρεσβύτης δὲ, εἰς ἔτος ἤδη περί που ὀγδοηκοστὸν ἐληλακώς. πολλῶν 4 δὲ πρότερον ἄρξας ἐθνῶν, ἔν τε πράξεσι μεγίσταις ἐξετασθείς. ὅθεν αὐτόν τε 5 ἡδέως ὑποδέξεσθαι τὴν ἀρχὴν ᾤοντο, ὥσπερ κορυφαῖον τέλος τῶν προηγουμένων πράξεων, τήν τε σύγκλητον καὶ τὸν Ῥωμαίων δῆμον ἀσμένως δέξεσθαι ἄνδρα εὖ γεγονότα, καὶ ἐκ πολλῶν ἡγεμονιῶν, ὥσπερ κατ᾽ ἀκολουθίαν, ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντα. συνέβαινε δὲ 6 ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἧς ταῦτα ἐπράττετο, οἴκοι τὸν Γορδιανὸν διατρίβειν ἡσυχάζοντα, δεδωκότα τοῖς καμάτοις ἀνάπαυλαν, ἀργίαν τε τῶν πράξεων. 7. οἱ δὲ νεανίσκοι, ξιφήρεις, σὺν παντὶ τῷ πλήθει βιασάμενοι τοὺς ταῖς αὐλίαις ἐφεστῶτας, εἰσπηδήσαντες

pulos ad defectionem sollicitare, quod optari iam pridẽ ab vniuersis cognouerant, Maximini odio, sed metu prohiberi. Igitur cum omni multitudine nocte intempesta domum proconsulis petunt. Is Gordianus fuit, proconsulatum sortitus eum, cum annum ageret circiter octogesimum: multarumq; ante prouinciarum fuerat rector, atque in maximis spectatus negotiis. Quocirca facile susceptum iri ab illo imperiũ existimabant, quasi fastigium aliquod superiorum dignitatum: senatuique & populo Romano gratum futurum principem, qui prçterquam quod erat illustri ortus genere; etiam per honores plurimos, quasi per gradus quosdam, ad imperii culmen ascendisset. Euenit autem vt quo die hæc agebantur, domi Gordianus resideret, dilatis laboribus, omnique actu rerum suspenso. Igitur adulescentes, cum gladiis, magna stipante multitudine, proturbatis ianitoribus.

ribus, impetum in ædes faciunt, eumque supra grabatum requiescentem offendunt: circumfusique, senem purpura induunt atque augustalibus honoribus consalutant. Ille, re subita exterritus, insidiasque & dolum in se compositum ratus, deiicit humi se ex grabato, obsecrans parcerent seni à quo nihil iniuriarum accepissent, fidemque principi & beniuolentiam seruarent. Instantibus autem illis, ac nudos manu gladios tenentibus, cum partim metu, partim ignoratione, haudquaquam sciret Gordianus, quid sibi ea res vellet, quæque subitæ fortunæ causa foret, vnus è numero adulescentium, qui & nobilitate & facundia cæteros anteiret, reliquis tacere & paulisper quiescere iussis, dextra capulum tenens, in hanc sententiam verba fecit: *E duobus periculis, quorum alterum præsens manifestumque, alterum, futurum forsitan, dubiique euentus, eligendum tibi hodie alterutrum est: ut aut nos teque una serues, & spem meliorem,*

καταλαμβάνουσιν ἀ...
πνῳ σκιμποδίου ἀ...
μενον· περιστάντες δ'...
μύδι πορφυρᾷ περι...
σεβασμίαις τε τιμαῖ...
δαρροῦσιν. ὁ δὲ τῷ...
ξω τοῦ πράγματος...
γεὶς, ἐνέδραν καὶ συσκ...
ἐπιβουλῆς καθ' ἑαυ...
ζων, ῥίψας ἀπὸ τοῦ σκι...
εἰς γῆν ἑαυτὸν, ἐδεῖ...
σθαι γέροντος μηδ...
ἀδικήσαντος, σώζε...
πίστιν καὶ τὴν εὔνοιαν...
9 σπλδόντι. ἐπεὶ δ' οἱ...
φήρεις ἐνέκειντο, ἐκ...
ὑπὸ δέους καὶ ἀγνοίας...
τὸ πεπραγμένον, οὐδ...
10 παρούσης τύχης αἴτιο...
νεανίσκων, ὃς τῇ ἀν...
καὶ δυνάμει λόγων π...
τοὺς λοιποὺς κατασιγ...
συχάζειν τῆς προστάξ...
προσκώπον τῆς δεξιᾶ...
11 πρὸς αὐτὸν τοιάδ...
κινδύνων προκειμέ...
μὲν παρόντος, τοῦ δ'...

τος· καὶ τοῦ μὲν, ἤδη πε..., δήλου, τοῦ δ' ἐν ἀμφιβόλῳ τύ...
σθαι σε δεῖ σήμερον σώζεσθαι μεθ' ἡμῶν, καὶ πιστεῦσαι

ἐλπίδι κρείττονι, ἣ πάντες πεπιστεύκαμεν, ἢ τεθνάναι ἤδη πρὸς ἡμῶν. εἰ μὲν οὖν τὰ προύχοντα ἕλοιο, πολλὰ τὰ ἐφόδια εἰς ἀγαθὰς ἐλπίδας· τό, τε Μαξιμίνου παρὰ πᾶσι μῖσος, πάθος τε τυραννίδος ὠμῆς ἀπαλλάξεις, καὶ ἐν ταῖς προηγουμέναις πράξεσιν εὐδοκιμήσεις· ἔν τε συγκλήτῳ καὶ τῷ Ῥωμαίων δήμῳ γνῶσις οὐκ ἄσημος καὶ τιμῆς ἔνδοξος ἀεί. ἀντειπόντι δέ σοι καὶ μὴ συμπνεύσαντι ἡμῖν, τήμερον τέλος ἐπικείσεται. ἀπολούμεθα δὲ καὶ αὐτοί, εἰ δέοι, προαπολέσαντες. ἔργον γὰρ ἡμῖν τετόλμηται μεῖζον ἀπογνώσεως δεόμενον. κεῖται γὰρ ὁ τῆς τυραννίδος ὑπηρέτης, καὶ δίκας ὠμότητος παρέσχε, φονευθεὶς ὑφ᾽ ἡμῶν. ἐφ᾽ οἷς ἢν μὲν ἡμῖν συνάρῃ, καὶ κοινωνὸς τῶν κινδύνων γένῃ, αὐτός τε τῆς ἐν βασιλείᾳ τιμῆς ἀπολαύσεις, τό τε ἡμῖν προκείμενον ἔργον ἐπαινεθήσεται καὶ οὐ κολασθήσεται. Τοιαῦτά τινα λέγοντος τοῦ νεανίσκου, οὐκ ἀναχόμενον τὸ λοιπὸν πλῆθος,

qua omnes freti sumus, amplectaris, aut iamiã nostris manibus intereas. Quod si 12 *potiora malueris, multa ad spem bonam viatica sunt: quippe inuisum omnibus Maximinum, pestemque illam crudelissimæ tyrannidis tolles, vitamque antehac præclare tibi actam, illustri gloria cumulabis: maximosque à senatu populoq; Rom.* 13 *honores ac sempiternã laudem nancisceris. Sin vero abnueris, ac nobiscum conspirare pernegaueris, iamiam te hic obtruncabimus,* 14 *atque ipsi quoque (si oportuerit) occiso tibi immoriemur. Maius namque facinus ausi sumus, quam vt salui esse citra desperationem possimus. Iacet enim ty-* 15 *rannidis minister, luitque pœnas crudelitatis, nostris nunc nuper manibus interemptus. Quapropter si con-* 16 *senseris nobiscum, atque in partem periculorum accesseris, cum ipse honorem imperii consequeris, tum quod nos facinus perpetrauimus, laude quã supplicio dignum reputabitur.* Dum hæc loquitur adulescens, impatiens 17 moræ cætera multitudo, quum

cum quidem eodem iam ciuitas vniuersa, re vulgata, concurrisset; Gordianum vnanimes augustum appellant. Ille, quamuis recusaret ac senectutem obtenderet, tamen suapte natura gloriæ auidior, haud ægre tandem honorem suscepit: malens futurum dein quam præsens iam periculum subire. simul ætate iam exacta minime recusandum putabat, quin (si ita res posceret) etiam imperatoriis honoribus immoreretur. Igitur statim tumultuari omnis Africa, sublatisque Maximini honoribus ciuitates pleræque imagines Gordiani ac statuas ponere. Sed eum quoque à se cognominarunt Africanum. nam qui ad meridiem Libyes habitant, Afri Romana voce nuncupantur.

συνδραμόντων ἤδη καὶ πάντων τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐπειδ[ὴ] διεφοίτησεν ἡ φήμη, σεβαστὸν Γορδιανὸν ἀναγορεύει[ν]. 18 παραιτούμενος δὲ, καὶ γῆρας προϊσχόμενος ἐκεῖνος, ἄλλως δὲ, φιλόδοξος ὢν, οὐκ ἀηδῶς ὑπέστη· ἑλόμενος μᾶλλον τὸν μέλλοντα κίνδυνον ἢ τὸν παρόντα, ἔν τε γήρᾳ ἐσχάτῳ οὐ πάνυ τι δεινὸν νομίζων εἰ δέοι ἐν βασιλικαῖς τιμαῖς καὶ τελευτῆσαι. 19 πᾶν δὴ τὸ Λιβύων ἔθνος αὐτίκα ἐκεκίνητο, καὶ τὰς μὲν τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς καθῄρουν, εἰκόσι δὲ καὶ ἀνδριάσι Γορδιανοῦ τὰς πόλεις ἐκόσμουν· τῷ τε κυρίῳ αὐτοῦ ὀνόματι προσθέντες, Ἀφρικανὸν ἐκάλεσαν ἀφ' ἑαυτῶν. οὕτω γὰρ Λίβυες ὑπὸ μεσημβρίαν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καλοῦνται.

6. AT Gordianus, aliquot dies Thystri commoratus, qua in vrbe hæc acta fuerant, nomen imperatoris iam cultumque gerens, Carthaginem proficiscitur: vt in ciuitate maxima, celeberrimaque,

1 Ὁ δὲ Γορδιανὸς, ἐνδιατρίψας τῇ Θύστρῳ, ἔνθα ταῦτα ἐπεπράχθη, ἡμερῶν τινῶν ἤδη φέρων βασιλέως ὄνομα καὶ σχῆμα, ἀπάρας τε τ[ῆς] Θύστρου, εἰς τὴν Καρχηδόνα ἠπείγετο, ἣν ᾔδει μεγίστην τε οὖσαν

καὶ

καὶ πολυάνθρωπον· ἵν' ὥσπερ ἐν Ῥώμῃ πάντα πράττῃ. ἡ 2 γὰρ πόλις ἐκείνη, καὶ δυνάμει χρημάτων καὶ πλήθει τῶν κατοικούντων, καὶ μεγέθει, μόνης Ῥώμης ἀπολείπεται· φιλονεικεῖ πρὸς τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἀλεξάνδρου πόλιν περὶ δευτερείων. εἵπετο δὲ αὐτῷ πᾶσα ἡ 3 βασιλικὴ πομπή· τῶν μὲν στρατιωτῶν, οἵτινες ἦσαν ἐκεῖ, καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐπιμηκεστέρων νεανίσκων, ἐν σχήματι τῶν κατὰ Ῥώμην προϊόντων δορυφόρων. αἵ τε ῥάβδοι ἐδαφνηφόρουν· ὅπερ ἐστὶ σύμβολον εἰς τὸ 4 διαγνῶναι τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν· τὸ δὲ πῦρ προεπόμπευεν· ὡς ὄψιν καὶ 5 τύχην ἔχειν πρὸς ὀλίγον, ὥσπερ ἐν εἰκόνι, τῆς Ῥώμης τὴν Καρχηδονίων πόλιν. ὅ, τε Γορδιανὸς γράμματά τε πάμπλειστα ἐκπέμπει πρὸς ἕκαστον τῶν κατὰ τὴν Ῥώμην πρωτεύειν δοκούντων· τοῖς τε τῆς συγκλήτου δοκιμωτάτοις ἐπιστέλλει, ὧν ἦσαν αὐτῷ πλεῖστοι φίλοι τε καὶ συγγενεῖς. 6. ἐποίησε δὲ καὶ δημόσια γράμματα πρός τε τὸν Ῥωμαίων δῆμον καὶ τὴν σύγκλητον, δι' ὧν τὴν τῶν Λιβύων ἐδήλου εἰς ἑαυτὸν σύμπνοιαν, τῆς τε Μαξιμίνου

omnia quasi Romæ agitarentur. Siquidem vrbs illa, vel opibus, vel populi frequentia, vel magnitudine tantum Romæ concedens, cum Alexandri vrbe AEgyptiaca de secunda palma contendit. Sequebatur autem ipsum principalis pompa omnis, militesque quicunque aderant, iuuenesque vrbani procera statura, ad eorum similitudinem qui Romæ imperatorem comitantur; virgæ item laureatæ, quo insigni principes à priuatis dignoscuntur. Prætereaque ignis de more præferebatur, vt speciem fortunamque, exiguum sane ad tempus, Romanæ ciuitatis Carthago repræsentaret. Cæterum Gordianus literas complures ad primum quenque Romam missitabat, atque ad proceres senatus, quorum erant ei permulti amici ac necessarii. Scripsit item publice ad S. P. Q. R, significans Afrorum erga se consensum, simulque accusans Maximini crudelitatem,

quam esse omnibus magnopere inuisam sentiebat. Ipse omnem præ se mansuetudinem ferebat. nam & delatores omnes exilio affecit, & iis qui parum iusto iudicio damnati fuerant, iterum defendendi sui potestatem indulsit: quin exules quoque in patriam restituebat, ac militibus plura se quam quisquam antea, largiturum, populoque ingens daturum congiarium, pollicebatur. Idem præfectum quoque prætorii Vitalianum, ferum crudelemque hominem, clarissimum deuotissimumque Maximino, in ipsa vrbe curauit interimendum. Siquidem suspectans ne ille suis inceptis fortiter resistendo, ceteros quoque metu deterritos, à se auerteret, mittit prouinciæ quæstorem, adulescentem audacissimum, corpore validum atque ætate florentem, promptumque ad omne periculum pro se suscipiendum, traditis centurionibus ac militibus nonnullis. cui etiam literas dedit obsignatas duplicibus tabellis, per quas

ὠμότητ@ καὶ τὴν ὀργὴ...
7 ταῦτα εἰδὼς μισουμέ...
τός τε πᾶσαν πρᾳότη...
χεῖτο, συκοφάντας τ...
φυγαδεύων, καὶ παν...
διδοὺς τοῖς ἀδίκως ...
θεῖσι, τούς τε φυγάδα...
8 πατρίδας ἐπανάγων...
στρατιώτας ὑπέσχετο...
χρημάτων ὅσην οὐδ...
τερον, τῷ τε δήμ...
9 ἐπήγγειλε. προὐνοή...
πρότερον ἀνῃρεθῆν...
τὴν Ῥώμην τὴν στρ...
προεστῶτα· Βιταλια...
10 ὄνομα αὐτῷ, τὸν ...
χύτατα καὶ ὠμότατα...
τα, φίλτατόν τε ὄντα...
11 σωμένον τῷ Μαξι...
ποπτεύων οὖν μὴ τοῖς...
μένοις γενναίως ἀντι...
1,8,23. σώφρονα κὶ κόσμιον) *Sylburgius: post κόσμιον Schottus in ms. lacunulam esse notat: deesse autem φύσιν, γνώμην, ψυχὴν vel sim.*

Λουκίλλα ἦν τῶ Κομμόδῳ) caussam huius conspirationis aliam refert *Capitolinus* 4. *Crudelis vita Commodi Quadratum & Lucillam compulit ad eius interfectionem consilia inire:* Sed *Herodiano* nostro mos est, interiores caussas indagare cui ob id haud dubie præcipue in talibus credendum. Certe cum *Dio* diserte tradat, *Lucillam* ὐδὲ ἐπιεικεστέραν ὐδὲ σωφρονεστέραν τοῦ ἀδελφοῦ, *neque moderatiorem neque continentiorem fuisse fratre:* non est verisimile, solam crudelitatem fratris ipsi eam mentem consiliumque iniecisse.

κὶ τὸ πῦρ προπέμπειν αὐτῆς) Egit de illis *insignibus Principatus Lipsius ad* 1. A. *Tac.* 7, 5. *Ignem etiam inter insignia imperatoriæ maiestatis fuisse vel præcipuum, vnus ex antiquis, diuersis locis docet nos Herodianus,* inquit *Casaubonus ad Capitolini Maximinos.* addendus est *Pierius Hieroglyph. lib.* 46. *tit: insigne augustale.* Congruebat huic symbolo *Ignis*, variis rationibus. Nam & *diuinitatem regalis imperii* notat; quippe cum antiquissimo Persarum more, Dei symbolum ignis esset: & *claritatem fastigii dignitatisque regalis*, clarissima significatione indicat: & *incomparabilem actus regalis vim salubritatemque*, ad instar efficacis & benefici sideris ostendit: & *puram virtutem moremque regalem*, purgatissimi elementi charactere signat: denique, quidquid ad præcipuas imperii ἐξοχὰς vel

ex phi-

ex philosophiæ arcanis, vel ex reuerentiæ & obsequii iuuentis adferri solet, comparatione Ignis illustrari potest. Nec disconuenit, τὸ μοναδικὸν Solis (ad quem Hieroglyphica veterum sapientia omnia de igne φιλοσοφήματα pariter ac νοήματα retulit) τῆς μοναρχικῆς τῆς βασιλείας. Et quod Persæ de cœlo lapsum ignem finxerunt, quam accommodatum est ad diuinam, à Deo datam, Deique in terris vicariam regum maiestatem? De cetero, non absurde cogitauerit, qui crediderit, Romanos de occulto præcipuoque imperii pignore, i. e. de Vestâ cogitasse, cum Ignem imperatoribus suis auspicii singularis ac fatalis ergo, vt opinabantur de Vestali igne, præferrent.

1, 8, 24. Κοδράτος δὲ νεανίσκος εὐγενὴς ὤν) *Lampridius* tradit; *non sine consilio, Tarrutini Paterni præf. præt.* hæc accidisse. De cujus commemorationis fide dubitat *Casaubonius*: cum nec *Herodianus* mentionem eius hic faciat, & *Dio* occidendi Principis voluntatem omnino remoueat à Paterno.

περί τε τῆς συνεδρίας) *Stephanus* mallet προεδρίαν. Eruditè *Sylburgius*: *συνεδρίας ferri potest, si queri Lucilla intelligatur, quod cum antehac primam tenuerit sedem, nunc reuciatur ad secundam: è προέδρου scilicet facta σύνεδρος.* An simplicius est, non in vocabulo sed in re, querelæ caussam inuestigare? In συνεδρίᾳ conspicitur locus: extra quam nec προεδρία locum habet. Querebatur ergo de loco, quem in συνεδρίᾳ haberet. vbi & προεδρία & ὑφεδρία spectatur.

ἀναπείθει νεανίσκον ἕνα Κυϊντιανὸν ὄνομα) *Herodianum*, vt solet, hic sequitur *Ammianus Marcellinus* 29, 4 vbi ait: *Commodum in amphitheatrali cauea, cum adfuturus spectaculis introiret, a Quintiano senatore illicita cupiditatis homine ad debilitatem pæne vulneratum.* At *Lampridius* & *Dio*, *Claudium Pompeianum* vocant: quos sequitur *Zonaras*. Existimat ergò *Henricus Valesius in annot. ad Marcellinum*, *Dionis* codices corruptos esse in hac parte, iisque deceptos *Xiphilinum* & ceteros. *Etenim*, inquit, *Pompeianus Commodi munus euasisse dicitur ab ipso Dione lib. 72, & Pertinaci quoque superstites fuisse, lib. 78 & apud Capitolin. in Pertinace. Vita quoque &* [illegible] *morti-*

[illegible] *onum*

moribus sanctissimus, planeque Commodi dissimilis f
proditur ab iisdem. Itaque certum habeo apud Xip
num pro his verbis, Κλάυδι@, πομπηιανὸς ἐπιβέλδυσι,
bendum fuisse Κυαδράτ@ ἐπιβέλδυσι; *quod ex sequent*
liquido confirmatur. subijcit enim Xiphilinus, eum
Lucilla stupri consuetudinem habuisse, eique Lucill
liam desponsam: eundem ob lasciuiam Commodo ca
fuisse, quo cum ludere & vagari solebat. Quæ omni
Pompeiani quidem grauitatem non cadunt. Quad
vero optime conueniunt, vt docet Herodianus in lib.1.
terum *Ammianus* hunc euentum liberati Commodi,
similibus adscribit *virtuti siderum & genituræ.* sicut
dieque solent, qui Prouidentiam nunquam rectis o
intuentur.

καὶ λήσεαζ ἤλπισε) *Stephanus:* διὸ καὶ λ. ἤ. C
opus eiusmodi correctione?

1, 8, 25. ὃς ϖροεῖπε τὸ βεβελδυμένον μᾶλλον, ἢ ἔδρ
Descripsit ex Herodiano hanc sententiam *Lampridi*
Commod. 4: *detexit facinus fatuus nec impleuit.* P
illa verba: *Hunc tibi senatus Pugionem mittit*, sap
formulam. Ita enim & miles ille qui Pertinacem occ
apud *Dionem* τοῦτό σοι τὸ ξίφ@ οἱ στρατιῶται πεπόμφ
inquit: *Hunc tibi milites misere gladium.* Vide *Ca*
bon. ad Lamprid.

ἐκκόπτειν γὰρ ἀεὶ καὶ κωλύειν) *Steph.* κολούειν. Bene.
Aristotele sumtum. cuius est: τὸ τοὺς ὑπερέχοντας κολούειν
τοὺς φρονηματίας ἀναιρεῖν. 5. *polit.* 11.

1, 9, 26. ἐπιβέλδυσι τῇ ἀρχῇ) Adeo cæca est tyran
rum sæuitia, vt in ipsa suspicandi assiduitate & curiosi
nihil eorum suspectet, quæ suspectari maxime debeb
Omnes timet Commodus præter eum, cuius potent
increscentem, & immensam opum vim & insatiabilia
vel vnice debuerat timere, & poterat animaduertere.
hoc in Principe non admodum callido minus fuit mir
at callidissimum mortalium & suspicionibus deditissim
Tiberium, simili ἀβλεψίᾳ circa Seianum laborasse, mo
simile est. Nimirum tali fato punitur tyrannica illa su
candi malignitas, vt intelligant, se cum centum oculi

om

omnes partes vigilauerint, illa parte, vnde periculum imminebat, dormiuisse.

θεάματά τε καὶ) Desiderari *τέχνης*, *σοφίας* aut sim. *Stephanus* & *Sylburgius* annotarunt. Hic etiam de voc. *μούσης* cogitauit ex 3, 8 p. 147.

1, 9, 28. *καιρὸν εὔκαιρον ἔχοντες διαβάλλειν ἐπ᾽ ἐχθρῷ τῷ*) Ea æmulationis aulicæ ars & consuetudo est, vt cupide arripiant occasiones premendi alter alterum; qui sibi semper mutuo imminent. Etiam cum abest fastus & superbia, quæ Perennem exosum reddidit, ipsa dignitatis æmulatio infestos affectus ciet. Eundem ludum lusit, accommodato plane ad hunc Historici locum exemplo, Craterus aduersus Philotam apud *Curtium* 6, 8. *Erat is Philota ob æmulationem dignitatis aduersus.* Ergo, cum audiret reum agi Philotam criminis maiestatis; suspectumque contumaciæ iam pridem regi fuisse sciret, *non aliam premendi inimici occasionem aptiorem futuram ratus, odio suo pietatis præferens speciem*, asperrime in eum sententiam dixit.

1, 9, 30. ὁ δὲ Κόμμοδος δύο τοὺς ἐπάρχους κατέστησε) Cum potestas præfecti prætorio maxima fuerit, atque vt Macrinus infra apud *Nostrum* 5, 1 loquitur, *οὐ πολὺ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως βασιλικῆς ἀποδέουσα, ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐπάρχοις τῶν στρατοπέδων πιστεύει*) *non multum à Principatu distans, quippe cum ipse imperator præfecto prætorio se committat*, varia excogitata sunt remedia, quibus redigeretur ad normam Aristotelicam illa dignitas, *lib.* 5 *polit.* 11 descriptam: *κοινὴ δὲ φυλακὴ πάσης μοναρχίας τὸ μηθένα ποιεῖν ἕνα μέγαν ἀλλ᾽ εἴπερ, πλείους· τηρήσουσι γὰρ ἀλλήλους.* *Communis omnis Principatus est ista cautio, neminem unum magnum facere: sed plures. sic enim inter se obseruabunt.* Et de Commodi quidem consilio *Lampridius* 6: *Mutabantur præfecti prætorij per horas ac dies, Commodo peiora omnia, quam fecerat ante, faciente.* paullo post: *In Ebutiani locum Cleander cum aliis duobus, quos ipse delegerat, præfectus est factus. tuncque primum tres præfecti prætorio fuere. Constantinus quatuor fecit.* quo nomine *Zosimus* eum arguit *lib.* 2. Ac de *duobus præfectis* etiam infra in

 Nostro

Nostro 3, 13 habemus exemplum: vbi Seuerus itidem c spirationis occasione duos constituit præfectos. Id consilium iam ab initio Mæcenas dederat, apud *Dion.* & Augustus executus erat, *Dion.* 55. quod plerosque po obseruasse, per seriem ostendit *Petrus Faber Semestr.* Quin etiam excogitatum creditur, vt togata potius viri quam militari illustres præponerentur prætorianis; q *Vlpiani* exemplo declaratur. vt rursum fieret illud *Ari telis*: ἐὰν δ' ἄρα ἕνα δέῃ ποιῆσαι μέγαν, μή τοι τὸ γε ἦθ@ θρα *Quod si omnino aliquem magnum oporteat facere, non men is faciendus est magnus, qui audaci ingenio præd. sit.* Postea vocati sunt *Comites Aulicorum* & tandem c Iustiniani tempora, *Curopalatæ*. Vide *Nicolai Alem ni notas historicas ad Procop. arcan. hist.* p. 95.

1, 10, 31. διὰ τραχείας καὶ ἀβάτυ) *Sylburgius* ma τραχείας.

καὶ περὶ βασιλείας ἤδη καὶ μειζόνων πραγμάτων ὁ M ἐβουλεύετο) Sicut apud *Florum* Spartacus, aliquot *ela victoriis, de inuadenda Vrbe Romana deliberauit.* 3, 20,

1, 10, 32. ᾤήθη δεῖν μέγα τι δράσας κατορθῶσαι &c Affectus desperatæ audaciæ hoc charactere signatur. consonant illa, quæ *lib.* 7. *cap.* 5. p. 300 & 301. de iuue bus Afris aduersus procuratorem Carthag. conspir traduntur: itemque de *Senatu Romano* nouos impera res eligente *lib. eod. cap.* 10, p. 320. venitque in part mutuæ declarationis Cæsarianum illud: *Iacta est a Sueton. Cæs.* 32.

1, 10, 33. καὶ τῆς πομπῆς νομισθεὶς μέρ@) Vocem μέρ abesse msc. testatur *Schottus*.

1, 11, 34. θρησκεύουσι δὲ μάλιστα τὴν θεὸν) Memo bilis egressio hæc est de Dea Pessinuntia; multorum t minum variæque commendationis ap. veteres. quor loca ad historiam Deæ facientia pleraque collecta reper apud *Gebhart. Elmenhorst. obseruat. ad Arnob. fin. commentar. ad Minuc.* p. 10. itemque *Ger. Ioh. Voss. Theolog. gentil. lib.* 2. *cap.* 52.

οὔτε δὲ τὴν ὕλην) *Sylburgius: structuræ lex nom. ca postulat* ἡ ὕλη, *seu* τὰ τῆς ὕλης. *aut in accus.* τὴν ὕλην *insolens præpositionis ellipsis.*

οἱ μὲν περὶ ὁδῶν) *Casaubonus ad Strabon.* 1 putat leg. ἱερῶν aut ὁρίων.

καὶ τὰ τῶν δένδρων ἡδείας σκιᾶς *Schottus* : ταῖς τῶν δένδρων ἡδείαις σκιαῖς.

I, 12, 37. μεγίστοις καλλίσκιοι δαφνηφόροις ἄλσεσιν) *Credebatur laurus efficax aduersum venena. inde iactatum, vt qui se tutum approbare vellet, δαφνίνην diceret φέρω βακτηρίαν i. e. laureum gesto baculum. Creditur & laurus sanitatem conciliare, quo argumento lauri folia ineuntibus magistratum Kal. Ian. à populo dabantur cum ischadibus.* Libuit hæc ex *Cæl. Rhodigin.* 5, 7 adscribere. *Vtrumque* enim huc pertinet, de veneno, & de sanitate, Inter remedia veneni etiam *Plinio* memoratur laurus 23, 8. & 8, 27.

p. 38. Κλέανδρός τις ἦν) De huius hominis impotentia & importunissimis facinoribus omnino videndus *Lampridius, Commodo, cap. 6. & Xiphilinus in Commod.*

Τῶν δημοσίᾳ εἰωθότων ὑπὸ κήρυκι πιπράσκεσθαι) *Xiphilinus* καὶ ἐπράθη μετὰ τῶν ὁμοδούλων, μεθ' ὧν καὶ ἀχθοφορήσων ἐς τὴν Ῥώμην ἐκεκόμιστο. *Etiam venditus est seruus inter seruos, Romamque vt baiuli officio fungeretur, deductus.* Præcipuum & indicium & dedecus tyrannidis, illustribus viris depressis, vilissimum quemque ad potentiam & scelerum licentiam euehere. Ita *Lampridius* c. 6. inter præfectos prætorio *libertinum* à Commodo assumtum, *qui à pugione appellatus est.* quem titulum *Casaubonus* quidem, vt inferioris gradus indicem, & tanquam de ministro ceterorum interpretatur: sed *Cl. Salmasius* hoc ipso *pugionis* i. e. συμβόλου βασιλικοῦ, haud dubie, vt vice principis gestaret, commissi indicio, præcipuum fuisse ostendit. *Tyrannidis* indicium pessimorum & humillimorum dignitates dixi: scilicet *abrupta & ultima.* nam alias Tiberii ratio nota est, qui etiamsi eminentes virtutes non sectaretur, & ab optimis periculum sibi metueret, tamen *à pessimis dedecus publicum* timebat. *Tac.* 1 A. 80, 4.

p. 39. οὐδὲ αὐλισθῆναι, οἷός τε ἦν) *Msc. Schotti* : οὐδὲ ἐγγύης.

I, 13, 41. ἡ δὲ πρεσβυτάτη τῶν Κομμόδου ἀδελφῶν (φα-

ἄλλα ἦν ὄνομα αὐτῇ) *Xiphilinus à Marcia* pellice Quae rem ad Commodum delatam scribit. *idem*, qui occ nem huius tumultus, ipsamque seriem paulo aliter e rit. Sed & interitum Cleandri ex alia caussa repetit *L pridius* c. 7. Nil mirum. nam, cum tot concurrere vno homine flagitia, quæ omni tempore cumulabat, ista vel in illa conferri caussam interitus, nec nouum absurdum est.

p. 42. τοιαῦτά τινα εἰποῦσα, ῥηξαμένη τε) *Sylbu* mallet: εἰπούσης, ῥηξαμένης τε. Potest tamen & vu ferri.

ἐκπέμπει περπνὸν καὶ ποθεινὸν τοῦ δήμου θέαμα) Inte resplacandæ multitudinis irritatæ, atrocium rerum m stros auctoresque obiicere indignantium iræ, ac odiis rum inuisa capita condonare; *piacula iræ dedere Liu* 6, 21. sicut alibi (*lib.* 4, 12) *L. Minutius iræ popul mentarios obiicit.* Frequentius interim tyrannicis tiis expiandis accommodatur id consilium. sicut ostendimus.

p. 44. ἀπίστως προσεφέρετο πᾶσιν &c.) adeo qui vt *finxisse etiam quandam contra se coniurationem tur, quo multos occideret. Lamprid.* 8.

ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τὰ καλὰ σπουδῆς) Graphica descr corruptissimæ aulæ: cuius foribus vice elogii, dignum inscribi:

— *exeat aula*
Qui volet esse bonus.

Herodianus noster, vt passim, mirifice & feliciter χαρα πολιτικὸν exprimit, in eiusmodi descriptionibus. Co elegantissimam φαντασίαν, qua *Dio Prusaensis Chry mus orat.* 1. *de regno*, regiam siue aulam Tyrannidis fig

1, 14, 45. ἕτεροί τε εἰς μῆκος κεχαλασμένοι) Co tam περιφράζει. *Lamprid.* 16: *Crinita stella apparuit* de pluribus prodigiis *imperio eius & publice & priu factis.*

πᾶν τὸ εἰρήνης τέμενος κατεφλέχθη) Damna huiu cendii recenset *Xiphilinus*, *circa finem Commodi.*

αὐτὰ θήμασι κεχρηματισμένων) *Sylburgius* mallet κεχ μένον.

p. 46. τὸ τοῦ παλλάδος ἄγαλμα) Memorabilis de Palladio locus. adeundi *Alex. ab Alex. gen. d.* 5, 12. *Cl. Freinsheim. ad Flor.* 1, 2, 3. e. *Cæl. Rhodigin.* 28, 6.

p. 47. ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας τῶν ἐπαλλήλων συμφορῶν εἰς τοὺς ἐκείνου φόνους &c.) Scilicet supra omnia incommoda & prodigia, maximum erat ipse Princeps prodigium; sicut *Xiphilinus*, cum de ingenti illa pestilentia memorasset subiicit: ἦν δὲ ἁπάντων νοσημάτων καὶ κακουργημάτων χαλεπώτερος Ῥωμαίοις ὁ Κόμμοδος. Quo referemus etiam illam *Procopii* de concursu & continuatione publicorum malorum ἐπίκελσιν, *ex arcana historia*, pag. 94: μηκυνομένου δὲ κακοῦ, πᾶσιν ἐκμεμαθηκέναι τῷ ἔργῳ ξυνέβη, ὅτι δὴ τοῖς ἀνθρώποις ἐπ᾽ ἄπειρον μὲν ἡ πονηρία φύεσθαι εἴωθε. μαθήσει δὲ τῶν προγεγενημένων ἐντρεφομένη, καὶ τῇ τῆς παρουσίας ἐξουσίᾳ ἐς τοσόνδε ἀεὶ ἐξικνεῖσθαι δοκεῖ, ἐς ὅσον δύναται, ἡ τῶν βλαπτομένων σταθμᾶσθαι δόξα: i. e. interprete *Alemanno*: *sic vero publicis grauescentibus malis, periculo compertum est, nullis circumscribi certis terminis humanam improbitatem, quæ si maiorum exemplo coalescat, atque dignitatis licentia in subditorum perniciem exeratur, quo tandem possit euadere, non nisi afflictorum ærumnis perpendi queat.*

ἡρακλέα καὶ Διὸς υἱὸν αὐτὸν κελεύσας καλεῖσθαι) *Lamprid.* 8 & 9: *Commodum Herculem & Deum senatus appellauit.* & postea, *accepit statuas in Herculis habitum, eique immolatum est vt Deo.* & subinde: *Claua non solum leones in veste muliebri & pelle leonina, sed etiam multos homines afflixit.* Hinc mensis September *Hercules*, & *Idus Herculea* Octobris dictæ & cetera eiusdem vanitatis, de quibus mox in Herodiano sequitur. ceterum habitus ille Herculis *Apollodoro* describitur *lib.* 2 *Bibliotheca*: καὶ χειρωσάμενος τὸν λέοντα, τὴν μὲν δορὰν ἠμφιάσατο, τῷ χάσματι δὲ ἐχρήσατο κόρυθι. *cum subegisset* (Hercules) *leonem* (Cithæroneum) *pellem eius induit, rictuque loco galeæ vsus est.* Notum hinc epitheton Herculis Λεοντοφόνου. Reges ergo Macedoniæ cum ab Hercule genus suum repetant, διὸ καὶ

αὐτὶ ταινίας, καὶ στέμματ@, καὶ πορφύρας βασιλικῆς τὸ δὲ τ κεφαλῆς τ λέοντ@ ἑαυτὰς ταινιῦσι, καὶ στέμμα καὶ κό ἡγῦν), καὶ ὑπὲρ πάντα λίθον, ideo pro redimiculo & coron regia purpura Leonini capitis exuuio se redimiunt, a hoc gestamen, coronam & ornatum esse censent, eoque gis, quam pretiosis lapillis & Vnionibus se decorari pu Sunt hæc verba *Constantini Porphyrogen. lib. 2. de the. in them. 2. Macedoniæ.* vbi nummum *Alexandri tali ma conspicuum*, testimonii loco adfert de quo vide e tam *Fed. Morelli* annotationem. De *Commodo Athenæum lib.* 12.

μετὰ χεῖρας φέρειν) φέρων aut ἔφερεν reponunt *Ste nus & Sylburgius.*

p. 48. τοιῦτ@ μὲν δὴ) *Schotti msc.* μὲν τοι. m *apte. Sylburgius.*

ἤλλαξε δὲ καὶ τῶν ἐνιαυσιαίων μηνῶν τὰ ὀνόματα) L *prid.* 11. *Menses quoque in honorem eius pro Augusto* C modum, *pro Septembri* Herculem, *pro Octobri* Inuict *pro Nouembri* Exuperatorium, *pro Decembri* Amazoni *ex signo ipsius adulatores Vocabant. Xiphilinus* ita nu rat: *Amazonium, Inuictum, Felicem, Piũ, Lucium, AEli Aurelium, Commodum, Augustum, Herculeum, Roman Superantem.* Atque hanc enumerationem veram ce *Cl. Salmasius in not. ad Lampridium*, quem ex Xiphi corrigit, vt series ita sibi inuicem respondeat: Ἀμαζόν *Ianuarius.* Ἀνίκητ@, *Februarius.* Εὐτυχὴς, *Mart* Εὐσεβὴς, *Aprilis.* Λύκι@, *Maius.* Αἴλι@, *Iunius.* A λι@, *Iulius.* Κόμμοδ@, *Augustus.* Αὔγυς@, *Septem* Ἡράκλει@, *October.* Ῥωμαῖ@, *Nouember.* Ὑπερα *December.* Etiam sub *Nerone* huius insaniæ exempla bemus. Apud *Tacitum* 16, 12 studio adulantium sen tum *mensis qui Aprilem eundemque* Neroneum *seque tur, Maius,* Claudii; *Iunius*, Germanici *Vocabulis mut tur.* Et *Domitianus, post duos triumphos, Germa cognomine assumto, Septembrem mensem & Octobren appellationibus suis Germanicum, Domitianumque tr nominauit: quod altero suscepisset imperium, altero na esset.* Sueton. Domit. 13. Scilicet tanta fuit horum ho

num ambitio vt cuperent *omnia noua & de suo nomine dicta, tanquam si propterea Principatum accepissent, vt nouam rebus faciem inducerent.* Vide, quæ *Procopii arcana historia (p. 49)* de talibus propositis tradit, & *Nic. Alemannus* explicat, *in not. p. itidem* 49.

καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῷ φόβον ἀπ.) αὐτῷ *elegans est. potest tamen & αὐτοῦ legi. Sylburgius.*

p. 47. πολλῶν δὴ καὶ δεινῶν συνεχῶς καταειληφότων τὴν πόλιν) Quasi ferme connexione & sententia *Suetonius in Nerone* 39: *Accesserunt tantis ex principe malis, probrisque, quædam & fortuita.* vnde *maledicta* & *conuitia hominum*, mox irritata, sicut in nostro exemplo.

οὐδὲ γὰρ ἐλάνθανε τὰ πραττόμενα πάντας) Nam primum *flagitiis & sceleribus velamenta quærunt* eiusmodi tyranni, sicut exemplo Neronis ostendit *Tacitus* 13 A. 47, 1: postea semel *euulgatus pudor non satietatem, sed incitamentum adfert*, apud *Eund.* 14 A. 14, 5. gliscuntque *flagitia & infamia*, quod mox *cap. seq. Commodi*, theatrum gladiatorio ritu ingressi insania amplius declarat. Neronis insania, Commodi turpitudini per omnes flagitii gradus ἀντίστροφος est, ideoque hic à nobis producta, egregium scilicet par: *princeps histrio & gladiator.*

p. 48. τὸν μὲν οὖν ἀνδριάντα καθεῖλεν ἡ σύγκλητος) Is scilicet plerumque exitus splendoris illius ascititii, quem tyranni suo nomini publice induunt, cum passim statuas suas, tanquam Deorum simulacra, prostituunt: nimirum, *si iudicium posterorum in odium vertit, pro sepulcris spernuntur*, (Tac. 4 A. 38, 3) *strageque & ruina publico gaudio litare* solent. *Plin. Paneg.* 52. *de Domitiani exemplo.* adde *Sueton. Domit.* 23. *Xiphil. Neron.*

1, 15, 49. καὶ γὰρ δὴ ἐπιδείξεις ποιοῦντι τῆς χειρὸς τὸ εὔστοχον &c.) Egregia descriptio τῆς εὐστοχίας siue εὐχειρίας aliquoties hoc capite repetita. qualis illa apud *Curtium* 7, 5, 41 de Catene: *namque is adeo certo ictu destinata feriebat, vt aues quoque exciperet.* Quanquam potius huc facit *Cambysis insania* apud *Herodotum* in *Thalia*, vbi itidem *sagittandi arte omnibus omnino hominibus vult præstare*, crudeli specimine edito in Prexaspis filio.

p. 50.

p. 50. ταῖς Μαυρουσίαις στρουθοῖς ὀξύτατα φερομέναις ... ποδῶν τάχει καὶ κόλπωσει πτερῶν) Celeritatem struthis p... tribuit hic & remigium alarum. Explicat vtrumque ... nius 10, 1: *Auium grandissimi & pene bestiarum ge... struthiocameli Africi vel Aethiopici, altitudinem e... insidentis equo excedunt, celeritate* (videtur in quar... su legendum) *vincunt: ad hoc demum datis pennis, v... rentem adiuuent: cetero non sunt volucres, nec a... tolluntur.* Adde *Strabon.* 16 *de struthophagis.* & p... tim *Diodor. Sicul. Biblioth. lib.* 2. Pertinet huc locus ... *ti in Persa act.* 2. *sc.* 2. vbi cum Toxilus dixisset; *vol... riculo*, respondet Pægnium; *istuc marinus passer pe... cum solet.* Quippe *struthiocamelum Festus* interp... tur *passerem marinum.* Quem *Turnebus* 16 *Adu... cap.* 22 ideo ita dictum arbitratur, *quod ex Africa i... liam mari aduekeretur.* Adeundi sunt *Ornitholog... nerus & Vlysses Aldrouandus.*

p. 52. καὶ τὴν βασιλέα ὁ τὸν μονομάχον) τοῦ c... cod. additum agnoscit *Politianus* & probat cum *Ste... Sylburgius.*

ὡς μηκέτι βούλεσθαι μηδὲ τὴν βασίλειον ἑστίαν οἰκεῖν) ... to *insaniam* hanc vocat *Herodianus.* nam nec cog... homo vecors de arte ac inuento prudentiæ monar... quo Augustus olim sedem Principalis maiestatis, vt ... cam, in Palatio consecrauerat, apud *Dionem* 53: nec ... translationis veritus est; nec turpitudinem loci; & pe... materiem rumoribus & odiis infestissimis cooritura... horruit. Quid huic amentiæ digne comparari p... præter illum Caligulæ furorem, qui etiam in aliam ... transferre sedem imperii moliens, *proposuerat An... deinde Alexandriam commigrare, interempto prius v... que ordinis electissimo quoque. Sueton. Calig.* 49.

τοῦ δὲ μεγίστου ἀγάλματος κολοσσιαίου) *Lamprid. ... mod.* 17. *Colossi autem caput demsit, quod Neronis ef... suum imposuit.* Ad quæ verba *Casaubonus* notat: *Fa...* esset. *fuerat quidem aliquando, sed iam non erat, ... solis.* idque ex hoc Herodiani loco probat. De colos... Neronis effigiem gerente, vide *Sueton. Neron.* 31.

H...

Hadrianus loco mouit, & *post Neronis vultum, cui antea dicatus fuerat, Soli consecrauit*, teste *Spartiano in Hadr.* 19. quem erroris ob id arcessit *Casaubonus*, *à Vespasiano* iam factum, quod Hadriano ibi tribuitur contendens. Equidem *Xiphilinus in Vespasiano*, ita scribit: ὁ, τε κολοσσὸς ὀνομασμένος ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ ἱδρύθη, φασὶ δ' αὐτὸν τό, τε ὕψος ἑκατὸν ποδῶν, καὶ τὸ εἶδος, οἱ μὲν τὸ τοῦ Νέρωνος, οἱ δὲ τὸ τοῦ Τίτου ἔχειν. *Colossus, quem vocabant, sacra via collocatus est. Dicunt autem altitudinem eius esse pedum* ρ (Sueton. CXX.) *figuram alii quidem Neronis, alii autem Titi habere asserunt.* Qui locus optime pro Spartiano accipi potest. adde *Suet. Vesp.* 18.

ὑπογράψας τῇ βάσει οὐχ ὡς εἰώθασι) *Lampridius* 17 contra: *titulum more solito subscripsit, ita vt illum gladiatorium effeminatum non prætermitteret.* In eundem sensum *Xiphilinus ex Dione* scribit. Vnde *Casaubonus* probabiliter existimat; *codices Herodiani corruptos esse; tollendamque negatiuam* οὐχ, vt cum ceteris congruat. Alias illa inscriptio; *Mille gladiatorum victoris*, firmatur loco *Lampridii in Commod.* 12: *refertur in libros tantum palmarum gladiatoriarum confecisse; vel victis retiariis vel occisis, vt mille contingeret.*

1. 16, 53. ταύτης δὲ τῆς ἑορτῆς περιϊούσης) *Schotti msc.* περιιούσης, quod & *Stephanus* voluerat.

νομισμάτων τε αὐλιδόσει) Quæ de *Saturno* & *Iano*, hoc capite memorantur, passim obuia sunt. De *votis strenisque* principio anni inuicem ex mutuæ comitatis officio vsitatis, vel solus *in* 1 *Fastorum Ouidius* rem expediat. Nobis obiter libet annotare; *antiquitatem Strenarum*, quam *Symmachus lib.* 10. *epist.* 28, *ab exortu pane Vrbis* Romæ repetit, *loco memorabili*: ad quem omnino vide *Fr. Iureto* notata.

p. 54. ἀλλ' ἐκ τοῦ μονομάχων καταγωγίου) *Xiphilinus:* ἐβούλετο καὶ ὕπατος τε ἅμα καὶ σεκούτωρ ἐν τῇ νουμηνίᾳ ἐκ τοῦ χωρίου ἐν ᾧ οἱ μονομάχοι τρέφονται, προελθεῖν. καὶ γὰρ τὸν οἶκον πρῶτον παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ εἷς ἐξ αὐτῶν ὤν, εἶχε. *Volebat Calendis Ianuariis Consul pariter & secutor è ludo gladiatorio prodire, quippe primam apud gladiatores domum; tan-*

quam

quam si esset ex ipsorum numero vnus; habeba[...]

ἐπεὶ δὲ τὴν γνώμην αὐτοῦ) Periodus aliquantum turbata est, & parenthesi videlicet, & triplicata re[...] vsurpatione, eaque ipsa figurata: quippe quod secundo [...] co pro copula καὶ, tertio in loco pro cognato pronomine αὐ[...] latiuum sit positum. Sylburgius.

p. 17, 55. χαμαιπαιδίων τούτων δὴ τῶν ἐν φιλοψ[...] Vide prolixe disserentem de talibus Cl. Salmasium [...] Vopisci Firmum à pag. præsertim 444. Turneb. aduers[...] 32. Ad rem totam insigne exemplum tam fatalium li[...] lorum pertinet ex historia Caligulæ apud Sueton. 49. [...] secretis eius reperti sunt duo libelli, diuerso titulo: al[...] GLADIVS, alteri PVGIO index erat. Ambo n[...] & nomina continebant morti destinatorum.

p. 56. τὸ δὴ παιδίον ἔτι, ἄλλως ἀθύρον) Lamprid[...] cap. 9. breuiter complectitur, quæ hic fuse memorant[...] Multos præterea parauerat interimere, quod per paruuli[...] quendam proditum est, qui tabulam è cubiculo eiecit, [...] qua occidendorum erant nomina scripta. Porro de talib[...] puerulis in aula versari solitis notabilis est locus in Suet[...] Aug. 83. ludebat (Augustus) cum pueris minutis, quos [...] cie & garrulitate amabiles vndique conquirebat, præcip[...] Mauros & Syros. vbi vide Casaubono notata.

p. 57. αὐτήν τε μέλλουσαν τεθνήξεσθαι, Λαῖτόν τε κ. [...] Stephanus: αὐτὴν γε μ. τεθν. Λαῖτον δὲ κ. ι. Nihil opus h[...] emendatione.

p. 58. συσκεψάμενος αὐτοῖς) Stephanus: αὐτῇ. [...] plurale αὐτοῖς respicit Marciam & Electum, quos consu[...] tandi gratia conuenisse, manifestum est è præcedentibus. It[...] Sylburgius. Idem, qui mox elegantiam locutionis ex[...] plicat, φθάσαι τι δράσαντες ἢ παθεῖν; vbi Stephanus citra cau[...] sam τὸ μᾶλλον infarcire studet.

συνέθεντο φθάσαι τι δράσαντες ἢ παθεῖν) Apprime declarat hanc ὑπόθεσιν desperationis, siue irritatæ grauiore metu audaciæ illud Aristotelicum ε polit. 3: στασιάζουσι καὶ οἱ μέλλοντες ἀδικεῖσθαι, βουλόμενοι φθάσαι, πρὶν ἀδικηθῆναι. Mouentur res nouas insurguntque etiam ii, qui metuunt iniuriam; præuenire scilicet eam quam expectare aut tolerare cupientes.

p. 59.

p. 59. περὶ πάσης τροφῆς λαμβάνειν κώλυμα δηλητηρίων) Cum regum vita multis sit exposita periculis, neque vnquam ferme desint scelerati, qui insidias sanctissimis capitibus struant, varia inuenta sunt munimenta regiæ salutis. inter quæ etiam *pragustatio*, à Persis (vide doctissimum *Brisson. de regno Persico*) ad Romanos, iam sub Augusto, translata, sicut notauit olim *Lipsius ad* 12. *A. Tac. fin.* Hinc etiam *antidotorum vsus* ab *Herodiano* annotatur, cuius antiqua consuetudo passim apud reges. De Mithridate *Iustinus* 37, 2, 6: *antidota sæpius bibit, & ita se aduersus insidias exquisitis tutioribus remediis stagnauit, vt ne volens quidem senex veneno mori potuerit.* Ceterum sicut principibus ipsis vsitata, ita tyrannis in alio suspecta antidota. vnde Caligula *Tiberium fratrem repente immisso tribuno militum interemit, quod antidotum oboluisset; quasi ad præcauenda venena sua sumtum: cum tamen is propter assiduam & ingrauescentem tussim medicamento vsus esset. Sueton.* 23. Nam & in alios vsus, quam aduersum venena, interdum adhiberi antidota notum est; siue etiam alia medicamenta antidoti nomine vocari. sicut in *Spartiani Hadriano* 23, Verus *accepto largius antidoto, ingrauescente valetudine periisse* dicitur. vbi Casaubonus antidotum *pro acriore cathartico* poni obseruat.

νεανίαν τινὰ, ὀνόματι Νάρκισσον) *Lampridius athletam* nominat, *cum quo exerceri solebat* Commodus. *Xiphilinus*, Narcissi nomen addit. In serie autem procurati exitii ipsa variant. *Lampridius, venenum ei datum* asserit; *quod cum minus operaretur* (ita enim loquitur) strangulatum athletæ operâ. *Dio*: venenum ei per Marciam in carnibus bouinis datum; cumque non statim posset interire, ob temulentiam & crebrum balnearum vsum (priorem caussam explicabit etiam exemplum Claudii apud *Xiphilin. & Sueton. Claud.* 44.) adeoque iam inciperet suspicari & minari, missum esse Narcissum, qui lauantem interimeret. *Aurelius Victor* (*in Cæsarib. cap.* 17.) refert: *vi veneni frustrata per cibum quo se casu repleuerat, cum tamen alui dolorem caussaretur, auctore medico, principe factionis, in palæstram perrexisse, ibi per ministrum vngendi* (*nam*

(nam forte is quoque è consilio erat) faucibus, qu... te exercitu, Pacchiorum nodo validius pressis, exp... Quem locum corrigit & explicat *Cl. Salmasius ad ... prid. Commod. prope finem.* *Epitome Victoris: ad ... mum ab immisso validissimo palæstrita; compressis f... bus exspirauit.*

γυμνάσιον κ ἀκμαςλω) *Suidas*, qui ista describi... corrigendus, cum ἀμάςλω pro ἀκμαςλω ponit.

IN LIB. II.

2, 1, 62. ἦν δ' ὁ περτίναξ τὸ μὲν γένος Ἰταλιώτης)... περτίναξ Λίγυς ἐξ Ἄλβης Πομπηΐας, inquit *Xiphilinus*: ... *autem Pertinax Ligur; ciuitate Alba Pompeia ortus* ... *saubonus* propter parentem, *Ligurem* dici Pertinace... spicatur. Sed & ipsum *Ligurem* natum asserit *Victor... tome: libertino genitus patre apud Ligures in agro ... do Lollii Gentiani.* *Capitolinus in Pert.* 1: *Natus est ... tinax in Apennino in Villa Martis*: quàm cum in *Li...* non inuenire liceat, *Casaubonus*, vt cœpimus dicere ... *nem de origine* non de *natiuitate* accepit. Cui sent... satis fauet *Herodiani.* Ἰταλιώτης.

πολλὰ δ' κτ Γερμανῶν κǵὴ ἀπὸ τὴν ἀνατολὴν βαρ... ἐγείρας τρόπαια.) Vide de militia eius *Capitolinum in... tin.* 2.

πλεῖστα πάντων ἐξχειρισθεὶς) Congruit cum ... huius sententia exemplum Aristidis apud *Corn. Ne...* 3, 3, 2: *Hic qua fuerit abstinentia, nullum est certi... dicium, quam, quod, cum tantis rebus præfuisset, in ... paupertate decessit, vt qui efferretur, vix reliquerit.* ... Pertinace *Victor: Curios Fabriciosque æquauit.* Vide ... *Rittershusii com. ad Salu.* p. 20 & 21.

p. 65. πάντα πυθόμενος τὰ πεπραγμένα) Non ... accurate omnibus cognitis, fidem habuit imperium ... rentibus. Quinimo, vt *Xiphilinus* auctor est, misit ... ex familiaribus quem habuit fidissimum, ad explora... rem gestam de nece Commodi. Atque ob hanc re... tionem & cunctationem nomen *Pertinaci* inditum ...

V...

Victoris Epitome : Iste coactus imperauit, repugnansque imperium suscipiens tale cognomentum sortitus est. Quod descripsit auctor *Histor. misc. in* 10,19. Sed longe verisimilius est, quod *Capitolinus* tradit : à patre id nomen filio impositum *ex continuatione lignariæ negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret.* Quod *Casaubonus* ita interpretatur : Patrem, cum videret ex lignaria negotiatione, quam exercuerat, parum augeri rem familiarem posse, filium litteris erudiri curasse, vt inde vitam toleraret, & rem faceret. restitisse aliquantisper filium, & paternam negotiationem prætulisse ; indeque à Patre *Pertinacis* nomine notatum.

2, 2, 65. *ὅτι ὁ Κόμμοδος τέθνηκε μὲν, ὁ περτίναξ δὲ βασιλεύει.*) vt res gereretur scilicet ex arte *Tacito* notata 1 A. 5, 5 : prouisis quæ tempus monebat, *simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit.*

p. 66. *ἄλλοι δὲ ἀπιστότεροι βλασφημοῦντες*) Vide omnino *acclamationes* eiuscemodi etiam in Senatu factas *in Lamprid. Commod.* 18 & 19. & exempla similia collecta *Brissonio in formulis & Bernardino Ferrario, de acclamationibus Veterum.*

μήποτε ἄρα οἱ στρατιῶται ὀκνηρότερον ὑπακούσωσι) Pertinet huc ratio illa *Taciti ex* 2 *H*. 37, 4. *legatos ac duces & milites magna ex parte luxus, egestatis, scelerum sibi conscios, nisi pollutum obstrictumque meritis suis principem, non passuros.* Vnde *infra cap.* 3. Pertinax ipse huius metus schema sibi figurat in *grauissima oratione*, quam habuit in senatu.

συγκαλέσας τοὺς στρατ.) *redditio periodi à συγκαλέσας incipienda est : aut, si redditio in præcedenti membro statuatur, hic copulate legendum συγκαλέσας τε, vel relatiue cum Politiano οὖ συγκαλέσας: Sylburgius.*

p. 67. *τέθνηκεν ἀποπληξίᾳ*) Nam ita *supra* cap. 1 decreuerant conspirati, *περὶ τοῦ θανάτου φήμην ἐσκεδασμένην ἐργασαμένοι, ὅτι δὲ αἰφνιδίως τετελεύτηκε, ἀποπληξίας ἐπιπεσούσης. famam de eius morte spargere, quod repente perierit, apoplexia contactus. Capitolinus* in *Pertin.* 4. Fictum est autem, quod morbo Commodus esset extinctus.

εἰς ἐν τέρμα βίε συντιλῶσι) *Infra* Cap. 5 *pag.* 79: παντὶ γὰρ ἀνθρώπων βίῳ ἀνάγκη τέλος ἐπιτεθῆναι. *omni hominum vitæ necesse est finem imponi.* Ceterum ex *Demosthenis orat.* περὶ στεφάνε, iterum expressam hanc *Herodiani* sententiam autumat *Schottus obseru. hist.* 3, 12. Verba *oratoris* sunt: πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τῆ βίε ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. Cui congruit illud *Euripidis*:

—— κατθανεῖν δ' ὀφείλεται

καὶ τῷ καθ' οἴκους ἐκτὸς ἡμένῳ πόνων.

& *alterius veteris poetæ*, apud *Stobæum serm.* 272.

ὅταν γὰρ ὁ καιρὸς τοῦ θανεῖν ἐλθὼν τύχῃ,

οὐδ' ἂν πρὸς αὐλαῖς Ζηνὸς ἐκφύγῃ μολών.

οἷς μὴ προσθέμενος) οἷς expungit Stephanus & *Sylburgius*. Schottus συντελὲς *ei salutaria ei.*

στρατιωτικῶν αὐτῷ παραδείξειν) *Sylburgius* mallet παράξειν.

p. 68. φόβῳ ὑπαλλάξοντα) *Schotti msc.* ἐπαλλάξοντα. Mox δυσφημοφοροῦντες mutatū vellet *Stephanus. Politianus* suppleuit, quasi τὸ περίπιμπον adderetur. *Sylburgius* ἀνέλιξον.

2, 3, 69. ἡμέρας δὲ καταλαβούσης κατῆλθεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τῆς βελῆς) *Xiphilinus*: ἐξελθὼν δὲ ἐκ τῶ τείχες, πρὸς τὸ συνέδριον νυκτὸς ἔτι οὔσης ἀφίκετο. *Egressus ex castris in senatum venit, cum adhuc nox esset.* & *Capitolinus* 4: *de castris nocte cum ad senatum venisset.* Redigi ad concordiam possunt, si nocte nondum plane præterita, appetente tamen iam die, in senatum venisse dicamus. sicut ex ipsa rei gestæ serie monstrat *in notis ad Capitolinum, Casaubonus.*

p. 70. περιγράφειν τῆς ἀρχῆς τὸ ἐπίφθονον) Confer hanc orationem cum illa Tiberii apud *Tacitum* 1 A. 11. Congruent prorsus sententia dictorum: quamuis propositum dicentium in tantum videtur differre, in quantum boni principis modestia à tyranni cupidine intelligitur distare.

πάντων αὐτὸν ἐκβιασαμένων) Ergo, quod supra ex Victore diximus, *coactus imperauit.* vereque potuit etiam nunc in curia dicere, quod dixerat in castris apud milites. *Ingeri sibi imperium. Capitolin.* 4. *Recusabat imperare, quod erat bene imperaturi:* vt *Plinius* de *Traiano* suo, *panegyr.*

negyr. 5. Non enim ex ingerentibus sed ex subtrahentibus legendi, qui reipubl. molem sustineant.

ἔλεξε τοιάδε) *Herodiani* ingenio formata est hæc oratio, facundissima sane; vt ceteræ omnes. Nam Pertinacem ipsum pauca & ἐν τῷ αὐτοσχεδίῳ dixisse, *Dio* refert.

p. 71. ὡς δὴ μακρᾶς τὴν ἀρχὴν διοίσοντ@) *Sylburgius*: rectius διοίσοντι, seu διοικήσοντι: vt congruat cum præcedente ἄλλῳ αὐτῷ.

p. 72. οὐ γὰρ ἐν τῇ καθέδρᾳ ἡ ἀνδρία, ἀλλ' ἐν τοῖς ἔργοις) E multis passim in hanc rem bene dictis explicatisque, vel maxime loco commentarii esse possunt ad sententiam Pertinacis, oratio *Synesii de regno* & *de eodem argumento orationes Dionis Prusæensis Chrysostomi, præsertim* 4, in qua multa cum grauitate Alexandrum docet Diogenes; *non in nomine & solio & insignibus, sed in animo & operibus regiis, regnum esse.*

ὅσῳ δὲ τὰ γιγνόμενα) *Stephanus* τὰ γιγνόμενα mutari vult in γενόμενα, & pro μεγάλως rescribi μεγάλα. *Sylburgius* ita: *Vulgata lectionis, si retineatur, hic sensus est: Quanto autem ea quæ in præsens fiunt, maiori odio sunt, vt mala; tanto futura tanquam bona, sperantur magis. Vt per γιγνόμενα intelligantur præterita ad præsens vsque tempus durantia; & μεγάλως comparatiue accipiatur, propter comparatiuæ particulæ in vtroque membro ellipsin.*

τὸ γὰρ λυπῆσαν δυσεξάλειπτον &c.) Confer illustrem locum *Dionis* 46 p. 356: quem cum similibus nonnullis ad *Senec. 1 de benef.* 1 notauit *Lipsius*.

ἀμείνονα ἔχων τὴν μνήμην τοῦ λελυπ.) Stephanus corrigit, ἔχει. sed sustineri potest sententia, mutata interpunctione.

p. 73. ἀρχιερωσύνην τε ἀλλ' ὡς τοῦ γερουσίᾳ ὑπομνήσας) solenne schema principum, inter initia imperii: cuius exempla aliquotiens in *Nostro* recurrunt: annotauimus ea ad 1 A. 11, annot. 6. Proprie huc pertinet locus *Plinii panegyrista*, è *cap.* 66: *Illuxerat primus Consulatus dies* (ita ad Traianum loquitur) *quo tu curiam ingressus, nunc singulos, nunc vniuersos adhortatus es resumere libertatem, capessere quasi communis imperii curas, inuigilare publicis*

Nostro 3, 13 habemus exemplum: vbi Seuerus itidem conspirationis occasione duos constituit præfectos. Idque consilium iam ab initio Mæcenas dederat, apud *Dion.* 52. & Augustus executus erat, *Dion.* 55. quod plerosque postea obseruasse, per seriem ostendit *Petrus Faber Semestr.* 1, 1. Quin etiam excogitatum creditur, vt togata potius virtute quam militari illustres præponerentur prætorianis; quod *Vlpiani* exemplo declaratur. vt rursum fieret illud *Aristotelis*: ἐὰν δ' ἄρα τινὰ δέῃ ποιῆσαι μέγαν, μή τοι τό γε ἦθος θρασύν. *Quod si omnino aliquem magnum oporteat facere, non tamen is faciendus est magnus, qui audaci ingenio præditus sit.* Postea vocati sunt *Comites Aulicorum* & tandem circa Iustiniani tempora, *Curopalatæ*. Vide *Nicolai Alemanni notas historicas ad Procop. arcan. hist.* p. 95.

1, 10, 31. διὰ ταχείας καὶ ἀβάτου) *Sylburgius* mallet τραχείας.

καὶ περὶ βασιλείας ἤδη καὶ μειζόνων πραγμάτων ὁ Ματ. ἐβουλεύετο) Sicut apud *Florum* Spartacus, aliquot *elatus victoriis, de inuadenda Vrbe Romana deliberauit.* 3, 20, 11.

1, 10, 32. ᾠήθη δεῖν μέγα τι δράσας κατορθῶσαι &c.) Affectus desperatæ audaciæ hoc charactere signatur. cui consonant illa, quæ *lib.* 7. *cap.* 5. p. 300 & 301. de iuuenibus Afris aduersus procuratorem Carthag. conspiratis traduntur: itemque de *Senatu Romano* nouos imperatores eligente *lib. eod. cap.* 10, p. 320, venitque in partem mutuæ declarationis Cæsarianum illud: *iacta est alea. Sueton. Cæs.* 32.

1, 10, 33. καὶ τῆς πομπῆς νομισθεὶς μέρος) Vocem μέρος abesse msc. testatur *Schottus*.

1, 11, 34. θρησκεύουσι δὲ μάλιστα τὴν θεὸν) Memorabilis egressio hæc est de Dea Pessinuntia; multorum nominum variæque commendationis ap. veteres. quorum loca ad historiam Deæ facientia pleraque collecta reperies apud *Gebhart. Elmenhorst. obseruat. ad Arnob. fin. & commentar. ad Minuc.* p. 10. itemque *Ger. Ioh. Voss. in Theolog. gentil. lib.* 2. *cap.* 52.

ὑπὸ δὲ τὴν ὕλην) *Sylburgius: structuræ lex nom. casu postulat* ὕλη, *seu* ὑπὸ τῆς ὕλης. *aut in accus.* τὴν ὕλην *insolens est præpositionis ellipsis.*

οἱ μὲν περὶ ὁδῶν) *Casaubonus ad Strabon.* 1 putat leg. ὄρων aut ὀρῶν.

καὶ τῆ τῶν δένδρων ἡδείας σκιᾶς *Schottus* : ταῖς τῶν δένδρων ἡδείαις σκιαῖς;

I, 12, 37. μεγίστοις καλλίσκιον δαφνηφόροις ἄλσεσιν) *Credebatur laurus efficax aduersum venena. inde iactatum, vt qui se tutum approbare vellet, δαφνίνην diceret φέρω βακτηρίαν i. e. laureum gesto baculum. Creditur & laurus sanitatem conciliare, quo argumento lauri folia ineuntibus magistratum Kal. Ian. à populo dabantur cum ischadibus.* Libuit hæc ex *Cæl. Rhodigin.* 5, 7 adscribere. *Vtrumque* enim huc pertinet, de veneno, & de sanitate. Inter remedia veneni etiam *Plinio* memoratur laurus 23, 8. & 8, 27.

p. 38. Κλέανδρός τις ἦν) De huius hominis impotentia & importunissimis facinoribus omnino videndus *Lampridius, Commodo, cap. 6. & Xiphilinus in Commod.*

Τῶν δημοσίᾳ εἰωθότων ὑπὸ κήρυκι πιπράσκεσθαι) *Xiphilinus* καὶ ἐπράθη μετὰ τῶν ὁμοδούλων, μεθ' ὧν καὶ ἀχθηφορήσων ἐς τὴν Ῥώμην ἐκεκόμιστο. *Etiam venditus est seruus inter seruos, Romamque vt baiuli officio fungeretur, deductus.* Præcipuum & indicium & dedecus tyrannidis, illustribus viris depressis, vilissimum quemque ad potentiam & scelerum licentiam euehere. Ita *Lampridius* c. 6. inter præfectos prætorio *libertinum* à Commodo assumtum, *qui à pugione appellatus est.* quem titulum *Casaubonus* quidem, vt inferioris gradus indicem, & tanquam de ministro ceterorum interpretatur : sed *Cl. Salmasius* hoc ipso *pugionis* i. e. συμβόλε βασιλικε, haud dubie, vt vice principis gestaret, commissi indicio, præcipuum fuisse ostendit. *Tyrannidis* indicium pessimorum & humillimorum dignitates dixi : scilicet *abruptæ & vltimæ.* nam alias Tiberii ratio nota est, qui etiamsi eminentes virtutes non sectaretur, & ab optimis periculum sibi metueret, tamen *à pessimis dedecus publicum* timebat. *Tac.* 1 A. 80, 4.

p. 39. οὐδὲ αὐλισθῆναι οἷός τε ἦν) *Msc. Schotti* : οὐδὲν αὐτῆς.

I, 13, 41. ἡ δὲ πρεσβυτάτη τῶν Κομμόδε ἀδελφῶν (φα-

ἔδειξα ἦν ὄνομα αὐτῇ) *Xiphilinus à Marcia* pellice Quadrati, rem ad Commodum delatam scribit. *idem*, qui occasionem huius tumultus, ipsamque seriem paulo aliter edisserit. Sed & interitum Cleandri ex alia caussa repetit *Lampridius* c. 7. Nil mirum. nam, cum tot concurrerent in vno homine flagitia, quæ omni tempore cumulabat, vel in ista vel in illa conferri caussam interitus, nec nouum, nec absurdum est.

p. 42. τοιαῦτά τινα εἰπούσα, ῥηξαμένη τε) *Sylburgius* mallet: εἰπούσης, ῥηξαμένης τε. Potest tamen & vulgata ferri.

ἐκπέμπει περιπόθητον καὶ ποθεινὸν τοῦ δήμου θέαμα) Inter artes placandæ multitudinis irritatæ, atrocium rerum ministros auctoresque obiicere indignantium iræ, ac odiis ipsorum inuisa capita condonare; *piacula iræ dedere Liuio* est 6, 21. sicut alibi (*lib.* 4, 12) *L. Minutius iræ populi frumentarios obiicit*. Frequentius interim tyrannicis flagitiis expiandis accommodatur id consilium. sicut alias ostendimus.

p. 44. ἀπίστως περιφέρετο πᾶσιν &c.) adeo quidem, vt *finxisse etiam quandam contra se coniurationem dicatur, quo multos occideret. Lamprid.* 8.

ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τὰ καλὰ σπουδῆς) Graphica descriptio corruptissimæ aulæ: cuius foribus vice elogii, dignum erat inscribi:

—— exeat aula
Qui volet esse bonus.

Herodianus noster, vt passim, mirifice & feliciter χαρακτῆρα πολιτικὸν exprimit, in eiusmodi descriptionibus. Confer elegantissimam φαντασίαν, qua *Dio Prusaensis Chrysostomus orat.* 1. *de regno*, regiam siue aulam Tyrannidis figurat.

1, 14, 45. ἕτεροι τε εἰς μῆκος κεχαλασμένοι) Cometam περιφράζει. *Lamprid.* 16: *Crinita stella apparuit.* vbi de pluribus prodigiis *imperio eius & publice & priuatim factis*.

πᾶν τὸ εἰρήνης τέμενος κατεφλέχθη) Damna huius incendii recenset *Xiphilinus*, *circa finem Commodi*.

αὐτὰ θήμασι κεχρηματισμένων) *Sylburgius* mallet κεχρηματισμένον.

p. 46.

p. 46. τὸ τοῦ παλλάδος ἄγαλμα) Memorabilis de Palladio locus. adeundi *Alex. ab Alex. gen. d.* 5, 12. *Cl. Freinsheim. ad Flor.* 1, 2, 3. & *Cæl. Rhodigin.* 28, 6.

p. 47. ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας τῶν ἐπαλλήλων συμφορῶν εἰς τοὺς ἐκείνου φόνους &c.) Scilicet supra omnia incommoda & prodigia, maximum erat ipse Princeps prodigium; sicut *Xiphilinus*, cum de ingenti illa pestilentia memorasset subiicit: ἦν γὰρ ἁπάντων νοσημάτων καὶ κακουργημάτων χαλεπώτερος Ῥωμαίοις ὁ Κόμμοδος. Quo referemus etiam illam *Procopii* de concursu & continuatione publicorum malorum ἐπίκελσιν, *ex arcana historia*, pag. 94: μηκυνομένου δὲ κακοῦ, πᾶσιν ἐκμεμαθηκέναι τῷ ἔργῳ ξυνέβη, ὅτι δὴ τοῖς ἀνθρώποις ἐπ' ἄπειρον μὲν ἡ πονηρία φύεσθαι εἴωθε. μαθήσει δὲ τῶν προγεγενημένων ἐκτρεφομένη, καὶ τῇ τῆς παρουσίας ἐξουσίᾳ ἐς τοσόνδε ἀεὶ ἐξικνεῖσθαι δοκεῖ, ἐς ὅσον δύναται, ἡ τῶν βλαπτομένων σταθμᾶσθαι δόξα: i. e. interprete *Alemanno*: *sic vero publicis grauescentibus malis, periculo compertum est, nullis circumscribi certis terminis humanam improbitatem, quæ si maiorum exemplo coalescat, atque dignitatis licentia in subditorum perniciem exeratur, quo tandem possit euadere, non nisi afflictorum ærumnis perpendi queat.*

ἡρακλέα καὶ Διὸς υἱὸν αὐτὸν κελεύσας καλεῖσθαι) *Lamprid.* 8 & 9: *Commodum Herculem & Deum senatus appellauit.* & postea, *accepit statuas in Herculis habitum, eique immolatum est vt Deo.* & subinde: *Claua non solum leones in veste muliebri & pelle leonina, sed etiam multos homines afflixit.* Hinc mensis September *Hercules*, & *Idus Herculeæ* Octobris dictæ & cetera eiusdem vanitatis, de quibus mox in Herodiano sequitur. ceterum habitus ille Herculis *Apollodoro* describitur *lib.* 2 *Bibliotheca*: καὶ χειρωσάμενος τὸν λέοντα, τὴν μὲν δορὰν ἠμφιέσατο, τῷ χάσματι δὲ ἐχρήσατο κόρυθι. *cum subegisset* (Hercules) *leonem* (Cithæroneum) *pellem eius induit, rictuque loco galeæ vsus est.* Notum hinc epitheton Herculis Λεοντοφόνος. Reges ergo Macedoniæ cum ab Hercule genus suum repetant, διὸ καὶ

αὐτὶ ταινίας, καὶ στέμματ@, καὶ πορφύρας βασιλικῆς τὸ δέρ[...] τ̃ κεφαλῆς ἐ λέοντ@ ἑαυτὲς ταινιἕσι, κ̀ στέμμα[...] καὶ [...] ἡγἕν), κ̀ ὑπὲρ πάντα λίθον, ideo pro redimiculo & coron[...] regia purpura Leonini capitis exuuio se redimiunt, a[...] hoc gestamen, coronam & ornatum esse censent, eoque [...] gis, quam pretiosis lapillis & vnionibus se decorari pu[...] Sunt hæc verba *Constantini Porphyrogen. lib. 2. de the[...] in them. 2. Macedoniæ.* vbi *nummum Alexandri tal[...] ma conspicuum*, testimonii loco adfert de quo vide e[...] tam *Fed. Morelli* annotationem. De *Commodo* [...] *Athenæum lib.* 12.

μετὰ χεῖρας φέρειν) φέρων aut ἔφερε reponunt *Ste[...] nus & Sylburgius.*

p. 48. τοιἕτ@ μὲν δὴ) *Schotti msc.* μὲν τοι. m[...] *apte. Sylburgius.*

ἤλλαξε ϗ̀ κ̀ τῶν ἐνιαυσιαίων μηνῶν τὰ ὀνόματα) L[...] *prid.* 11. *Menses quoque in honorem eius pro Augusto* C[...] modum, *pro Septembri* Herculem, *pro Octobri* Inuic[...] *pro Nouembri* Exuperatorium, *pro Decembri* Amazon[...] *ex signo ipsius adulatores vocabant. Xiphilinus* ita nu[...] rat: *Amazonium, Inuictum, Felicem, Piū, Lucium, AEl[...] Aurelium, Commodum, Augustum, Herculeum, Roman[...] Superantem.* Atque hanc enumerationem veram e[...] *Cl. Salmasius in not. ad Lampridium.* quem ex Xiph[...] corrigit, vt series ita sibi inuicem respondeat: Ἀμαζόν[...] *Ianuarius.* Ἀνίκητ@, *Februarius.* Εὐτυχὴς, *Mar[...]* Εὐσεβὴς, *Aprilis.* Λέκι@, *Maius.* Αἴλι@, *Iunius.* Α[...] λι@, *Iulius.* Κόμμοδ@, *Augustus.* Αὔγȣς@, *Septem[...]* Ηρακλει@, *October.* Ῥωμαῖ@, *Nouember.* Ὑπερα[...] *December.* Etiam sub *Nerone* huius insaniæ exempl[...] bemus: Apud *Tacitum* 16, 12 studio adulantium sen[...] tum *mensis qui Aprilem eundemque* Neroneum *sequ[...] tur, Maius,* Claudii; *Iunius*, Germanici *vocabulis mu[...] tur.* Et *Domitianus, post duos triumphos, Germ[...] cognomine assumto, Septembrem mensem & Octobre[...] appellationibus suis Germanicum, Domitianumque tr[...] nominauit: quod altero suscepisset imperium, altero n[...] esset.* Sueton. Domit. 13. Scilicet tanta fuit horum h[...]

num ambitio vt cuperent *omnia noua & de suo nomine dicta, tanquam se propterea Principatum accepissent, vt nouam rebus faciem inducerent.* Vide, quæ *Procopii arcana historia (p. 49)* de talibus propositis tradit, & *Nic. Alemannus* explicat, *in not. p. itidem* 49.

καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῷ φόβον ἀπ.) αὐτῷ *elegans est. potest tamen & αὐτοῦ legi. Sylburgius.*

p. 47. πολλῶν δὴ καὶ δεινῶν συνεχῶς κατειληφότων τὴν πόλιν) Quali ferme connexione & sententia *Suetonius in Nerone* 39: *Accesserunt tantis ex principe malis, probrisque, quadam & fortuita.* vnde *maledicta* & *conuitia hominum,* mox irritata, sicut in nostro exemplo.

οὐδὲ γὰρ ἐλάνθανε τὰ πραττόμενα πάντας) Nam primum *flagitiis & sceleribus velamenta quærunt* eiusmodi tyranni, sicut exemplo Neronis ostendit *Tacitus* 13 A. 47, 1: postea semel *euulgatus pudor non satietatem, sed incitamentum adfert,* apud *Eund.* 14 A. 14, 5. gliscuntque *flagitia & infamia,* quod mox *cap. seq. Commodi,* theatrum gladiatorio ritu ingressi insania amplius declarat. Neronis insania, Commodi turpitudini per omnes flagitii gradus ἀντίστροφος est, ideoque hic à nobis producta, egregium sc. par: *princeps histrio & gladiator.*

p. 48. τὸν μὲν οὖν ἀνδριάντα καθεῖλεν ἡ σύγκλητος) Is scilicet plerumque exitus splendoris illius ascititii, quem tyranni suo nomini publice induunt, cum passim statuas suas, tanquam Deorum simulacra, prostituunt: nimirum, *si indicium posterorum in odium vertit, pro sepulcris spernuntur,* (Tac. 4 A. 38, 3) *strageque & ruina publico gaudio litare* solent. *Plin. Paneg.* 52. *de Domitiani exemplo.* adde *Sueton. Domit.* 23. *Xiphil. Neron.*

l, 15, 49. καὶ γὰρ διηνέγκε πολὺ αὐτοῦ τῆς χειρὸς τὸ εὔστοχον &c.) Egregia descriptio τῆς εὐστοχίας siue εὐχειρίας aliquoties hoc capite repetita. qualis illa apud *Curtium* 7, 5, 41 de Catene: *namque is adeo certo ictu destinata feriebat, vt aues quoque exciperet.* Quanquam potius huc facit *Cambysis insania* apud *Herodotum* in *Thalia,* vbi itidem *sagittandi arte omnibus omnino hominibus vult præstare,* crudeli specimine edito in Prexaspis filio.

p. 50.

p. 50. ταῖς Μαυρουσίαις στρουθοῖς ὀξύτατα φερομένα[s] ποδῶν τάχει καὶ κολπώσει πτερῶν) Celeritatem struthis p[...] tribuit hic & remigium alarum. Explicat vtrumque [...] *nius* 10, 1: *Auium grandissimi & pene bestiarum ge[...] struthiocameli Africi vel Aethiopici, altitudinem e[...] insidentis equo excedunt, celeritate* (videtur in quar[...] su legendum) *vincunt: ad hoc demum datis pennis, v[...] rentem adiuuent: cetero non sunt volucres, nec a[...] tolluntur.* Adde *Strabon.* 16 *de struthophagis*, & p[...] tim *Diodor. Sicul. Biblioth. lib.* 2. Pertinet huc locus [...] *ti in Persa act.* 2. *sc.* 2. vbi cum Toxilus dixisset; *vola[...] riculo*, respondet Pægnium; *istuc marinus passer pe[...] cum solet.* Quippe *struthiocamelum Festus* interp[...] tur *passerem marinum.* Quem *Turnebus* 16 *Adu[...] cap.* 22 ideo ita dictum arbitratur, *quod ex Africa in [...] liam mari adueheretur.* Adeundi sunt *Ornitholog[...] nerus & Vlysses Aldrouandus.*

p. 52. καὶ τὸν βασιλέα ὁ τὸν μονομάχον) τὸ ὁ e[...] cod. additum agnoscit *Politianus* & probat cum *Ste[...] Sylburgius.*

ὡς μηκέτι βούλεσθαι μηδὲ τὴν βασίλειον ἑστίαν οἰκεῖν) [...] to *insaniam* hanc vocat *Herodianus.* nam nec cog[...] homo vecors de arte ac inuento prudentiæ monarc[...] quo Augustus olim sedem Principalis maiestatis, vt [...] cam, in Palatio consecrauerat, apud *Dionem* 53: nec [...] translationis veritus est; nec turpitudinem loci, & pe[...] materiem rumoribus & odiis infestissimis cogitura[...] horruit. Quid huic amentiæ digne comparari p[...] præter illum Caligulæ furorem, qui etiam in aliam v[...] transferre sedem imperii moliens, *proposuerat An[...] deinde Alexandriam commigrare, interemto prius v[...] que ordinis electissimo quoque. Sueton. Calig.* 49.

τοῦ δὲ μεγίστου ἀγάλματος κολοσσιαίου) *Lamprid.* [...] *mod.* 17, *Colossi autem caput demsit, quod Neronis eff[...] suum imposuit.* Ad quæ verba *Casaubonus* notat: *Fa[...]* esset. *fuerat quidem aliquando, sed iam non erat, v[...] solis.* idque ex hoc Herodiani loco probat. De coloss[...] Neronis effigiem gerente, vide *Sueton. Neron.* 31. [...]

H[...]

Hadrianus loco mouit, & *post Neronis vultum, cui antea dicatus fuerat, Soli consecrauit*, teste *Spartiano in Hadr.* 19. quem erroris ob id arcessit *Casaubonus*, à *Vespasiano* iam factum, quod Hadriano ibi tribuitur contendens. Equidem *Xiphilinus in Vespasiano*, ita scribit: ὅ, τε κολοσσὸς ὀνομαζόμενος ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ ἱδρύθη, φασὶ δ' αὐτὸν τό, τε ὕψος ἑκατὸν ποδῶν, καὶ τὸ εἶδος, οἱ μὲν τὸ τοῦ Νέρωνος, οἱ δὲ τὸ τοῦ Τίτου ἔχειν. *Colossus, quem vocabant, sacra via collocatus est. Dicunt autem altitudinem eius esse pedum* c (Sueton. CXX.) *figuram alii quidem Neronis, alii autem Titi habere asserunt.* Qui locus optime pro Spartiano accipi potest. adde *Suet. Vesp.* 18.

ὑπογράψαι τῇ βάσει οὐχ ὡς εἰώθασι) *Lampridius* 17 contra: *titulum more solito subscripsit, ita vt illum gladiatorium effeminatum non prætermitteret.* In eundem sensum *Xiphilinus ex Dione* scribit. Vnde *Casaubonus* probabiliter existimat; *codices Herodiani corruptos esse, tollendamque negatiuam* οὐχ, vt cum ceteris congruat. Alias illa inscriptio; *Mille gladiatorum victoris*, firmatur loco *Lampridii in Commod.* 12: *refertur in libros tantum palmarum gladiatoriarum confecisse; vel victis retiariis vel occisis, vt mille contingeret.*

I, 16, 53. ἀγούσης δὲ τῆς ἑορτῆς περιϊούσης) *Schotti msc.* περιούσης, quod & *Stephanus* voluerat.

νομισμάτων τε ἀνάδοσιν) Quæ de *Saturno* & *Iano*, hoc capite memorantur, passim obuia sunt. De *votis strenisque* principio anni inuicem ex mutuæ comitatis officio vsitatis, vel solus *in* I *Fastorum Ouidius* rem expediat. Nobis obiter libet annotare; *antiquitatem Strenarum*, quam *Symmachus lib.* 10. *epist.* 28, *ab exortu pæne vrbis Romæ repetit*; *loco memorabili*: ad quem omnino vide *Fr. Iureto* notata.

p. 54. ἀλλ' ἐκ τοῦ μονομάχων καταγωγίου) *Xiphilinus*: ἐβούλετο καὶ ὑπατεύσαι τε ἅμα καὶ σεκούτωρ ἐν τῇ νουμηνίᾳ ἐκ τοῦ χωρίου ἐν ᾧ οἱ μονομάχοι τρέφονται, προελθεῖν. καὶ γὰρ τὸν οἶκον πρῶτον παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ εἷς ἐξ αὐτῶν ὤν, εἶχε. *Volebat Calendis Ianuarii Consul pariter & secutor è ludo gladiatorio prodire, quippe primam apud gladiatores domum; tan-*

quam

quam si esset ex ipsorum numero vnus; habebat

ἐπεὶ δὲ τὴν γνώμην αὐτοῦ) *Periodus aliquantum turbata est, & parenthesi videlicet, & triplicata rela- vsurpatione, eaque ipsa figurata: quippe quod secundo in- co pro copula καὶ, tertio in loco pro cognato pronomine αὐτῷ latiuum sit positum. Sylburgius.*

l. 17, 55. χαμαιμαλέων τούτων δὴ τῶν ἐν φιλύρας Vide prolixe differentem de talibus *Cl. Salmasium Vopisci Firmum* à pag. præsertim 444. *Turneb. aduers.* 32. Ad rem totam insigne exemplum tam *fatalium libellorum* pertinet ex historia Caligulæ apud *Sueton.* 49. *secretis eius reperti sunt duo libelli, diuerso titulo: alt GLADIVS, alteri PVGIO index erat. Ambo no & nomina continebant morti destinatorum.*

p. 56. τὸ δὴ παιδίον ἔτι, ἄλλως ἀθύρον) *Lamprid. cap.* 9. breuiter complectitur, quæ hic fuse memorant *Multos præterea parauerat interimere, quod per paruulu quendam proditum est, qui tabulam è cubiculo eiecit, qua occidendorum erant nomina scripta.* Porro de talib puerulis in aula versari solitis notabilis est locus in *Sueto Aug.* 83. *ludebat (Augustus) cum pueris minutis, quos f cie & garrulitate amabiles vndique conquirebat, præcip Mauros & Syros.* vbi vide *Casaubono* notata.

p. 57. αὐτήν τε μέλλουσαν τεθνήξεσθαι, Λαῖτον τε κ. *Stephanus:* αὐτὴν γε μ. τεθν. Λαῖτον δὲ κ. ε. Nihil opus h emendatione.

p. 58. συσκεψόμενος αὐτοῖς). *Stephanus:* αὐτῇ. se *plurale* αὐτοῖς *respicit Marciam & Electum, quos consu tandi gratia conuenisse, manifestum est è præcedentibus.* It *Sylburgius.* *Idem*, qui mox elegantiam locutionis ex plicat, φθάσαι τι δράσαντες ἢ παθεῖν; vbi *Stephanus* citra cau sam τὸ μᾶλλον infarcire studet.

συνιδόντες φθάσαι τι δράσαντες ἢ παθεῖν) Apprim declarat hanc ὑπόθεσιν desperationis, siue irritatæ grauior metu audaciæ illud *Aristotelicum* 5 *polit.* 3: στασιάζουσι καὶ μέλλοντες ἀδικεῖσθαι, βουλόμενοι φθάσαι, πρὶν ἀδικηθῆναι. *Ma diuntur res nouas insurguntque etiam ii, qui metuunt in iuriam; præuenire scilicet eam quam expectare aut tolera re cupientes.*

p. 5

p. 59. ὑπὸ πάσης τροφῆς λαμβάνειν κώλυμα δηλητηρίων) Cum regum vita multis sit exposita periculis, neque vnquam ferme desint scelerati, qui insidias sanctissimis capitibus struant, varia inuenta sunt munimenta regiæ salutis. inter quæ etiam *prægustatio*, à Persis (vide doctissimum *Brisson. de regno Persico*) ad Romanos; iam sub Augusto, translata, sicut notauit olim *Lipsius ad* 12. *A. Tac. fin.* Hinc etiam *antidotorum vsus* ab *Herodiano* annotatur. cuius antiqua consuetudo passim apud reges. De Mithridate *Iustinus* 37, 2, 6: *antidota sæpius bibit, & ita se aduersus insidias exquisitis tutioribus remediis stagnauit, vt ne volens quidem senex veneno mori potuerit.* Ceterum sicut principibus ipsis vsitata, ita tyrannis in alio suspecta antidota. vnde Caligula *Tiberium fratrem repente immisso tribuno militum interemit, quod antidotum oboluisset; quasi ad præcauenda venena sua sumtum: cum tamen is propter assiduam & ingrauescentem tussim medicamento vsus esset. Sueton.* 23. Nam & in alios vsus, quam aduersum venena, interdum adhiberi antidota notum est; siue etiam alia medicamenta antidoti nomine vocari. sicut in *Spartiani Hadriano* 23, Verus *accepto largius antidoto, ingrauescente valetudine periisse* dicitur. vbi Casaubonus antidotum *pro acriore cathartico* poni obseruat.

νεανίαν τινὰ, ὄνομα Νάρκισσον) *Lampridius athletam* nominat, *cum quo exerceri solebat* Commodus. *Xiphilinus*, Narcissi nomen addit. In serie autem procurati exitii ipsa variant. *Lampridius, venenum ei datum* asserit: *quod cum minus operaretur* (ita enim loquitur) strangulatum athletæ operâ. *Dio*: venenum ei per Marciam in carnibus bouinis datum; cumque non statim posset interire, ob temulentiam & crebrum balnearum vsum (priorem caussam explicabit etiam exemplum Claudii apud *Xiphilin. & Sueton. Claud.* 44.) adeoque iam inciperet suspicari & minari, missum esse Narcissum, qui lauantem interimeret. *Aurelius Victor* (*in Cæsarib. cap.* 17.) refert: *vi veneni frustrata per cibum quo se casu repleuerat, cum tamen aluı dolorem caussaretur, auctore medico, principe factionis, in palæstram perrexisse, ibi per ministrum vngendi*

(nam

Victoris Epitome: Iste coactus imperauit, repugnansque imperium suscipiens tale cognomentum sortitus est. Quod descripsit auctor *Histor. misc. in* 10,19. Sed longe verisimilius est, quod *Capitolinus* tradit: à patre id nomen filio impositum *ex continuatione lignariæ negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret.* Quod *Casaubonus* ita interpretatur: Patrem, cum videret ex lignaria negotiatione, quam exercuerat, parum augeri rem familiarem posse, filium litteris erudiri curasse, vt inde vitam toleraret, & rem faceret. restitisse aliquantisper filium, & paternam negotiationem prætulisse; indeque à Patre *Pertinacis* nomine notatum.

2, 2, 65. ὅτι ὁ Κόμμοδος τέθνηκε μὲν, ὁ περτίναξ δὲ βασιλεύει.) vt res gereretur scilicet ex arte *Tacito* notata 1 A. 5, 5: prouisis quæ tempus monebat, *simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit.*

p. 66. ἄλλοι δὲ ἀπιστότερα βλασφημοῦντες) Vide omnino *acclamationes* eiusce modi etiam in Senatu factas *in Lamprid. Commod.* 18 & 19. & exempla similia collecta *Brissonio in formulis* & *Bernardino Ferrario, de acclamationibus Veterum.*

μήπως ἄρα οἱ στρατιῶται ὀκνηρότερον ὑπακούσωσι) Pertinet huc ratio illa *Taciti ex* 2 *H.*37, 4. *legatos ac duces* & milites *magna ex parte luxus, egestatis, scelerum sibi conscios, nisi pollutum obstrictumque meritis suis principem, non passuros.* Vnde *infra cap.* 3. Pertinax ipse huius metus schema sibi figurat in *grauissima oratione,* quam habuit in senatu.

συγκαλέσας τοὺς στρατ.) *redditio periodi à* συγκαλέσας *incipienda est: aut, si redditio in præcedenti membro statuatur, hic copulate legendum* συγκαλέσας τε, *vel relatiue cum Politiano* οὐ συγκαλέσας: *Sylburgius.*

p. 67. τέθνηκεν ἀποπληξίᾳ) Nam ita *supra* cap. 1 decreuerant conspirati, περὶ τοῦ θανάτου φήμην ἐσκεδασαι, ὅτι δὴ αἰφνιδίως τετελεύτηκε, ἀποπληξίας ἐπιπεσούσης, *famam de eius morte spargere, quod repente perierit, apoplexia contactus. Capitolinus* in *Pertin.* 4. Fictum est autem, quod morbo Commodus esset extinctus.

εἰς ἓν πέρας βίου συντελοῦσι) *Infra* Cap. 5 *pag.* 79: πάντων γὰρ ἀνθρώπων βίῳ ἀνάγκη τέλος ἐπιτεθῆναι. *omni hominum vitæ necesse est finem imponi.* Ceterum ex *Demosthenis orat.* περὶ στεφάνου, iterum expressam hanc *Herodiani* sententiam autumat *Schottus obseru. hist.* 3, 12. Verba *oratoris* sunt: πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὑτὸν καθείρξας τηρῇ. Cui congruit illud *Euripidis:*

—— κατθανεῖν δ' ὀφείλεται

καὶ τῷ κατ' οἴκους ἐκτὸς ἡμένῳ πόνων.

& *alterius veteris poetæ*, apud *Stobæum serm.* 272.

ὅταν γὰρ ὁ καιρὸς τοῦ θανεῖν ἐλθὼν τύχῃ,

οὐδ' ἂν πρὸς αὐλὰς Ζηνὸς ἐκφύγῃ μολών.

οἷς μὴ πειθόμενος) οἷς expungit Stephanus & *Sylburgius.* Schottus συντελῆ *oi salutaria ei.*

στρατιωτικῶν αὐτοῦ παραδείξεων) *Sylburgius* mallet παράξεων.

p. 68. φόβῳ ὑπώπτευον) *Schotti msc.* ὑπώπτευον. Mox δυσφημοῦντες mutatū vellet *Stephanus. Politianus* suppleuit, quasi τὸ παρέπεμπον adderetur. *Sylburgius* ἰσχυρίζον.

2, 3, 69. ἡμέρας δὲ καταλαμβούσης κατῆλθεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τῆς βουλῆς) *Xiphilinus:* ἐξελθὼν δὲ ἐκ τοῦ τείχους, πρὸς τὸ συνέδριον νυκτὸς ἔτι οὔσης ἀφίκετο. *Egressus ex castris in senatum venit, cum adhuc nox esset.* & *Capitolinus* 4: *de castris nocte cum ad senatum venisset.* Redigi ad concordiam possunt, si nocte nondum plane præterita, appetente tamen iam die, in senatum venisse dicamus. sicut ex ipsa rei gestæ serie monstrat *in notis ad Capitolinum, Casaubonus.*

p. 70. παραιτεῖσθαι τὴν ἀρχὴν τὸ ἐπίφθονον) Confer hanc orationem cum illa Tiberii apud *Tacitum* 1 A. 11. Congruent prorsus sententia dictorum: quamuis propositum dicentium in tantum videtur differre, in quantum boni principis modestia à tyranni cupidine intelligitur distare.

πάντων αὐτὸν ἐκβιασαμένων) Ergo; quod supra ex Victore diximus, *coactus imperauit.* vereque potuit etiam nunc in curia dicere, quod dixerat in castris apud milites, *ingeri sibi imperium. Capitolin.* 4. *Recusabat imperare, quod erat bene imperaturi:* vt *Plinius* de *Traiano* suo, *panegyr:*

negyr. 5. Non enim ex ingerentibus sed ex subtrahentibus legendi, qui reipubl. molem sustineant.

ἔλεξε τοιάδε) *Herodiani* ingenio formata est hæc oratio, facundissima sane, vt ceteræ omnes. Nam Pertinacem ipsum pauca & ἐν τῷ αὐθωριδῳ dixisse, *Dio* refert.

p. 71. ὡς δὲ μηδ' ἐξ ἧς τὴν ἀρχὴν διοίσοντος) *Sylburgius*: rectius διοίσοντι, seu διοικήσοντι: vt congruat cum præcedente ἄλλῳ αὐτῷ.

p. 72. οὐ γὰρ ἐν τῇ καθέδρᾳ ἡ ἀνδρία, ἀλλ' ἐν τοῖς ἔργοις) E multis passim in hanc rem bene dictis explicatisque, vel maxime loco commentarii esse possunt ad sententiam Pertinacis, oratio *Synesii de regno* & *de eodem argumento orationes Dionis Prusæensis Chrysostomi, præsertim* 41 in qua multa cum grauitate Alexandrum docet Diogenes *non in nomine & solio & insignibus, sed in animo & operibus regiis, regnum esse.*

ὅσῳ δὲ τὰ γιγνόμενα) *Stephanus* τὰ γιγνόμενα mutari vult in γενόμενα, & pro μεγάλως rescribi μεγάλα. *Sylburgius* ita: *Vulgata lectionis, si retineatur, hic sensus est: Quanto autem ea quæ in præsens fiunt, maiori odio sunt, vt mala; tanto futura tanquam bona, sperantur magis. Vt per γιγνόμενα intelligantur præterita ad præsens vsque tempus durantia: & μεγάλως comparatiue accipiatur, propter comparatiuæ particulæ in vtroque membro ellipsin.*

τὸ γὰρ λυπῆσαν δυσεξάλειπτον &c.) Confer illustrem locum *Dionis* 46 p. 356: quem cum similibus nonnullis ad *Senec.* 1 *de benef.* 1 notauit *Lipsius.*

φθόνον ἔχει τὴν μνήμην τῶν λελυπ.) Stephanus corrigit, ἔχει· sed sustineri potest sententia, mutata interpunctione.

p. 73. παρρησίαν τε ἀλλ' οὐ τυραννίδα ἀποδώσουσι) solenne schema principum, inter initia imperii: cuius exempla aliquotiens in *Nostro* recurrunt: annotauimus ea ad 1 A. 11, annot. 6. Proprie huc pertinet locus *Plinii panegyristæ*, è *cap.* 66: *Illuxerat primus Consulatus dies* (ita ad Traianum loquitur) *quo tu curiam ingressus, nunc singulos, nunc vniuersos adhortatus es resumere libertatem, capessere quasi communis imperii curas, inuigilare publicis*

vtilitatibus & insurgere. Omnes ante te eadem ista dixerunt, nemini tamen ante te creditum est. & quæ sequuntur.

πίσης τε τιμῆς καὶ αἰδοῦς αὐτῶν τυχὼν) De istis honoribus *Capitolinus 5: Eadem die, qua Augustus est appellatus, & Flauia Titiana vxor eius Augusta est appellata his horis quibus ille in Capitolium vota soluebat, primus sane omnium ea die qua Augustus est appellatus, etiam Patris patriæ nomen recepit. nec non simul ius quartæ relationis.* Quod de *patris patriæ* cognomento ait, illustrari potest loco *Appiani* 2. ἐμφυλ. p. 432. qui annotat, *id cognomen imperatoribus non statim cum fastigio principali, neque omnibus, sed post magna demum merita datum.* De coniuge intercessit, sicut *Idem Capitolinus*, 6 & *Xiphilinus* memorant.

ζῶντες ὑπισχνεῖσθε) *Stephanus* mallet ζῶντι. sed nihil opus mutatione.

2, 4, 74. σεμνὸν καὶ ἤπιον ἄρχοντα) Totum hoc caput laudibus Pertinacis occupatur. Quarum summam proponemus ex *Peiresianis excerptis*, vbi elogium Pertinacis valde memorabile hoc exstat: ὅτι ὁ Περτίναξ τὸ μὲν εἰς πόλεμον ἀρχαιικὸν, τὸ δὲ εἰρηναῖον δειλὸν ὡς τὰ πολλὰ ἐκβαῖνον, ἀμφότερα κράτιστος ὁμοίως ἐγένετο, φοβερὸς μὲν πολεμῆσαι, σοφὸς δὲ εἰρηνεῦσαι, ὤν. καὶ τὸ μὲν θρασὺ οὗ τὸ ἀνδρεῖον μετέχει πρός τε τὸ ἀλλόφυλον καὶ πρὸς τὸ στασιάζον, τὸ δὲ ἐπιεικὲς οὗ τὸ δίκαιον μεταλαμβάνει πρός τε τὸ οἰκεῖον, καὶ πρὸς τὸ σωφρονοῦν ἐνεδείκνυτο. προαχθεὶς δὲ ἐς τὴν τῆς οἰκουμένης προστασίαν, οὐκ ἠλέγχθη ποτὲ ὑπὸ τοῦ τῆς μείζονος αὐξήσεως, ὥστε ἐν μὲν τοῖς ταπεινότερος, ἐν δὲ τοῖς ὀγκωδέστερος τοῦ καθήκοντος γενέσθαι ἀλλ' ὁμοίως ἀπ' ἀρχῆς διὰ πάντων μέχρι τοῦ τέλους διετέλεσε, σεμνὸς ἔξω τοῦ σκυθρωποῦ, πρᾷος ἔξω τοῦ ταπεινοῦ, φρόνιμος ἄνευ κακουργίας, δίκαιος ἄνευ ἀκριβολογίας, οἰκονομικὸς χωρὶς ῥυπαρίας, μεγαλόνους χωρὶς αὐχήματος. *Pertinax, quamuis plerumque virtus militaris in agrestem feritatem, pacis industria in pusillanimitatem excedit, vtraque laude præstabat, grauis bello, pace prudens. Et audaciam quidem cum virtute, aduersus exteros & seditiosos: æquitatem vero cum iustitia, erga populares & modestos adhibebat. Cumque prouectus esset ad impe-*

imperium terrarum orbis, non ita se imparem tali fastigio passus est deprehendi, vt modo humiliorem iusto, modo insolentiorem se praeberet, sed per omnia ab initio vsque ad finem aequabili tenore vsus, grauis fuit sine tristitia, comis sine humilitate; prudens sine calliditate, iustus sine acerbitate, frugalis sine sorditie, magnanimus sine arrogantia. Non piguit locum tam nobilem describere: quia in paucorum manibus versari scio illum librum. De cetero, valde probo coniecturam *doctißimi Henrici Valesii*, qui fragmentum putat, ex *laudatione funebri Pertinacis à Seuero habita*, annotante *Dione in Seuero.*

ἔν τε ταῖς προόδοις καὶ τοῖς δικαστηρίοις πρᾶον καὶ ἥμερον ἦθος ἐδείκ.) *Xiphilinus:* ἐχρῆτο δὲ καὶ ἡμῖν δημοτικώτατα. καὶ γὰρ εὐπροσήγορος ἦν. ἤκουέ τε ἑτοίμως ὅ,τι τις ἀξιοίη, καὶ ἀπεκρίνετο ἀνθρωπίνως ὅσα αὐτῷ δοκοίη. *Vtebatur nobis* (senatoribus) *ciuilißime: eratque admodum affabilis; promte audiens, si quis aliquid peteret, & comiter respondens.* Capitolinus 9: *ciuilem se salutantibus & interpellantibus semper exhibuit.*

p. 75. τῇ ῥωμαίων ὑπὸ Περτίνακι ἀρχῇ) *Stephanus* praefigit articulum τῇ propositioni ὑπό. At *Sylburgius* ait: *retineri vulgata lectio potest, absque articuli repetitione: hoc sensu: gratulantibus omnibus Romano sub Pertinace imperio. i.e. omnibus Romano imperio gratulantibus, quod Pertinacem inuenisset Principem.*

p. 76. οὐδ᾽ ὅλων μηνῶν δύο) Sc. ex eo tempore coepit se exerere contumacia militum & dedignatio parendi. De interuallo enim quodam ab hoc tempore ad necem ipsam accipiendus videtur *Herodianus*, vt congruat cum *Dione*, qui imperasse Pertinacem, *dies* LXXXVII testatur; & *Capitolino*, qui *menses duos, dies viginti quinque* imperio eius tribuit. cum quibus facit *Africanus*, qui itidem dies π ζ numerat. *Eutropius* LXXX dies. At *Eusebius in Chronico canone* quantum differt? qui regnasse ait *μῆνας* ς, *menses sex.* quod & alibi firmat 5. *Eccles. histor.* 27. qua de re disputat *Iosephus Scaliger in animaduersionibus Eusebianis*; & concludit denique: *dicendum minus quam sex menses*

menses imperasse Pertinacē, & plusquam dies LXXXVII. Sed nihil opus est, consensum tot auctorum in dubium vocare. Quis enim non videt *Eusebium*, totum illud tempus ab exitu Commodi ad initium *Seueri*, tribuere Pertinaci, præterito *Iuliano*, qui inter vtrumque imperium tenuit *mensibus duobus diebus quinque*, teste *Spartiano*? Omittitur autem in serie Imperatorum à nonnullis Iulianus, tum quia malo more imperium mercatus erat, tum quia statim res nouæ ipsum exceperunt, rectoribus prouinciarum eius imperium detrectantibus, & de Principatu contendentibus, donec rerum summa ad Seuerum peruenit. Interuallum ergo illud inter Pertinacis mortem & Seueri initia, certamina potius de Principatu, quam Principatum habuit. Atque ita habemus caussam, cur & Iulianus prætereatur, & Pertinacis imperio plures adiiciantur menses. Imperio, inquam, eius, non vitæ, interuallum turbarum post mortem eius exortarum contribuitur. Cum *Eusebio* prorsus facit *Nicephori Patriarchæ Chronographia*.

τοῖς δὲ βασιλικοῖς κτήμασι) Nam superiores Principes multa ad se traxerant, eaque re inuidiam patrimonio suo contraxerant. Vnde *Plinius in Panegyrico* 50: *Non enim exturbatis prioribus dominis omne stagnum, omnem lacum, omnem etiam saltum, immensa possessione circumuenis.* mox: *tandemque imperium Principis quam patrimonium maius est. multa enim ex patrimonio refert in imperium, quæ priores Principes occupabant, non vt ipsi fruerentur, sed ne quis alius.* & quæ plura sequuntur. Pertinet autem huc vel maxime consilium, quod iam olim Mæcenas Augusto dedit apud *Dionem* 52 p. 553: *debere Augustum agros & prædia bello parta, præter pauca & necessaria, vendere:* addita graui ratione: ἔτι τε γὰρ ἥ τε γῆ ἐνεργὸς ἔσται, δεσπότας αὐτουργοὺς λαβοῦσα, καὶ ἐκεῖνοι ἀφορμὴν λαβόντες εὐπορώτεροι γενήσονται) τό τε δημόσιον διαρκῆ καὶ ἀθάνατον πρόσοδον ἕξει. *Nam ita terra fertilior erit, si dominis ipsis colenda detur; & occasione hac ditiores euadent possessores, & ærarium sufficientes perennesque reditus habebit.*

p. 77. ἐπὶ τε ὄχθαις ποταμῶν καὶ λιμέσι πόλεων) Quatenus alias liceat de fluminum & portuum vsu erigere vecti-

vectigal, vide apud *H. Grot. 2 de iure b. & p. 2,14.* In tota hac quæstione, siue cum exteris siue cum ciuibus res sit, concertant veluti illa duo argumenta: *Ius & libertas regnorum* ex vna parte; ex altera, *æquitas imperii & moderatio.* Illud *prius* cum in disputationem adductum est, vix cedunt, qui regia iura animose tueri & laxe interpretari, inter artes regias ponunt. Vnde *Cam̄denus in Elisab. part. 5: Principes*, inquit, *Vectigalia, quæ semel intenderunt, vix vnquam relaxant, qui huiusmodi Regalia (vt vocant) ad cuiusque regni ius & libertatem spectare, nec externæ moderationi subiacere iudicant.* Verum *externis* nimia imponere vectigalia inhumanum; ciuibus, tyrannicum; sicut locus *Herodiani* ad quem ita redimus, indicat. Caute tamen versandum esse, in iudicio de vectigalibus ferendo, alibi monuimus in hanc ferme (si repetere hic licet) sententiam: ¶ Ante omnia, contra vim dominationis, quam Statistæ crepant, opponemus illud *Amm. Marcell.* 30, 27. *Regenti imperium, omnia nimia, velut prærupti scopuli sunt deuitanda.* Et cap. 28. *Sunt aliqua quæ fieri non oportet, etiamsi licet.* ¶ Deinde, Etiamsi ab inuitis etiam subditis tributum exigi posse, in vniuersum & penitus negari non possit, tamen *laudabilior & prudentior via est, à volentibus impetrare. Comin.* 5, 18. exemplo promti Gallorum animi narrato, subiungit: *Nonne coram Deo & hominibus æquum iustumque sit, potius hac ratione pecuniam accipere, quam violenter, aut malis artibus? V. Dion. 46. pag.* 355. ¶ Hic *consensus etiam magnitudinem tributi minus inuidiosam faciet.* Præsertim, *vbi caussa vrgentior, necessitas maior, talia postulat, quæ noua & dura videntur.* Tum enim nec recusandi, subditis, nec criminandi occasio superer it. *Comin.* 6, 7. de Caroli VII. exactionibus: *Tum quidem caussæ suberant ingentes & capitales, tam tuendis occupatis prouinciis, quam impediendis soluendisq; conspirationibus, quibus regnum concipilabatur: itaque assensum ei præbuerunt proceres, &c.* Grande & durum, nisi à volentibus & necessitatem agnoscentibus impetrasset, videretur Ioannis Reg. Dan. Christiani I. F. tributum, cum pro vnoquoque vomere binos aureos cepit.

Meurs. hist. Dan. l. 1. p. 22. in rebus lo. Modo ne fing hæc, sicut exemplum Aureliani *Marcellinus* 30, 28. tauit. & difficulter creditur, quod de Vespasiano no iactarunt apud Suet. Vesp. 16. ¶ Sunt & alia, *ob q buti magnitudo non statim suspecta esse debet: vt,* *gionis; facilitas reparationis, spes magna & præsens* modo temeritas) *in cuius elaborationem magni f sed cum fœnore rediturі requiruntur, consuetudines* (caute id volo capi) *& similia.* ¶ *Ipsa* etiam *Reg iura diligenter discernenda sunt.* Sic *Cominaus* lon ctius adstringit Reges Galliæ, quam ut ad omnium r rum potestatem eius assertio valere possit. *Illa in gentur aliquando aduentitiis rationibus* ut, si quid, ex conditione belli & pro ratione securitatis impo qualia ad certam rationem redigi non possunt. Ad *tium* de iur. b. & pac. 3, 15, 6. Iam, *quod attinet* *Unde tributum exigitur*, haud dubie crassius agunt, q *frumento, rebusque maxime necessariis nihil exiger* disputant. vid. *Lather. d. C.* 1, 6, 23. Taceo *consue nem*; ob quam tamen §. 25. *Latherus* mox corriger tentiam opus habuit: quid si inde potius sumere, *al remediorum defectus; ingenium regionis, res nata, a caussæ* iubeant? quid si *non inuitis subditis*, quibus a rebus parcitur, fiat? *Non possunt sane iisdem ex rebu uersis in locis, diuerso statu, diuersis hominum studiis,* *tributa.* ¶ Imo, *est hæc tota quæstio penitus* ... *neque temere de consilio Imperantium in sequiorem pa pronunciandum est. Non spectanda sunt hæc ἁπλῶς, pliciter; sed examinanda πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τῆς πολιτεία συμπλώματα χρόνε, ad statum ciuitatis & tempo* ¶ Itaque *nihil minus quam facile iudicium est de t tis, eorumque institutione, excogitatione, titulis: pr varietatem status, caussarum, circumstantiarum,* *Vocant.* Fitque etiam inde difficilior & anceps magis censura. *Quoniam aliquando cohæret res tributaria arcanis imperii. quæ, nec propalare consultum; nec, in tere licitum aut decorum est.* Quomodo igitur sta audito nomine *centesima, vigesima, decimæ*, possum de

qu

quitate aut nimia exactione suspicari? § *Aliqua tributorum nomina, infamat sola peregrinitas.* Mirabile videtur huic genti, quod alteri familiare est: sicut vicissim quæ nobis plane non sunt insolentia, aliis mira viderentur. § Denique cum, *ab origine sit vna tributorum mensura in publicis necessitatibus quærenda; ampliusque iustitia eorum ex administratione & dispensatione; à consequentia iudicari debeat* (v. orat. Mæcen. ap. Dion. 52.) *igitur vbi ad horum cognitionem perueniendi facultas aut ius est, sententiam ferre in procliui erit: quod si autem inuoluta sunt hæc & abdita, decuerit haud dubie prudentem, vetus illa, & ex foro in omnem vitam transferenda formula:* Non liquet. § Cetera *Conscientiæ eorum, qui illa tractant, relinquenda*: quam metu pœnarum & inferni obstringit *Comines* 5,18. Idem qui, cum tot dubia in hoc negotio concurrentia animaduerteret, verissima denique præcisione (quæ & nobis clausulam præbebit) se expediuit: *Exacte inquirentibus nullibi perfectum quid in rebus humanis inuenietur.* § Atque hæc est trutina æquitatis circa vectigalia & tributa & exactiones extra ordinem institutas. qua non id agitur, vt prætextus detur magistris rapacitatis & repertoribus nouorum onerum; sed vt necessaria & innocentia Principum consilia à tyrannicis hypothesibus, quotiens opus est, rite distinguantur.

ἐπεὶ καὶ τοὺς συκοφάντας τῆς πόλεως ἦν διώξας) *Capitolinus 7: delatores vinctos grauiter puniri iussit, & tamen mollius quam priores imperatores; vnicuique dignitati, si delationis crimen incurreret, pœnam statuens. Petrus Faber* legit, *delatores conuictos*; *Casaubonus* ex codice regio reponit, *certos. Leuius tamen*, inquit, *quam priores principes.* Nam Titus *delatores assidue in foro flagellis ac fustibus cæsos, ac nouissime traductos per amphitheatri arenam, partim subiici in seruos, ac venire imperauit, partim in asperrima insularum auehi. Suet. Tit.* 8. adde *Domit.* 9. *Traianus* itidem *nauigiis impositos tempestatibus dedidit*: *Plin. Paneg.* 34 & 35. Ceterum, quomodo delatoria illa diritas & malignitas tyrannicis propositis seruierit, ex *Taciti* Tiberio, & *Ammiani Marcellin.* opere præsertim vbique videre licet.

ὡς καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἤδη μειράκιον ὄντα) Idem *Xiph*
tradit & *Capitolin*.13. vbi not. *Casauboni*. Quare nec
saris appellationem, filio à senatu decretam admisit,
ituli:, *donec meruerit*. *Capitolin*. 6. existimans *sc. cor*
eum potius prematuris honoribus: διαφθαρῆναι οὐκ
σε, inquit *Xiphilinus*. Expressit eam sententiam Til
ap. *Tacitum* 4 A. 17, 3: *ne quis mobiles adolescentium*
mos, prematuris honoribus ad superbiam extolleret.

2, 5, 78. ἔν τε ἀσωτίαις καὶ κραιπάλαις) *Sylbu*
post κραιπάλαις *desiderari videtur* ἐκδιαιτηθείς, *aut*
quodpiam vocabulum. vel precedens τε *vsurpata est*
ταῦτα, idque. Politianus id comma cum sequenti conit
maluit.

ἐπεισῆλθον τοῖς βασιλείοις, ὥστε δόρατα διατείνα
Occasionem huius motus amplius expositam vide
Xiphilinum & *Capitolinum*. *Herodianus*, præcipuam
sam, annotat: tanquam instituto pragmaticæ obseruá
maxime idoneam. In *numero* variant. *Dio*, *du*
procurrisse in Palatium, *Capitolinus*, *trecentos*
quem ex *Dione* corrigendum censet Casaubonus.

οἱ ἐν τῇ βασιλείῳ ὑπηρεσίᾳ τεταγμένοι) Hi sunt
pe, qui itidem ac milites alieno erant erga principe
mo: Καισαρείους vocat *Dio*: qui sub Commodo fuer
aula. ex quibus licet quosdam vendiderit Pertinax,
tamen ex venditis aliquos reduxit in aulam, magn
malo.

p. 79. τοῖς συμβουλεύουσιν αὐτῷ πρὸς τὸ παρὸν
μα) vide mox, quæ ad finem capitis notantur.

μὴ ἐνθουσιασμένως) *Stephanus*: *Legitur etiam*
σιασμένος. videtur autem ante καὶ addenda esse pa
ἀλλά.

τὸ μὲν ἐμέ, ἔφη) *Capitolinus* 11, *longa & graui*
ne milites placauisse, ait.

p. 80. καὶ οὐκ ὀλίγοι, ἀποστραφέντες ἀνεχώρουν)
linus: *vt primum viderunt Pertinacem milites, omn*
dor successit, præter vnum. oculis ergo in terram d
gladiisque in vaginas reconditis abituri videbantu
vnus ille prosiliens, hunc tibi, inquit, milites gladium

iunt, & cum dicto irruit ac percutit, ceteris non prohibentibus, sed imperatorem suum vna cum Electo occidentibus. Etiam nomen infesti parricidæ expressit *Capitolinus* 11; *sed cum Tanusius quidam, vnus è Tungris, in iram & timorem milites loquendo adduxisset, hastam in pectus Pertinacis obiecit. Tunc ille precatus Iouem Vltorem, toga caput operuit, atque à ceteris confossus est.*

p. 81. ἔπι δὲ λαλοῦντα) *Sylburgius* ita annotat: *mancus est locus, vt cum ex sequentibus est perspicuum, tum ex Dionis epitome. Talis igitur quædam requiri videatur lectio: ἔτι δὲ λαλοῦντα τὸν πρεσβύτην, ἐπιπεσόντες ἕτεροι τινές, ἐγχειρίδια ἐκ τῶν ἐλλιμενοστῶν, φονεύουσι. Sicut etiam Capitolinus refert, Tungrum quendam, militibus in iram & timorem loquendo adductis hastam in pectus Pertinacis obiecisse; post, ceteros eum confodisse. Vel saltem pro ἔτι reponendum ἕτεροι, alii.*

χρησάμενοι βίῳ καὶ σεμνοτάτῳ, ὡς προείρηται) Laudes eius magno consensu traduntur, præsertim ab *Herodiano* & *Dione*. nam *Capitolinus* negligentius dicam an sinistrius interdum de moribus eius iudicat. De cetero digna sunt obseruatu, quæ *Dio* in tam bono Principe reprehendit. Quorum *primum* est, *quod omnia voluerit simul & semel emendare, non cogitans, licet peritissimus alias, ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἀθρόα τινὰ ἀσφαλῶς ἐπανορθοῦσθαι, ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο, καὶ πολιτικὴ κατάστασις καὶ χρόνου καὶ σοφίας χρήζει, multa simul tuto emendari non posse, sed si quidquam, præsertim ciuilem constitutionem & ordinationem tempore consilioque opus habere.* Agnoscas *Dionis* annotationem, qui eandem obseruationem in exemplo Augusti, caute & *paulatim* rempublicam ordinantis proposuit *lib.* 52. *Altera reprehensio* est, *quod furentium militum insaniæ se obtulerit, cum tamen tutioris defensionis vires suppeterent, & præterea occultationis aut fugæ occasio non deesset.* Iudicium *Dionis* ita conceptum est: πρᾶγμα εἴτ' οὖν γενναῖον, εἴτε ἀνόητον, εἴθ' ὅπως τις αὐτὸ ὀνομάσαι ἐθέλει, ἔπραξε. *Rem fecit, vel generosam, vel stultam; siue quis alio velit nomine signare.* Generosum propositum sane fuit grauissimi senis, sed parum prudenter præsenti negotio accommodatum; cum cogi-

cogitare debuisset, *parum tutam maiestatem sine viribus esse*, vt est apud *Liuium* 2, 55. Quippe impetus ille constantiæ qui præsidium ab audacia mutuatur, vix vnquam excusari potest, nisi *articulus vltimi discriminis cetera remedia interceperit.* Vnde & *Herodianus* noster in hoc ipso capite dixit: *Pertinacem vtilia in præsens suadentibus non obtemperasse.* *Tertia reprehensio* in tam laudatum Principem à *Iuliano Apostata in Cæsarib.* conficta: καὶ σὺ δὲ ὦ Περτίναξ, ἠδίκεις κοινωνῶν τῆς ἐπιβολῆς, ὅσον ἐπὶ τοῖς σχήμασιν, ἧς ὁ Μάρκου παῖς ἐπεβουλεύθη. *Tu vero, Pertinax, etiam inique egisti, quod insidiarum & consiliorum, quibus Marci filius periit, particeps fuisti.* *Confictam* dixi reprehensionem, quia nemo id tradit de Pertinace, & *Herodiani* historia diserte reclamat. Nam *Capitolini* verba *cap.* 4; *tunc Pertinax interficiendi Commodi conscientiam delatam sibi ab aliis non fugit*; præterquam quod nihil definiunt, etiam in mendo cubare videntur. Quapropter *Carolus Cantoclarus* in Iuliano magis probat, δοκεῖς, quod nonnulli codices habent pro ἠδίκεις: & ὅσον ἐπὶ τοῖς σχήμασι, interpretatur, *saltem animo & cogitatione.*

p. 2, 6, 82. Προεκήρυττον ὤνιον τὴν βασιλείαν) ὅτε δὴ καὶ πρᾶγμα αἴσχιστόν τε καὶ ἀνάξιον τῆς Ῥώμης ἐγένετο· ὥσπερ γὰρ ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐν πωλητηρίῳ τινὶ, καὶ αὐτὴ καὶ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς πᾶσα ἀπεκηρύχθη. καὶ αὐτὰς ἐπίπρασκον μὲν οἱ τὸν αὐτοκράτορα σφῶν ἀπεκτονότες. *Accidit autem tum res turpissima vrbeque Roma plane indigna. Namque sicut in foro & mercatu quodam & vrbs & imperium eius venale edictum est; vendentibus Principis sui patricidis.* Merebantur ista ex *Dione* huc adscribi.

p. 83. πείθουσιν ἐν αὐτὸν ἥτε γυνὴ, καὶ ἡ θυγάτηρ) Ita etiam *Zosimus*, ab *vxore* instigatum tradit *lib.* 1. contra *Spartianus vxorem & filias in Palatium vocatas, trepidas inuitasque transisse, quasi imminens exitium præsagirent*, memorat *in Iul. cap.* 3. Verum ille *in hac vita*, perpetuo à Græcis dissentit. id quod iam *Cl. Salmasio* notatum.

p. 84. φοβηθέντες τὴν πρὸς τὸν Περτίνακα συνήθειαν) Iulianus enim monebat, *ne eum imperatorem facerent, qui Pertinacem vindicaret. Spartian.* 2. vide turpissimam vtriusque licitationem *Dionis* descriptam.

καὶ τὰς ἐκείνου εἰκόνας ἀποκαθιστήσαντες) *Sylburgius: Politianus videtur legisse* ἐπικαθιστήσαντες. *vt Iuliani imagines pro Pertinacis imaginibus substitutæ intelligantur. Sed vulgatum* ἀποκαθιστήσαντες *retinere, Commodique imagines vna cum eius nomine restitutas intelligere, nihil, vt quidem videtur, vetat.*

p. 85. πλέον τι τῆς συνηθείας δορυφορούμενος) *Zosimus lib. 1.* θέαμα ἔδωκεν ἰδεῖν ἅπασιν, οἷον οὔπω πρότερον ἐθεάσαντο, ἀνήγετο γὰρ εἰς τὰ βασίλεια μήτε γερουσίας ἡγουμένης, μήτε ἄλλης ἐννόμου δορυφορίας, μόνων δὲ τῶν καταστησάντων αὐτὸν εἰς τὸ στρατιωτῶν σὺν βίᾳ παραδόντων αὐτῷ τὰ βασίλεια καὶ τὴν ἐν τούτοις πᾶσαν ἀποσκευήν. *spectaculum præbuit omnibus, nunquam antea visum, quippe in aulam deducebatur, neque senatu praeeunte, neque vllo legitimo satellitio stipante; solis autem, qui constituerant eum Principem, militibus tradentibus per vim aulam omneque aulicum instrumentum.*

ὅτε δὲ καὶ πρῶτον ὑποδιεφθάρη τὰ τῶν στρα. ἤθη) Insignem hanc ἐπίστασιν, cum emphasi & momento fati publici periodico, ab *Herodiano* propositam, iam alibi commendauimus: præsertim *in not. Vellei. ad* 2, 20, 4. & *ad Tacit.* 1. *A.* 2. *annot.* 5. Ita nimirum, quod pro munimento principatus Romani excogitatum erat, in exitium eiusdem vertit: factumque est, vt milites nemini magis quam suo Principi, quem tueri debebant, timendi essent.

ἀπερισκέπτως διαβολῆς) Vocem διαβολῆς *Stephano* suspectam, *Sylburgius* mutat in διαβοῆς.

φράξαντες) Sylburgius: *in* φράξαντες *subaudienda etiam quadam* τοῦ τάξαντες *significatio, & Græca sic vertenda: sumtis igitur armaturis, corporibusque vndique septis, & in aciei formam dispositis, vt, si opus esset, etiam bellarent.*

217, 86. ὁ δ' οὖν Ἰουλιανὸς ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἀρχήν) Particulam huius capitis priorem integram descripsit *Suidas*; vt alia plura. Ceterum *Herodiano* vt & *Dioni*, contradicere videtur *Spartianus*, qui *parsimoniam* Iuliani commendat *cap.* 3. Facile interim apparet, cui credendum sit. In antecedentibus pro τοῦ φιλοχρηματίας αὐτοῦ, *Sylburgius* cum *Schotto* αὐτοῖς legit sc. militibus.

p. 87. καὶ τῆς αἰτίας) Sylburgius ἀλαζονείας siue ἀλαζονίας mauult.

ἔς τε τὸν ἱππόδρομον &c.) Vide *Spartianum* c. 3. & *Dionem*.

τῶν μὲν περὶ πολλοῦ ὑπατείας.) Stephanus vult: οὐ περὶ πολλοῦ. At *Sylburgius* ita annotat: *Nigri consulatus bellum eius antecessit annis nouem A. V. C.* 937. *fuit tamen is consulatus non ordinarius, sed suffectus, ut docent fasti Panuiniani.*

p. 88. διαθέσεως ἡ γνώμη) *Stephanus*, φήμη mallet. quod & *Sylburgio* videtur.

p. 90. ἔχοιτε) ἔχετε, *Stephanus* & *Sylburgius* volunt.

ευδοκιμήσας δὲ ἐν πολλαῖς καὶ μεγάλαις πράξεσι) Consentit *Spartianus in Nigro*, & per argumenta ostendit *cap.* 3 & 4: *Xiphilino* tamen dicitur, οὔτε ἐς τὸ κρεῖττον, οὔτε ἐς τὸ χεῖρον ἐπίσημος: *neque in bonis, neque in malis insignis, ita ut nec laudis in eo, nec vituperii magna sit occasio.* Addenda sunt *excerpta Peiresc.* p. 735. An diuersitas illa ex eo fonte, quem *Spartianus* indicauit *in exordio Nigri* itemque *c.* 9? *Rarum*, inquit, *atque difficile est, ut quos tyrannos aliorum victoria fecerit, bene mittantur in litteras: atque ideo vix omnia de his plene in monumentis atque annalibus habentur. Primum enim, quæ magna sunt in eorum honorem, ab scriptoribus deprauantur; deinde alia supprimuntur: postremo non magna diligentia in eorum genere ac vita requiritur, cum satis sit audaciam eorum & bellum in quo victi fuerint ac pœnam proferre. Salmasius* legit, *in eorum horrorem.* bono sensu; & de phrasi in scriptore Latinitatis non tam exactæ, minus cogimur dubitare. Quamquam facilius crediderim, Spartianum voluisse, *in victorum honorem* plerumque supprimi aut corrumpi. & ea verior caussa frequentiorque. *Spartianus* autem operæpretium sane fecit, in colligendis, quæ de *Nigro* & *Albino* reperiri poterant. ceteri enim sparsim & carptim agunt.

p. 89. φύσει τι κοῦφον τὸ Σύρων ἔθνος) Vide, quæ de Syrorum ingenio notauit *Cæl. Rhodigin.* 18, 34. & 25, 25. adde infra *Nostrum*: 2. 10, 101.

κλεῖν

χιδὰν τῷ ... πάντα τὴν οἰκουμένην ἐορτάζουσιν) Vide *Iulianum Apostatam in Misopogone*: qui sc. odio Christiani nominis pleraque exaggerat & inuidiose interpretatur.

2, 8, 92. πᾶσι κοσμήσαντες ἔξωθεν βασιλικοῖς συμβόλοις) An & statua in fastigio? quem in domibus Augustis morem fuse explicat *Cl. Salmasius ad Spart. Nigr.* 12.

πρεσβείας τε ἀπ' ἐκείνων τὸ ἰδεῖν) Compara primordia Principatus Vespasiani apud *Tacitum* 2 H. 80 & 81.

p. 93. αὐτῆς ἰδίας) *Stephanus*: αὐτοῖς ἰδίας.

2, 9, 94. νοῆσαι τε ὀξὺς, καὶ τὸ νοηθὲν ἐπιτελέσαι ταχύς) Descripsit ista ex *Herodiano, Ioannes Antiochenus*. Optimorum est imitator *Herodianus*, sicut supra *Demosthenis* studiosum monuimus. Hoc è *Thucydide* hausit, qui *lib.* 1. Athenienses ita χαρακτηρίζει, quod sint καὶ ἐπινοῆσαι ὀξεῖς καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ ὃ ἂν γνῶσιν, *& cogitatione & cogitatorum executione celeres*. *Scholiastes* ὀξεῖς ἀπὸ κοινοῦ denuo subaudit. Quod si ita est, i. e. si ita scripsit Thucydides, *Herodianus* memorabili imitationis genere seueritatem illam Thucydideam faciliore orationis nexu fluxuq; emollire voluit. Ceterum magni ingenii & agendis rebus idonei vel maxime is character est, quo Themistoclem etiam designat *Corn. Nepos* 2, 1, 4: *Neque minus in rebus gerendis promtus, quam excogitandis erat.* *Velleius* Agrippam pari sententia laudat, tanquam *virum per omnia extra dilationes positum, consultisque facta coniungentem.* 2, 79, 1 Adde quæ de Arminio habet 2, 118, 2 & 3. Sed, vt ad Seuerum redeamus, *excerpta Peiresiana* ita ingenium eius describunt: ὅτι ὁ Σεβῆρος δεινότατος ἦν τό τε μέλλον ἀκριβῶς προνοῆσαι, καὶ τὸ παρὸν ἀσφαλῶς διοικῆσαι, καὶ πᾶν μὲν τὸ κεκρυμμένον ὡς καὶ ἐμφανὲς ἐξευρεῖν, πᾶν δὲ τὸ δυσδιάθετον ὡς καὶ ῥᾷστον ἐξεργάσασθαι. Elegantissimorum verborum sensus est: *Seuerus multum præstabat in coniectandis callidissime futuris & ordinandis tutissime præsentibus. Occultissima quæque vt manifesta deprehendebat: difficillima iuxta cum facillimis conficiebat.*

ἀρπάσας) *Stephanus*, aut διενοήθη, aut aliud quid subaudit.

ἀνέπειθε δὲ αὐτὸν ὀνείρατα χρησμοί τε) *Spartian.* c. 1 & 2. & *Xiphilin.*

ὥσπερ

ἅπερ πάντα ἀψευδῆ καὶ ἀληθῆ ὅτι πιστεύει) P
& grauis sententia ab homine ethnico, cui hactenu
sentit *Niceph. Gregoras lib.* 5, vbi oraculum Tralli
Andronico repertum exponit. Vide locum, & add
finem libri eiusdem, totam de oraculis dissertati
memorabilem vtique: licet cupidiores eiusmodi ab
rum rerum animos satiatura non sit. Qualia sunt
omnia in hoc genere commenta, quæ præter De
Diabolum, alios & nescio quos medios prodigioru
ctores anquirunt. nam vbi natura tantum in prod
trahitur, plana iudicandi via est.

ἐν τῷ καθ' αὑτὸν βίῳ) *Spartianus cap.* 3. *historia
ta priuata* memorat. *cap.* 18. *Vitam*, inquit, *suam p
tam publicamque ipse composuit ad fidem*. Ex ea
Damascius in Vita Isidori apud *Photium Biblioth.*
1030, aliquid refert de mirabili lapide.

p. 96. *μεμνημένους τῆς περὶ Περτίνακος ἡγεμονίας*) ad
pra 2, 1, 62.

πρὸς τοὺς πολέμους) *π. τ. πολεμίους*; *Schottus* &
burgius.

p. 97. *μήτε ὅρκου φειδόμενος*) Talis *Lysander*
Plutarchum in Vita, & *apophthegm.* & *Philippus M*
apud *Iustinum*: His illud in ore, imo in mente: *τὸ*
τοῦ ψεύδους κρεῖττον εἶναι, ἑκατέρου δὲ τῇ χρείᾳ τὴν ἀξίαν κ
τιμὴν ὁρίζεσθαι. *Veritatem quidem mendacio præstar
Vtriusque dignitatem & honorem Vsu discerni*. Cet
Seueri animus sub vulpe latens non fefellit seniore
*fictam modestiam & propositum in omnia quæ sibi
crederet audacter expeditum* & ipsi metuebant &
prædicebant *infra* 2, 14, 114 & 115.

p. 98. *κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν ἅμα καὶ ἄρχ.*) *Schottus*
bante *Sylburgio*, *κ. τ. Ἰλ. στρατιώτας τε ἅμα καὶ ἀρχ.*

2, 10, 99. *οὐκ εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρομεν, ἀλλ' εἰς τοὺ
αὐτὸν κόλακας*) Ratio huius iudicii petenda est ex *Lam
Alex. Seuer. Mammææ cap.* 65 & 66: adde *annot. nost
cap.* 5. *lib.* 1 *A. Tac.*

ψυχαῖς ἡμῶν μνήμη) *Sylburgius*: *Ald.* & *Bas.*
*Mox οἱ δὲ redditiue, Vt apud Pausaniam sæpe, pro
ἔτι, aut ἔπειτα pro ἐπεὶ ab initio leg.*

διὰ τὴν ἐκείνου γνώμην) *Stephanus: μνήμην.*

μέχρι καιρῶν) *Sylburgius: subaudiri potest ἱκανῶν, ut sit aliquandiu. Sententia tamen requirit potius, μέχρι τῶν νῦν καιρῶν, vel μέχρι τοῦ νῦν, usque ad hæc tempora.* In præcedentibus, ἡγεμόνα pro ἅμα legendum *Sylburgius* putat: aut forte studio omissum accusatiuum à Seuero, qui se voluerit ipse intelligi.

p. 101. μετὰ παιδιᾶς ἀποσκῶψαι ἐπιτήδειοι Σύροι) Infra etiam *Alexandrinos* describit 4, 9, 198: πεφύκασι δέ πως εἶναι φιλοσκώμμονες, καὶ λέγειν εὐστόχως ὑπογραφὰς ἢ παιδιάς. Post οἰκοῦντες deesse ὡς aut aliquod tale putat *Schottus* & *Sylburgius*.

ἔνθα ἡ βασίλειος ἐστὶν ἑστία) consilium primarium noua molientium. ita *Sylla, Marius, Cæsar, Augustus* dominatum sibi parauerant.

θείοις τε προρρήσεσι πιστεύοντες) Id in partem aut certè speciem consilii præsidiique venit. Ita apud *Tacitum* 2 H. 82, 6: *sufficere videbantur aduersus Vitellium, pars copiarum, & dux Mucianus, & Vespasiani nomen, ac nihil arduum fatis*: quod postremum membrum magna & opportuna grauitate ceteris subtextum *fiduciam ex ominibus & prodigiis & responsis conceptam*, notat.

2, 11, 102. μηδένα διδοὺς καιρὸν ἀναβολῆς) Compara hanc strenuitatem, ad euentum valde efficacem, cum Nigri cessatione & ignauia, *supra* 2, 8, 93.

παρὰ τῶν συστρατευόντων) τῶν στρατιωτῶν, codex *Schotti*.

p. 103. μετὰ προθυμίας πάντα ἔπραττον) Eo sc. euentu effectuque imperatoriæ virtutis, quem *Leo* demonstrauit in *Tacticis* 20, 111. Νήφειν ὀφείλεις καὶ λίαν ὑπάρχειν ἐγρήγορος, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων στρατιωτῶν καὶ πολεμικῶν μετέχειν πόνων, ὦ στρατηγὲ, ὀλίγου δὲ τοῦ κέρδους. οὕτως γὰρ καὶ τὴν παρὰ πάντων εὔνοιαν μετὰ δόξης κτήσῃ, καὶ φιλούμενος ὑπ' αὐτῶν συναγωνιζομένους σοι προθύμως ἐν τοῖς κινδύνοις ἕξεις. *Sobrius esto, Imperator, & vigilans, multumque laboris tolerantior, quam ceteri milites; lucroque minime deditus. Nam ita apud omnes beneuolentiam tibi pariter & gloriam comparabis; fietque ut promtissimos habeas ad pericula, qui te diligunt.* ἑκόντες γὰρ ἄνθρωποι φιλοῦσιν αὐτομάτῳ διανοίας ἐμπλάσει, τούτῳ

πεχὺ μὲν ἐπιτάττοιεν πείθονται, λέγοντι δὲ ἀκάπιςεῦσι, κινδυνεύοντι δὲ συναγωνίζονται). *Quem enim homines spontanea animi propensione diligunt, illi, si quid imperat, facile obediunt, si quid dicat, credunt, si periclitetur, propugnatores adsunt,* sicut *Onosandri* verba habent *in strategic. cap.* 1.

Ἰταλιώτας μὲν πόνων ἀνέπαυσε καὶ τῶν ὅπλων ἐγύμνωσε) Idque ex consilio Mæcenatis, quod vide apud *Dion.* 52.

ἀντὶ τείχους τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς) Valde illustris est hic locus de terminis & claustris Romani imperii ab Augusto constitutis. Vide, quæ notauimus ad Taciti 1 A. 9 *annot.* 8.

p. 104. ἐκ δημοσίων ἱερῶν καὶ τόπων) rectius transposita copula ἐκ δ. καὶ ἱερ. τ. legit *Sylburgius.*

ὡς αὖ) passim copulat Herodianus. alias enim legendum quis putaret ὡς ἀνακτήσαιτο.

p. 105. ἔρυμα ἀρρηκτόν τι καὶ αὐτῶν προβεβλῆσθαι) Addenda est huic descriptioni, altera παράλληλος *lib.* 8. cap. 1. pag. 334. vbi eadem sententia τεῖχος Ἰταλίας *quasi quendam Italiæ murum* vocat. *Floro* sunt *claustra Italiæ* 3, 3, 6. *AEthicus Cosmographus*, Italiam *Alpium obicibus* cingi, eodem sensu, scribit. *Polybius* 3. *Hist.* οὕτω γὰρ ὑποπέπτωκεν (Ἰταλία) τοῖς προειρημένοις ὄρεσιν, ὥστε συνθεωρουμένων ἀμφοῖν, ἀκροπόλεως φαίνεσθαι ἔχειν τὰς Ἄλπεις τῆς ὅλης Ἰταλίας. *Ita subiacet prædictis montibus Italia, vt qui vtraque simul contuentur, credant Alpes intuitu totius Italiæ veluti arcis cuiusdam situm habere. Eustathius ad Dionysii Periegetæ vers.* 295. etiam nominis significatum ad *claustra* eiuscemodi accommodat: φασὶ δὲ τὴν λέξιν ταύτην, κατὰ τὴν εἰς τὸ ἑλληνικὸν μετάληψιν, ταυτὸν δύνασθαι τῇ κλεισούρᾳ. *Dicunt autem hanc vocem* (Alpium sc.) *si Græce transferas, idem significare, quod* κλεισοῦρα. i. e. *clausura, claustrum. Claustra* enim Romani vocant, munitiones transituum, siue angustos munitosque aditus. *Suidas* ad vocabulum, Κλεισοῦραι: οὕτω καλοῦνται τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων τῇ πατρίῳ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ. Idem qui in voce Ἄλπεις, ἐμβολὰς vocari scribit. Adde *Strabon.* 5. γεωγραφικῶν extremo. In gratiam *Herodiani* qui hic & infra diligenter describit Alpes, ista adiecisse liceat. De cetero non male expleri videtur sententia, si legamus, ἔρυμα ἀρρηκτόν τι καὶ δυσδιάβατον αὐτῆς προβεβλῆσθαι.

I, 12, 107.

2, 12, 107. κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἐποιεῖτο) *Spartianus in Seuero: His compertis Iulianus SCtum fecit fieri de participando imperio cum Seuero. Incertum vero id an dolo fecerit, cum iam ante misisset notos ducum interfectores quosdam, qui Seuerum occiderent.* Vide de tota illa trepidatione & confusione rerum, aduentu Seueri excitata *Spartiani Iulian. c. 5. 6. 7.*

p. 108. πρεσβείας τε πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπουσιν ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχαῖς ὄντων καὶ τῶν ἐξοχωτάτων τῆς βουλῆς) *Spartian. 6. Occiso Iuliano cum Seuerus in castris & tentoriis, quasi per hosticum veniens, adhuc maneret; centum senatores legatos ad eum senatus misit ad gratulandum rogandumque.*

2, 13, 109. ἐξελθεῖν εἰρηνικῷ σχήματι) Inquis: quomodo εἰρηνικὸν σχῆμα hic locum habet, cum mox hoc ipso *capite* pari Seuerus iubeat illos nudare *omni militari habitu*, & detrahi ipsis στρατιωτικὰς ἐσθῆτας? Sed facilis est interpretatio. εἰρηνικὸν σχῆμα opponitur hoc loco *armis* iustis scilicet & militaribus (nam neque ξιφίδια ἐς πομπὴν κεκοσμημένα excluduntur) sicut ipse Herodianus interpretatur: τὰ μὲν ὅπλα κατέλιπον πάντα· αὐτοὶ δὲ ἐν μόναις ταῖς πομπικαῖς ἐσθῆσι δαφνοφοροῦντες ἠπείγοντο. *Relictis omnibus armis* prodisse ait; & quidem ἐν μόναις πομπικαῖς ἐσθῆσι. quæ *pompales vestes* rursum non omne vestimenti militaris genus, sed *totum armatorum habitum* excludunt. Itaque tamen *infra* ipsis adimuntur ζῶναι καὶ ἐσθῆτες καὶ εἴτι σύμβολον ἔφερον στρατιωτικόν. *Dio & Ioannes Antiochensis*, quem *Cl. Salmasius* laudat ad Spartiani Seuer. non admodum diligenter hic versati sunt. sane nisi aliunde constaret de Seueri commento, & militum prætorianorum πομπικῇ ἐσθῆτι egressorum habitu, ex ipsorum narratione non satis res pateret, facileque credi posset, cum armis egressos, iisque postea spoliatos esse. *Spartianus 6: Cum Romam Seuerus venisset, pretorianos cum subarmalibus inermes sibi iussit occurrere; eosdem sic ad tribunal vocauit, armatis vndique circumdatis.* Vbi *Casaubonus*, *subarmalia* interpretatur *saga siue militares togas*, sic appellatas, quod sub armis fibula annecterentur, vel sub armos reiicerentur. *Cl. Salmasius ad Trebell. Pollion. Claud. subarmalem* in masculino dici osten-

dit, describitque: *subarmalis est chlamys vel byrus,* ... *bula in humero connectebatur; brachioq; dextro excl*... *armum descendebat. hinc subarmalis dictus, cum* ... *dicatur byrus vel peplus.*

p. 111. ἀπειλῶ καὶ διόμνυμαι) *Sylburgius: si v*... *participia mutatis legamus* ἀπειλῶν, καὶ διομνύμε... περιαγγέλλων, *apta erit membrorum cohærentia, &* ... *coniunctionum multitudo. Quod si præcedens v*... παραγγέλλω *in participium mutare malis, minor er*... *tatio.* Mihi tam præsens medicina non valde arrid...

2, 14, 113. ἔκπληξίν τε καὶ δέος ἐνέβαλε τοῖς Ῥω... *Spartianus* 6. *Interim Romæ ingens trepidatio milit*... *nium que, quod armatus contra eos Seuerus veniret* ... *hostem iudicassent.*

ὁ δὲ δῆμος καὶ ἡ σύγκλητος δαφνοφοροῦντες ὑπεδ... Pompam eius ingressus describit amplius *Dio* specta... comes, quippe senator eo tempore.

περὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ βασιλέων ἀναιμωτί τε καὶ ἀκρ... ταῦτα κατορθωκότα) *Spartianus* 5: *Ita, quod nulli vn*... *contigit, nutu tantum Seuerus victor est factus, arm*... *Romam contendit.*

p. 114. λόγους ἐπιεικεῖς πάνυ καὶ χρηστῶν ἐλπίδων ... ἐποιεῖτο) οἷα καὶ οἱ πάλαι ἀγαθοὶ αὐτοκράτορες πρὸς ἡμᾶς ... *& prius boni Principes ad nos* (senatum intelligit) ... *rant,* ait *Dio.* idem qui hac occasione annotat, primu... uerum postea legem se auctore factam, de non occid... indicta caussa senatoribus, violasse. confer *Spartian.* 7...

λέγων ἥκειν ἔκδικος τοῦ Περτίνακος φόνου) Hic præ... multum illi fauoris iam pepererat. *Excipiebatur* ... *omnibus* (passim per prouincias) *quasi vltor Perti*... *Spartian.* 5.

εἴσοδον ἀεὶ στρατηγίας) vide, quæ notamus *supra* ... 3, 73.

p. 115. ἱκανώτατός ἐστιν) *Schotti msc. post* ἱκανώ... *inserit coniunctionem* τε: *recte. vt præcedentia infini*... *referantur ad participium* εἰδώς. *Sylburgius.*

τοῖς τε στρατιώταις πολλὰ δωρησάμενος) Non ... tendum est hoc loco, quod *Spartianus cap.* 7 mem...

Cum in senatu esset, milites per seditionem dena millia poposcerunt à senatu, exemplo eorum qui Augustum Octauium Romam deduxerant, tantumque acceperant. Et cum voluisset eos comprimere Seuerus, nec potuisset, tamen mitigatos, addita liberalitate, dimisit. Addendus est *Dio lib.* 46. vbi, quid de exemplo Augusti consecutum sit, designat. Cæsar enim, cum armatus, consulatum patribus extorsisset, militibus postea pecunias distribuit. *Quam largitionem* (ita pergit *Dio*) *alii deinde ita interpretati sunt, vt existimarent, omnibus vrbanis exercitibus qui armati Romam venissent, deberi ista dena sestertia. Et propterea qui cum Seuero ad opprimendum Iulianum in vrbem venerunt, & ipsi & nobis* (Senatoribus, in quibus tum *Dio*) *maximum attulere terrorem, illa dena millia postulantes: donec eos Seuerus, cæteris ignorantibus, quid hi petissent, millenis nummis placauit.*

2, 15, 116. ἀνὴρ τὸ μὲν γένος τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου εὐπατριδῶν) Infra 3, 5 vocat ἐκ προγόνων δὲ γεγονότα. Vide *Capitolinum* (siue is *Spartianus* est) *in Clod. Albin. c.* 1. & 4.

τοιαῦτα ἔχων ἐναύσματα εἰς βασιλείας ἐπιθυμίαν) Cupido dominandi per se facile increscit animis: quare vbi facultas timeri potest, vix de voluntate dubitatur. Loquor præsertim de regum eorum ingeniis, qui ad formidinem & suspiciones proni sunt. Exempla habemus in Tiberio, Germanicum; & Alexandro Parmenionem, eo nomine suspectantibus. Vide loca & cum Nostro compara apud *Tacit.* 1 A. 7, 6. & *Curt.* 7, 2.

γνώσει τε τῇ παρὰ Ῥωμ.) *Stephanus: forte,* τῆς παρὰ Ῥωμ. At *Sylburgius* minus indulgens correctionibus, inquit: γνώσει τῇ παρὰ Ῥωμ. *ferri potest, si passiue capiatur, pro, nominis sui apud Romanos nobilitate, seu fama celebritate, vt Politianum quoque accepisse, versio eius indicat.*

p. 117. πολλὰ διὰ χρήματα ὀμόσαντι) Supr. 2, 9, 97 describebatur Seuerus, μήτε ὅρκου φειδόμενος, εἰ δέοι τούτου καταφρονῆσαι, ψευδόμενός τε πρὸς τὸ χρειῶδες. *qui ne iureiurandi quidem religioni parceret, quotiens contemnenda ea videretur, ex vsu scilicet suo mentiens.* Nam iste ei scopus & modus consiliorum, τὸ χρειῶδες καὶ τὸ λυσιτελὲς αὐτῷ. Confer 2, 14, 115. & 3, 5, 135.

Καίσαρα δ' αὐτ̀ ἀποδείκνυσι, *Capitolinus in Albino*: *Et Clodium quidem Herodianus dicit Seueri Cæsarem fuisse*. ad quæ verba *Casaubonus: respicit illa Herodiani de Clodio Albino* Καίσαρα δ' αὐτ̀ ἐπιδεικνύς, &c. *nec Dio aliter*. An meliori vsus est Dionis codice? certe in vulgatis legitur: ὁ μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν τοῦ Καίσαρος αὐτῷ ἐδίδου τιμὴν, ὁ δὲ καὶ τὴν αὐτοῦ αὐτοκράτορος ἐζήτει ὑπεροχήν. *Nam ille quidē* (Seuerus) *necdum Cæsaris nomen Albino dederat; Albinus autem etiam imperatoris fastigium appetebat*. Forte legendum fuerit, ὁ μὲν γὰρ ἤν. *Cæsares* hoc significatu describit *Spartianus in AEl. Ver. 2. designatos augustæ maiestatis heredes*. Insignia huius dignitatis annotauit *Capitolinus in Albino c. 2*, vbi *Commodus* in epistola, qua Albino *Cæsaris* nomen defert, *Sane*, inquit, *vt tibi insigne aliquod imperialis maiestatis accedat, habebis vtendi coccinei pallii facultatem me præsente, & ad me, & cum mecum fueris, habiturus & purpuram, sed sine auro: quia ita & proauus meus Verus, qui puer vita functus est, ab Hadriano, qui eum adoptauit, accepit*. Atque ita videtur Commodus firmare, per quandam exempli emphasin, & allusionem originis, quod *Spartianus in Vero c.2* tradidit, *eum primum Cæsarem appellatum esse*. cuius sententiam amplectitur *Casaubonus*, indeque *Aurelium Victorem* erroris arcessit, qui *in Cæsaribus cap. 13* scribat, *Hadrianum primo nomine tali a Traiano insignitum*. *Victorem* tuetur *Cl. Salmasius* & Spartianum in Vero aliter interpretatur. *Iacobus Gutherius lib. 1 de officiis domus Augustæ cap. 42*, ipsum quoque Traianum iam ante à Nerua designatum *Cæsarem*, auctoritate *Dionis in Nerua*, adstruit. Pace tantorum virorum dicam, quid mihi videatur. Et primo quidem expendendum est, quid *Spartianus in Vero* tradat. Quidquid enim de *Salmasiana* loci suspecti correctione sit, nihil dubitamus, Spartianum hoc velle, *primum Verum Cæsaris nomine appellatum*, argumenta satis valida sunt, quod cum προοιμιάζεται, *& quoniam*, inquit, *de Cæsarum nomine in* HVIVS PRÆCIPVE *Vita est aliquid disputandum, qui hoc solum nomen indeptus est*: tum præsertim, quod iam præmiserat singularis & nouæ designationis notationem, cum diceret; *Cæsarem appellatum, non*

ista-

testamento, vt antea solebat, neque eo modo, quo TRAIANVS est adoptatus. Quæ si coniunctim expendas, & cum loco Capitolini conferas, non patientur latere propositum Historici. Iam videamus, quid *Aurelius Victor* scribat. cum præmisisset Traianum decessisse, *adscito prius ad Imperium Hadriano ciue propinquoque*, subiungit; *Abhinc diuisa nomina Cæsarum atque Augusti, inductumque in Remp. vti duo seu plures summa potentia, dissimiles cognomento & potestate dispari sint. quanquam alii Plotinæ, Traiani coniugis fauore imperium assecutum putent, quæ viri testamento heredem regni institutum simularat.* Hæc postrema particula an concinne cohæreat cum præcedentibus, aliis iudicandum relinquam; hoc tantum adiiciam, ambigere *Victorem* de designatione Cæsaris à Traiano facta. Nisi quis malit illam annotationem de nominibus Cæs. & Aug. ad tempora Hadriani late & παχυμερῶς referre. Quod sicut ego quidem, hac retenta loci serie, non fecerim, ita nondum in animum potui inducere, vt *Victoris* libellos vel satis emendate editos, vel abunde diligenter compositos crederem. Si *Gutherij* argumentum sequendum esset, qui ex *Nerua Dionis* autumat, Traianum *Cæsarem* primo creatum esse, possem eadem ratione dicere, iam sub Galba cœpisse *Cæsaris* dignitatem, quia *Dio* his ipsis verbis vtitur de adoptione Pisonis. *Galba*, inquit, *audito tumultu L. Pisonem, iuuenem nobilem, moderatum, prudentem adoptauit*, καὶ Καίσαρα ἀπέδειξεν, *& Cæsarem designauit.* Vnde apparet, *Historicos verba sui temporis ad priorum temporum descriptionem, quando de eodem aut simili negotio sermo est, accommodare.* Huc adde, *quod Cæsaris appellatio sæpe familiæ potius communionem, quam totam loci secundi formulam notat.* Nam *illam* (vt hoc tertio loco adiiciamus) *per insignia quædam primum in Vero adhibuisse Hadrianus videtur.* sicut *epistola Commodi supra producta* haud obscure innuit. Vide, quæ notauimus *ad Tac. 1 A.3. annot. 4.* De ipso *Seueri sophismate*, quo Albinum imagine potestatis delusit & paulo post subuertit, alibi agitur. Nam hasce notas contrahere, non extendere, est animus.

οὐδέ τι δῖος) *Sylburgius: legere queas etiam* οὐδ' ἦν

neque amplius. Mox pag. seq. διαχῆναι*, tempore* [...]*rito aptius est.*

p. 118. ὡς αὐτὸς οἶδα) *Res 70 annorum parti*[...] *visus auditu*que *partim experiendo cognitas*, sicut ip[...]terpretatur 1, 2, 5. Sed *lib.* 1. *c.* 1. ἑξήκοντα legebatur. Re[...] inquit *Sylburgius: nam fasti etiam ab vltimo anno* [...] *ad primum Gordiani iunioris, sexaginta solum* [...] *numerant. nisi forte vnius adhuc decennii scribere* [...]*riam auctor voluerit.* Ceterum, parem fidem diligen[...]que pari consilio instrumentoque, quanquam impa[...]ctrina & arte, suscepit inter sequioris æui scriptores [...]*gius Phranza Protouestiarius:* qui licet alias annoru[...] periodum complectatur, tamen 70 circiter annis, q[...] ipse vixerit (octogenarius enim accessit ad scribenda[...]storiam) peculiarem fidem pollicetur *lib.* 1 *cap.* 21. *A* [...]*mo*, inquit, *anno post nongentesimum, vsque ad oct*[...]*mum sextum: quæ ex multis præcipua evenerunt, &* [...]*moria digna videbuntur perscribam. Ceterum quæ pr*[...] *immaturam adhuc ætatem meam probe & explorat*[...] *omnia mihi cognita non sunt: quæque ante me natum* [...]*tigerunt partim a fide dignis & eruditis auctoribus* [...]*simus; partim a proceribus aulæ imperatoriæ & cons*[...]*riis, & sapientibus ac prudentibus & senibus audiui*[...] *quæ silentio prætereunda non putauimus.* Atque vti[...] omnia ista haberemus. malo enim profecto exemplo [...]*bus Pontanus* pro integro mutilatum nobis dedit; tale[...] mutilationis caussas attulit, quæ minime satisfaciant p[...] lectori, hiatusque & defectus, itemque eorum mom[...] diligentius consideranti. Quid fieret denique ope[...] historicis, ipsaque rerum memoria, si licentiæ huius ex[...]pla propagarentur? Quid? an publica monumenta ([...] enim censeri non vnas ob caussas debent historiæ prio[...] temporum) priuati hominis arbitrio reformari, au[...] truncari fas & iura sinunt? Iudicent, qui iudicio val[...] nobis enim, quibus obiter querela ista, non iniusta tan[...] vt arbitror, excidit, in viam redeundum est.

IN LIB. III.

3, 1, 120. τῷ μὴ ἔχειν μισθοφόρους καὶ συνεστὸς στρατιωτικόν) Locus huic planè παράλληλος habetur infra 6, 5, 267: οὐ γὰρ δὴ μισθοφόροις χρῶνται στρατιώταις οἱ βάρβαροι, ὥσπερ Ῥωμαῖοι, οὐδὲ στρατόπεδα ἔχουσι συνεστῶτα καὶ μένοντα, πολέμου τέχναις ἐγγεγυμνασμένα. *Neque enim mercenariis militibus, vt Romani, sic barbari vtuntur, neque castra habent statiua, bellique artibus insuefacta.* Est autem itidem de Parthis sermo. Explicantur hæc loca diuersimode. *Quidam* hoc dici autumant, quasi Parthi nunquam peregrino milite vtantur. *Alij* de mercede & stipendiis interpretantur; Parthos non dare stipendia, more Romanorum; sed id cuique stipendii loco esse, quod è præda acquisierit. Mihi *Herodianus* nihil aliud videtur dicere, quam, *non habere Parthos exercitum ordinarium, qui semper in armis sit & ad subita bellorum excubet, sicut in Romano imperio instituerat Augustus*, qua de re Noster supra 2, 11, 103. De *mercede*, aut *peregrino milite* seorsum non videtur cogitasse hoc loco Historicus. Nam μισθοφόροι, *ordinarium illum & semper in armis versantem militem notant, siue peregrinus sit, siue domesticus.* Vide omnino *Dionem* 52 p. 552 & *seq.* Vbi *stipendium* subintelligitur sane, sed hic non primario attenditur. quippe peritia castrensis perpetuo exercitio comparata, cum fortuito illo milite, nec castrorum disciplinam nec vsum militiæ edocto, confertur. Legenda sunt etiam, quæ *infra* 6, 5, verbis jam productis continuantur. Vbi sane annotatur, *non referre alia bellorum præmia Parthos, quam spolia & prædam ex hostibus.* sed nimirum in oppositione ad ordinarium illum perpetui stipendii militem, & de domesticis omnia dicuntur. Nam si peregrino milite vsi essent (quod apud Parthos & eiusmodi populos sua multitudine fretos nec semper nec sæpe olim fiebat) vtique stipendio conduxissent. possetque hic vsurpari, quod *Charidemus* apud *Curtium* Dario ingerit: *Argentum atque aurum ad conducendum militem mitte.* Herodiani ergo consilium est, notare *defectum quendam aut errorem imperii Parthici*, quod nimirum tantum imperium destitueretur *ordinarii*

nariis militibus : quos omnibus Regibus Regnisque commendat *Lipsius* 4 *polit*. 7. & 5 *polit*. 11.

προβλημα ὀχυρὸν νομίζων) Vide quæ supra notantur ad 2, 11, 105.

p. 121. Βυζάντιον πόλιν τῆς ἐπὶ Θρᾴκης μεγίστην) Describitur hic Byzantium paulo diligentius, itaque nec nos abs re sumus facturi, si historiæ vberioris fontes indicemus. Addendum autem est ante omnia, quod ipse *Herodianus infra* 3, 6, 139 de Byzantio amplius tradit, quomodo sc. Seuerus eam vrbem in vici formam redegerit, Perinthiisque in seruitutem adiudicauerit. Vtriusque rei latior illustratio i. e. tam eorum, quæ ad descriptionem vrbis Byzantinæ spectant, quam huius calamitatis, & seruitutis, peti potest ex *Codini origin. Constantinop*. (vbi *annotata* etiam consulenda, *Dion. in Seuero, Zonara tom*. 3. p. 7 & 8. *Strabone* 7. *Eustathio ad Dionys. Perieg*. 2. 804: *Polybio*, 4. *Suida in voc. Byzant*. & *Seuer. Stephano Grammatico voc. Byzant. Tac*. 12 A 62 & 63. *Philostorgio* 2, 9. (vbi notæ *Gothofredianæ*) *Zonara ad Concil. Constantinopol. Canon*. 3. p. 70 & 71. *Theodoro Balsamone ad eiusd. concil. can. eundem. Nicephoro Gregora lib*. 5. *c*. 1. *Georgio Logotheta Chron. Const. pr*. Adde etiam *Dionysii Petauii notas ad epist. Iuliani*. 5. *p*. 326.

πλῶν τε καὶ ἁλιείας) De vectigali Byzantino vide *H. Grot*. 2. *de iur. b*. & *p*. 3. 14, *cum annotatis nouissimæ editionis*.

πεποιημένον μυλίτου λίθου) *Politianus* legisse videtur, μιλήτου. Sed *Sylburgius* ita annotat: *Suidas in* Βυζάντιον, *datiuo casu habet* μυλίτῃ λίθῳ. *e qua citatione hoc etiam cognoscitur, vulgatam scripturam probam esse, nec cum Politiano intelligendum lapidem Milesium, sed cum Brodæo lapidem molarem*.

καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ὕστερον) Aptius ἀκμὴν vel ἰσχὺν legisse *Politianum*, existimat *Sylburgius*.

3, 2, 122. φασὶ δέ τινες ἀποδοθῆναι τὰ τοῦ Νίγρου ὑπὸ Αἰμιλιανοῦ) An dissensui scriptorum, an vero iracundiæ Seueri etiam proditione illa opportuna placari nesciæ tribuimus, quod tradit *Spartianus in Seuero* 8: *Promisit sane Nigro tutum exilium, si vellet: AEmiliano autem non ignouit*.

Sete-

Ceterum prælia Seuerianorum cum Nigrianis per seriem annotauit *Dio*.

p. 123. ἦθος ἦν τῷ Κομμόδῳ κατέχειν τοὺς παῖδας τῶν εἰς τὰ ἔθνη πεμπ.) Mos vere regius, & è præsentioris potestatis consiliis subnatus. cuius vestigia etiam habemus apud *Curtium 7, 2:* vbi Alexander, cum Polydamanta ad interficiendum Parmenionem mitteret, fratres eius vt obsides fidei, asseruat. *Obsides*, inquit, *dum hoc peragis, erunt fratres tui.*

p. 125. ἀρχαῖον τοῦτο πάθος Ἑλλήνων) *Iustinus* 8, 1, 1: *Graciæ ciuitates dum imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt: quippe in mutuum exitium sine modo ruentes, omnibus perire, quod singulæ amitterent, non nisi oppressæ senserunt.* & quæ sequuntur. compara *Tac.* 6, 42, 2

καὶ παρ' ἀλλήλοις συντ.) *rectius fortasse* παρ' ἀλλήλων *Sylburgius.*

3, 3, 127. ἐστασίασαν δὲ πρὸς ἀλλήλας τῷ αὐτῷ ζήλῳ) vide *supr. cap. praced. p. 125.* *ἀλλήλους excusari potest metonymica synthesi. alioqui structuræ lex postulat ἀλλήλας* inquit *Sylburgius.*

p. 128. τὸ τε φύσεως νικ.) *pro* τε *aptius legemus* γε, *vel hoc comma pracedenti praponemus.*

3, 4, 130. ἐπεί φασι καὶ Δαρεῖον Ἀλεξάνδρῳ τὴν ὑστάτην καὶ μεγίστην μάχην συμβ.) Non vltima ista pugna fuit apud Issum, qua Darius debellatus est: illa enim apud Arbela siue Gaugamela accidit. *Arrianus* diserte *historia sexta:* ἐπεὶ καὶ τὴν τελευταίαν μάχην τὴν πρὸς Δαρεῖον γενομένην, καθ' ἣν ἔφυγε Δαρεῖος, οὐδὲ πρόσθεν ἔληξε τῆς φυγῆς, πρὶν ξυλληφθῆναι ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Βῆσσον, καὶ προσιόντος Ἀλεξάνδρου ἀποθανεῖν, πρὸς Ἀρβήλοις γενέσθαι ὁ πᾶς λόγος κατέχει· καθάπερ οὖν καὶ τὴν πρὸ ταύτης ἐν Ἰσσῷ, καὶ τὴν πρώτην ἱππομαχίαν πρὸς Γρανίκῳ. ἀλλὰ πρὸς Γρανίκῳ μὲν, ξυνέβη μάχη ἱππικὴ, καὶ πρὸς Ἰσσῷ, ἡ αὖθις πρὸς Δαρεῖον μάχη· Ἄρβηλα δὲ τῆς χώρας ἐν ᾗ τὴν ἐσχάτην μάχην Δαρεῖός τε καὶ Ἀλέξανδρος ἐμαχέσαντο, οἱ μὲν τὰ πλεῖστα ξυγγράψαντες, λέγουσιν ὅτι ἑξακοσίους σταδίους ἀπέχει καὶ τὰ ἑξῆς. *Equidem vltimum illud cum Dario prælium (post quod Darius fugit, neque fugiendi finem fecit, donec a Besso & sociis esset comprehensus & Alexandro aduentante sine imminente occisus) apud Arbelos commissum esse, communiter*

ter

ter fertur. sicut & illud: quæ hanc præcesßit pugna, ad Isson; & primum equestre prælium, apud Granicum amnem contigisse. Et de Granico quidem res certa est; ibi enim equestre prælium accidit; sed & altera pugna cum Dario apud Isson reuera facta est. Arbela vero, ab eo loco, vbi vltimum certamen Alexander & Darius certarunt, illi quidem, qui plurimum tradidere, sexcentis stadiis abesse; qui minus, quingentis scripserunt. postea nominat locum, *Gaugamela.* Adde locum περὶ Γαυγάμηλα *ex lib.* 3. vbi rursus *pugna Issica,* in qua mater Darii, coniux, liberi capti, Phœniciaque & Ægyptus ei ademptæ sunt, ab vltimo apud Arbela prœlio distinguitur. Videas licet etiam *Radero* & *Freinshemio* notata ad *Curt.* 3, 8, 27. 3, 11, 27. 4, 9, 8. *Dio*, *Cilicias Pylas* nominat, in descriptione loci. quæ omnia planum faciunt, cum quo Alexandri prœlio hoc conferendum sit.

ἐπληθῦναί τε καὶ ἁλῶναι ὑπὸ τῶν ὀρχλῶν ἀνδρῶν, καὶ ὅτι τὰς ἀναβολικὰς νενικηκότων) Ex tali obseruatione spem sibi figurat apud *Laonicum Chalcocondylam lib.* 2 *fine* Paiazetes aduersus Temirem, ἀπό τε τῶν παλαιῶν συμβαλλόμενος, ὡς οὐδέποτε, τῆ γε εὐρώπης, οἱ τῆς ἀσίας βασιλεῖς, ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις περιεγένοντο πώποτε, ἀλλὰ καὶ ὁρμημένους ἐπὶ τὴν ἀσίαν, τῷ τε βασιλεῖ ἀφαιρῆσαι τὰς τῆς ἀσίας ἡγεμονίας: *antiqua repetens & exinde futura colligens; nunquam scilicet ad id tempus victam esse ab Asiaticis regibus Europam; quin potius ex Europa in Asiam progressos, Principatibus Asiæ regem spoliasse.*

p. 131. τὰ γινόμενα θείας.) *rectius* γιγνόμενα, vel γινόμενα: *Sylburgius.*

p. 132: τὰς μὲν φίλους αὐτῷ, καὶ εἴπεις οὐ μόνον ἐκ παραφύλακτος, ἀλλὰ δὲ ἀνάγκης) Qui merito distingui debebant. Vide *Dionem*, vbi *Clenæ* Senatoris apologia, conferenda cum oratione *Terentii* equitis apud *Tacitum* 6. A. 8 & *Amyntæ* apud *Curtium* 7, 1.

ἤγαγε) *aptius*, ἐπανήγαγε. *Sylburgius.*

ὅπως καὶ μάλιστα αἴτιον ἐγένετο μαχιμώτερα ὕστερον γενέσθαι τὰ τῶν ὑπ' ἐκεῖνα βαρβάρων) Deplorat similem euentum circa opes Turcorum auctas *Camerarius op. subsec. cent.* 1. c. 8. ἐπ' ἐκεῖνα vel ἐπέκεινα conuenientius putaret *Sylburgius* & *Schottus*, vt sit, *vlteriorum barbarorum* i. e. transtigritanorum.

fiorum. Mox μόνοις abest ab Ald. & Basil. non male: vt putat *Sylburgius*.

3, 5, 134. τῶν εἰωθότων τὰ βασιλικὰ γράμματα διαγνωρίζειν) Addenda est historia interfecti simili commento Vitaliani, è *lib.* 7, 6. seorsum ad hos tabellarios & has litteras spectant illa: οἷς ἔδωκε κατεσημασμένα γράμματα ἐν πυκτίοις πίναξι, δι' ὧν τὰ ἀπόρρητα ἢ κρυπτὰ ἀγγέλματα τοῖς βασιλεῦσι ἐπεστέλλετο: Si quidem *Politiani* interpretationem recipimus. Insidias in Albinum, amplius vide apud *Capitolin.*

φυλάττεσθαι ἄνδρα ἀπατεῶνα) Conferenda sunt, quæ supra habuimus 2, 14, 114 & 115.

3, 6, 136. οὐ μόλις τις ἢ ἀδελφοῖς γνησίοις μεταδίδωσιν) Si quidem *difficilius est partiri imperium, quam deponere;* vt *Pliniana* sententia habet, *Paneg.* 8.

p. 137. τὸ μὴ ἀμύνεσθαι πρὸς ἀδικούμενον) rectius coniuncte προσαδικούμενον, insuper iniuria lacessitum; vel potius προαδικούμενον *si prior illata iniuria prouoceris. Schottus quoque vel composite, προσαδικούμενον legendum censet; vel ἀμύνεσθαι ὕστερος ἀδικούμενον. Sylburgius.*

p. 139. πᾶσαν τε ἡ πόλις κατεσκάφη) Quæ hic de casu Byzantii vrbis dicuntur, plerique eorum memorant, quos supra adduximus ad 3, 1, 121. Correxit tamen postea suam hanc iracundiam Seuerus multa magnaque erga Byzantinos munificentia. οὗτος γὰρ τὸ ζεύξιππον λουτρὸν ἔκτισεν ἐν Βυζαντίῳ, καὶ τὸ πρῶτον κόσμημα τῷ ἱπποδρόμῳ παρέδωκεν. *Nam hic Balneum, quod Zeuxippum appellabant, Byzantii extruxit, & Hippodromum primus operibus exornauit.* sicut præter *Codinum* aliosque *Theodorus Metochita hist. Rom.* p. 94 annotauit.

προθυμίας καὶ ἀνδρείας τὰ ἐνδόσιμα τοῖς στρατιώταις ἔργῳ δίδως) Adde similem locum supra 2, 11, 162 & seq. Exempla maximorum virorum notiora sunt, quam vt hic conduci debeant.

2, 7, 141. ὡς ᾗ λευκῆς τῶν ὅτε ἱστόρησαν, ἢ πρὸς χάριν) Vide præsertim *Dionem*, qui & ipse tali cautione vtitur in exitu Albini memorando: λέγω γὰρ οὐχ ὅσα ὁ Σεβῆρος ἔγραψεν, ἀλλ' ὅσα ἀληθῶς ἐγένετο. *Non enim refero, quæ Seuerus scripsit, sed rem sicut vere gesta est, exsequor.* Tali dilectu veluti sale condienda est pragmatica historia.

ὡς

ὡς φυγεῖν τε αὐτὸν) *Spartianus in Seuero* 11: *Mu*[...] *interim varie in Gallia gestis, primo apud Trinurtium* [...] *tra Albinum felicißime pugnauit Seuerus, cum quic*[...] *ingens periculum equi casu adiit, ita vt mortuus* [...] *plumbea crederetur, ita vt alius iam pæne imperato*[...] *exercitu legeretur.*

p.142. τὸν δὲ Λαῖτον μόνον, ὡς εἰκὸς, μνησικακήσας δι[...] Et quidem, vt negaret postea, suo iussu interfectum. *Sp*[...]*tianus Seu.*15: *denique cum occisi essent nonnulli, Seueru*[...] *excusabat: & post eorum mortem negabat fieri se iuss*[...] *quod factum est: quod de Læto præcipue Marius Maxi*[...] *dicit.* Quo de more Principum diximus aliquid ad *Tac*[...] A. 6. annot. 3 & 7. Excusat istam cædem Læti Herodia[...] nisi tamen illud, ὡς εἰκὸς, ad confirmationem potius cau[...] siue propositi Seueriani, quam ad approbationem refe[...]mus. Interpretatio esset: *solum Lætum, haud dubie* [...]*mor proditionis & iniuriæ, occidit.* Quanquam si de [...]ti voluntate constitit, nihil caussæ est, quin merito in[...]fectus credatur *Herodiano*.

p. 143. ὡς μηδὲν ταῖς Σεβήρου μάχαις ἢ νίκαις τ[...] βάλλεσθαι) Hic est campus Politicorum, comparandis c[...] Seuero Iuliis, Augustis, Mariis. Neque desunt sane ra[...]nes validæ, per quas Iulii & Augusti gesta præferri Seue[...]nis mereantur. An enim Nigrum, Albinum, Iulianum p[...]feremus Brutis, Cassiis, Pompeiis, Antoniis, quorum m[...]mas opes Augustus debilitauit? Sed *Herodianus* τρεῖς [...]σιλέας, *tres imperatores* à Seuero oppressos præcipue m[...]tur, & in eo præcipuum præcellentiæ talis momentum c[...]stituit. Nam cetera, *de copiarum & pugnarum num*[...] *de nationum motu, de itineribus*, multum disceptati[...] admittent, si quis accuratæ comparationis examen ing[...]diatur. quod hac vice nostri non est instituti. Mox [...] ἄνδρα, *periodus membrorum transpositione perturbata* [...]*detur, & tali quodam modo restituenda*: ἕνα δὲ ἄνδρα, [...] ἐν Ῥώμῃ στρατοῦ σοφίᾳ περιελθεῖν, καὶ τρεῖς βασιλέας ἤδη [...]τοῦτον καθῃρηκέναι, τὸν μὲν ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐλῇ ὄντα· τὸν δὲ [...] ἐν τῇ ἀνατολῇ κρατοῦντα πάλαι, καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων βασιλέα [...]θέντα· τὸν δὲ & *quæ sequuntur. is enim membrorum ordo*

ap[...]

aptam structuræ habet cohærentiam, & cum ipsa historia congruit. Itaque Latini quoque textus membra sic disponenda & interpretanda erunt: sed qui vnus vir Romanum exercitum calliditate circumuenerit, tresque Imperatores iam rerum potientes conuulserit, vnum quidem Palatium iam tenentem; alterum, iamdudum oriente potitum, Imperatoremque à Romanis appellatum; tertium, &c. Sylburgius.

3, 8, 144. κεφαλὴν τῆ Ἀλβίνου δημοσίᾳ ςαυρωθῆναι κελεύει) *Aliquando* ἀνασαυρῦν *dicitur non de hominis viui supplicio, sed de cadauere aut capite hominis vel decollati, vel alio supplicio extincti, quod ignominiæ caussa palo affixum in propatulo collocatur.* Sunt hæc *Casaubon.* verba *in exercitat. ad annal. Baron.* 16, 77 vbi hic ipse *Herodiani* locus, cum aliis plurib. adducitur. Habemus etiam in *Suetonii Cæsare* exemplum (cap. 74) vbi Cæsar *piratas iugulari prius iussit, deinde suffigi.* addenda est rursum nota *Casauboniana.*

p. 145. πάντας τε τὲς Ἀλβίνου φίλους φονεύσας) De illa Seueri in amicos Albini crudelitate toto hoc capite descripta videndi *Capitolinus in Albino* 12, & *Spartianus in Seuero* 12 & 13 itemque *Dio.*

p. 146. καὶ γὰρ ἐ τὸ σιτηρέσιον) Tria potissimum indulta militibus à Seuero, annotat Historicus. Nos, ne prolixi simus, ad alios lectorem remittemus. Ac de *frumento* quidem videatur *Contarenus de frument. largit. p.* 53: *de anulis Lips. mil. Rom.* 2. 9 & *Kirchman. de anul. c.* 15: *de mulieribus* rursus *Lips.* 5. *mil. Rom.* 18.

καὶ πρῶτός τε ἐκεῖνος) Non immerito tam diligenter obseruat *Herodianus* tempora & interualla laxatæ corruptæque disciplinæ: quia arma, vbi à recto tenore paulatim desciuere, ad extremum oppressere rempublicam, vt ex verbis & quasi vaticinio *Val. Max.* 2, 7 hoc dicam; qui pro vnico *stabilimento imperii* rectissime agnoscit disciplinam. Adde *supra* 2, 6, 85 & 86.

ὧν μὲν ἐπιστολαὶ προσηρμίζων) *Capitolinus in Albino* 12: *Denique cum apud Lugdunum Albinum interfecisset, statim litteras inquiri iussit, ita vt inueniret, vel ad quos ipse*

ipse scripsisset, vel qui ad eum rescripsissent, om... quorum epistolas reperit, hostes iudicari ...
Quanto mitius & rectius Octauius Cæsar, post ... Pompeium, γραμματεῖα ὅσα τῆς στάσεως σύμβολα ... *belli tempor. vltro citroq; missas exussit*, men... p... ἐμφυλ. p. 746. Cuius moderationis scilic... à patre Iulio didicerat, de quo *Dio fine* 41: ἀμέλ... μάλιστα ἀπέδειξε τὰ ἐν τοῖς τῆς Πομπηΐου κιβωτίοις εὑρεθ... τήν τε πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν καὶ τὴν πρὸς ἑαυτὸν δυσν... οὔτ' ἀνέγνω, οὔτ' ἐξεγράψατο, ἀλλ' εὐθὺς κατέφλεξεν ... ἀπ' αὐτῶν δεινὸν ἀναγκασθῇ δρᾶσαι. *Quippe & ... Pompeii scrinius litteras repertas, ex quibus ... erga Pompeium studium vel erga se odium d... potuisset, neque legit, neque descripsit; sed statim ... ne propterea quidquam in quenquam consulere... gereretur.*

p. 147. πάντας τοὺς ἐξ ἴσ) *si copulatiua ... (πλεῖστοι τε translata post* πάντας *hic collocetur... membrorum coherentia.* πάντας *autem latius ex... tur etiam ad exteros senatores. & senatum iis ... non Europæis duntaxat, sed etiam Asianis part... tissi, docet infra Seueri filiorum de imperii diuis... tatio.* Sylburgius.

τὸ δ' ἀληθὲς, ὑπερβαλλούσης ἐν αὐτῷ φιλο... Auaritiæ caussa multos sub specie vltionis inte... *Dionis* ergo assertio non est prorsus audienda; q... *Seueri fini* scribit: χρηματιστὴς ἐξ ἄπαντος τρόπου, ... οὐδένα τούτων χάριν ἀπέκτεινε. *pecuniam omnibus ... gebat, nisi quod neminem diuitiarum caussa o...*

ὡς γὰρ καρτερίᾳ ψυχῆς καὶ ἀνεξικακίᾳ πόνο... *pra* 2, 11, 102. 2, 14, 113. 3, 6, 139.

τῷ μέντοι δήμῳ ἐπειρᾶτο ποιεῖν κεχαρισμέ... hæc popularitas; cum artibus & consiliis tyra... iuncta est: dum iniurias aliis factas beneficiis i... mere conantur. Lusit hunc ludum Tiberius i... quam; qui populo vt cani latranti, offam obii... ties rumores aut inuidiam suæ crudelitatis vela... Nemo veterum grauius de illa fraude locutu...

Panegyrista cap. 28. Lege & pondera. Quid enim exscribam illum Auctorem, qui in omnium manibus esse debet?

p. 148. ἀγῶνας δὲ αὐτοὺς ἐκάλουν, ἀκούοντες τριῶν γενεῶν διαδρ.) De *Ludis sæcularibus* diligenter exposuit *Zosimus lib. 2. principio, & Censorinus de die natali c.* 17. Ceteros annotauit & explicauit doctissimus *Onuphrius Panuinius libro de ludis sæcularibus singulari*. Quid apud Nostrum per τρεῖς γενεὰς intelligendum sit, varie disputant. Ille ipse *Onuphrius*, ætatem siue γενεὰν *Herodiani* ex Herodoto interpretatur XXXIII annos & IV menses. ita euaderent illi CX anni quos ex commentariis XVvirorum astruit, itemque *ex Horatij carmine sæculari*, vbi *Vndenos decies per annos* legitur. quanquam iam olim *Ludouicus Viues* ad *Augustin. de ciu. Dei* 3, 18 monuit legendum, *Vt denos decies per annos*, quæ correctio etiam *D. Heinsio in editione Horatiana* placuit. Existimo, etiamsi certum fuisset quod de CX annis traditur, tamen multos scriptores passim rotundo numero centenario vti maluisse. atque hinc diuersitas illa. De *Herodiano* ne dubito quidem, præterpropter eum centenariam periodum notare voluisse. Vocem quippe γενεὰν non notare definitum numero tempus, vel ex *Censorino* animaduerti potest: qui γενεὰν *ab Heraclito & Zenone tempus triginta annorum*, ab aliis XXV *annorum vocari* scribit. vbi notas *Henrici Lindenbrogij* vide. τρεῖς ergo γενεαὶ, sæculum i. e. centum circiter annos notant, sicut collatis cum *Herodiano Herodoti lib. 2. Clem. Alexandrini* locis probari potest. Qui accurate numerare volunt, nunquam expedient se ex hac voce. Adi, si tanti est, *not. Velleianas ad* 1, 2, 1.

3, 9, 148. τοὺς τε παῖδας αὐτοῦ κοινωνοὺς τῆς βασιλείας καὶ αὐτοκράτορας ἀποδείξας) *Spartianus in Seuer.* 16. postea demum ad participatum imperii admissum alterum è filiis memorat; nempe postquā Seuerus emeruisset nomen Parthici, *ob hoc etiam filium eius Baßianum Antoninum, qui Cæsar appellatus iam fuerat, annum XIII agentem, participem imperii dixerunt milites. Getam quoq; minorem filiū Cæsarem dixerunt, eundem Antoninum, vt plerique in litteras tradunt, appellantes.* Ad quæ verba *Casaubonus* annotat: *factum*

hoc esse quinto, vel, vt alii sexto imperii Seueri a... tempore duos numerari cœpisse Augustos, Seueru... & Antoninum filium; deinde accessisse tertium... filium Getam: quem multo ante Cæsarem appella... gustum nuncuparit Seuerus, octauum annum... vel ad summum nonum. *Atque hæc*, inquit, ... *perii* triplex virtus, *hi illi tot Augusti quos laud... lianus in florida de Pallio. nimis enim errant, qu... lum locum interpretantur: Nobis nullum vn... dubium, quin ille liber à Tertulliano fuerit scri... post confecta ciuilia bella, Seuero & duobus filiis ... bus.* Apparebit ex sequentibus, cur integram ... notam adscripserimus. *Iacobus* enim *Gutheri*... to de offic. dom. Aug. commentario lib. 1 cap... *Getam vsquam Augustum & imperii consorte... nisi post mortem Seueri.* idque ex fastis consular... teribus nummis adstruit. adeoque verba *Ter... pall. cap.* 23 *& triplex imperii virtus, Deo tot ... vnū fauente*, non de Seuero, Bassiano, & Geta, se... ita accipit, *quod Albinum, Nigrum & Iulianum ... rit. Vere*, inquit, *triplici virtuti Seueri tribuit... imperium afferentes; sua virtute profligauit; t... in vnum fauente Deo, quod est; Dei benignitate ... Augustis; in vnum Seuerum potestate imperii ...* mat dicta auctoritate *Herodiani*, qui itidem ... Seuerum admiratur, ἕνα ἄνδρα τρεῖς καθελόντα ... κρατοῦντας: sicut *supra cap.* 7. *huius libri* legim... dicam, totus orationis genius repugnat huic e... quæ nimis πειλέγως quærit sensum in verbis, ... inuenit. Quis *triplicem imperii virtutem* L... tet; quia vnus tres deuicit: Phrasis ipsa in con... titur, neque nisi obtorto collo huc conuerti p... quid est, *Deus fauet tot Augustis in unum*? A... fex poterit exsculpere, *tot Augustorum vim in v... fert*? quomodo ergo illis fauet Deus, si vni da... ademit? nonne res & locutio tota reluctantur. ... Herodianum attinet, locus hic est consideratu d... Phrasis clara est, κοινωνὸς τῆς βασιλείας καὶ αὐτοκ...

δεικνύναι. interim si proprie capiamus, nec cum tempore, nec cum ceteris scriptoribus conueniet. *Spartianus cap.* 14. de hoc tempore, quo Seuerus ante bellum Parthicum in vrbe moratus est, hoc tantum refert: *quod Cæsarem Baßianum filium, Antoninum a Senatu appellari iußit, decretis imperatoriis insignibus* de quibus supra dictum est, itemque, *quod Getæ minori filio togam virilem dederit*, & mox; *quod filios consules designauerit.* Quæ haud dubie illuc spectant omnia, vt filios ad rudimenta & auspicia imperii proferret. Et si quis laxius capere *Herodiani* locum vellet, res confecta esset. Certe de proposito hoc studioque Seueri iam antea *cap.* 5 huius libri prædixerat, quod voluerit nimirum πᾶσαν τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων εἰς ἑαυτὸν ϗ τοὺς παῖδας μεταγαγεῖν ϗ βεβαιῶσαι.

πρόφασιν ποιούμενος τὴν Βαρσηνίου Νίγρου πρὸς φιλίαν) *Spartianus Seuer.* 15: *Erat sane in sermone vulgari, Parthicum bellum affectare Septimium Seuerum, gloriæ cupiditate, non aliqua necesßitate ductum.* Prætextum tamen quærit, quem Herodianus indicat, frequentem sane & opportunum belligerandi cupidis.

p. 149. ὁ Ὀσροηνῶν βασιλεὺς Αὔγαρος) *Spartianus* 18: *Persarum regem Abgarum subegit. Victor in Cæsarib.* 21 *auxit imperium, subacto Persarum rege nomine Agarro.* Duplex vitium, in nomine *Agarri* scilicet, & quod *Persarum regem*, vocat; quod ad *Spartianum* iam *Casaubono* notatum. *Henricus Valesius in not. ad excerpt. Peiresc. p.* 101. ostendit: Ἄγβαρος siue Ἄκβαρος legendum esse. Ceterum quomodo se is *Agbarus* postea gesserit, quoque fato functus sit, vide *in excerpt. Peiresc. p.* 746. *&* *in not. Vales. p.* 109.

Ἀδιαβηνῶν χώραν) *Spartianus* 18: *Adiabenos in tributarios coegit. Arabes in ditionem accepit. Victor: neque minus Arabes, simul vt adortus est, in ditionem redegit, prouinciæ modo. Adiabena quoque, ni terrarum macies despectaretur, in tributarios concesßisset: Ob hæc tanta Arabicum, Adiabenicum & Parthici cognomento Patres dixere.* Quantum ad verba, *Sylburgius* ita annotat: *rectius forte, τὴν τῶν ποταμῶν μέσην, τὴν τε Ἀδιαβηνῶν χώραν:* aut

faltem, τὴν τῶν ποταμῶν μέσην γῆν, καὶ τὴν Ἀδ. χώραν autem illa significatur ἡ μεσοποταμία.

πλῆθος ἀνδρῶν τε τοξοτῶν ἀκμάζουσι) *Sylb... transposita copula legit, πλῆθος τε ἀνδρ. τοξ. sed for... scripsit, πλῆθος τε τῶν ἐπιτηδείων καὶ ἀνδ. τοξ. ἀκμ... tantum sagittariorum sed etiam annona cop... Atra significarit.*

φέρει γὰρ πόας εὐώδεις) Hæc enim *odorum nobilis regio*, vt loquitur *Curtius* 5, 1, 11. Res è... obuiæ peruulgatæque notitiæ.

Τὰς Ἄτρας ἐπολιόρκει) *Dio* inprimis dil... scribit huius obsidionis seriem casusque.

p. 150. σκεύη τε πληροῦντες πτηνῶν) Eiusm... strategematis Annibal Eumenem vicit; memora... 32, 4, 6 & 7. & *Nepote* 23, 10 & 11. itemque *Front...*

p. 151. νικᾶν γὰρ πάντοτε ἐν ταῖς μάχαις ε... *Aurelius Victor in Cæsarib*, 20: *Nullo congressu... discessit.* Rara laus, quam Hannibali etiam tri... 23, 1, 2: *quotiescunque cum pop. R. congressus es... semper discessit superior. & cap. 3, 3: quacunque... cum omnibus incolis conflixit, neminem nisi v... misit.*

p. 152. τῇ παρθυαίων νίκῃ κεκόσμητο) Vic... *num Seuer.* 16. qui tamen confundere videtur,... Atrenis acciderunt, cum iis quæ apud Parthos ge...

τάς τε πράξεις μεγαληγορῶν) *Stephanus*: τὰ... *Sylburgius: si post δήμῳ interpungas, τε in γε tra... non opus erit.*

προσηγορίαν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τῶν κεχειρωμένων)... mus antea ex *Victore*. cui addendus *Spartianus* ci... *nominato*. Crebra eorum cognominum mentio... *ptionibus* apud *Onuphrium* & *alios*.

3, 10, 153. νικηφόρος ὑπεδέχθη) *Politianu...* ad verba Scriptoris respiciens, quam ad festiuitate... vertit: *Vrbem dein triumphans inuectus est.* S... distincte, in *Seuero* 16: *Parthicum deferentibus f... bus triumphum; idcirco recusauit, quod consistere... affectus articulari morbo non posset: filio sane con...*

triumpharet. cui Senatus Iudaicum triumphum decreuerat, idcirco quod & in Syria res bene gestæ erant à Seuero.

τὰ ἔθη διεφθείροντο) Tali vi sententiæ *Tacitus* de Nerone 13 A. 3, 7: *Nero prioribus statim annis, viuidum animum in alia detorsit; celare & pingere, cantus aut regimen equorum exercere &c.* addenda sunt, quæ *Noster* supra de prouido *Marci* metu annotauit. qualia scilicet semper in animis eorum debebant esse, ad quos aliqua educandæ sobolis Principalis cura pertinet. In præcedentibus *Sylburgius* mallet inserta copula, ὑπό τε τῆς ἐν ῥώμῃ τρυφῆς.

δι' ὀρτύγων μάχας καὶ ἀλεκτρυόνων συμβολάς) Egit de spectaculis eiusmodi gallorum præsertim certantium Nobilissimus *Caspar Barthius aduers. lib. 2. cap.* vlt. quod ad oram *Codicis sui* amice mihi donati opportune annotauerat *Amplissimus vir Io. Georgius Styrzelius*: qui illustri magnæ antiquæque virtutis exemplo tractandæ reip. curas honestissimo optimorum studiorum laxamento interstinguere subinde solet.

p. 154. συνέκρουον δὲ αὐτοὺς ἑκατέρωθεν οἵτε κόλακες καὶ οἱ θεράποντες) Ita solent in dissidio Principum aut familiæ Principalis. *Tacitus* 2 A. 43, 8: *diuisa namque & discors aula erat, tacitis in Drusum aut Germanicum studiis. Tiberius vt proprium & sui sanguinis Drusum fouebat: Germanico alienatio patrui amorem apud ceteros auxerat; & quia claritudine materni generis anteibat, &c.* Illud tamen bonum eius temporis singulare fuit, quod ipsi *fratres egregie concordes & proximorum certaminibus inconcussi* mansere. Vide apud *Cantacuzenum lib. 1.* quomodo aulici se gesserint in dissidio *Andronicorum.*

τοῦτον τὰ μὲν πάντα τῆς ἡλικίας ὑπερέβη) Diligenter descripsit ea quæ ad Plautiani historiam pertinent, *Dio.* Habuimus iam supra talia exempla in *Cleandri* & *Perennis* potentia, artibus haud bonis in id fastigii euecta, vnde præcipitata ostenderet, nullas cuiquam scelere partas opes diuturnas esse. Egit de casibus eiuscemodi magnorum Aulicorum *generosissimus Baro Enenkelius* in libello, cui *Seiani* titulum dedit. adde *Lipsii ad 3 polit. 11 notas.* Pro, ὑπερέβη πάντας αὐτοὺς, *Sylburgius* mallet, ὑπ. τ. ἄνδρας, *vt sequens* καὶ

 signi-

significet etiam. Mox pro, πρὸς γένος, genit
γένους.

p. 155. τούτου τὴν θυγατέρα ὁ Σεβῆρος ζε
Infelix nec pro cetera Seueri prudentia repertum
Nam hoc vel maximum prauæ ſpei cupidinisqu
ritamentum eſſe ambitioſis animis ſolet, cum
inſuper obtruſa inuito filio vxor nullam captata
dinis fiduciam ſponderet, facileque proſpici p
apud concordes vincula caritatis eſſe ſolent, *in*
irarum apud infenſos fore, vt eſt apud *Tacitum*
In præced. φοβερώτερος τῶν πώποτε ἀρχόντων γενο
burgius τὸ, ἀρχόντων, reſtringendum putat ad τ
ἐπ i. e. præfectos.

ἀλλ᾽ ἦν τε ἐκράτει) *Stephanus: perſuaſum*
ἀλλ᾽ ἦν, *ſed* ἀπειλῶν *Herodianum ſcripſiſſe.*

3, 11, 156. δρᾶσαί τι μᾶλλον φθάσας, ἢ πα
quæ notauimus *ſupra p.* 375 *ad* 1, 10, 32.

ἔν τε τοῖς δευτέροις ὑπατεύσασιν ἐτέλει)
piendum hoc eſt de *Honorario Conſulatu*; ſed
tenuerit locum qui daretur iis, qui ſecundu
fuiſſent, quique Honorarios omnes antecedere
notat *Iacobus Gutherius de offic. dom. Aug. lib.* 1 *c.*

p. 159. ἔθος γὰρ τοῦτο τυραννικὸν) Diximu
libellis & fatalibus codicillis *ad* 1 *A. Tac.* 6, *ann*
miano Marcellino dicitur *letalis formula* 14, 2.

3, 12, 160. καὶ κελεύσαντος αὐτοῦ) *Sylbu*
expungenda eſt καὶ, *vel ea in* καὶ *verſa*, legendum
σαντος αὐτοῦ.

οὐκ εὐθέως ὁ Σεβῆρος ἐπίστευσεν Fato quo
que regni fieri talia animaduertas: ſuntque pr
rumque vt odii ita amoris tenaciores quam par
eſt Tiberii exemplum; in cuius animo Seiani
peruicaciter inſederat, vt *quamuis exitioſa ſuad*
cum fide audiretur. Tac. 4 A. 59, 5. Adde *Tra*
nium Suram affectum, *Dioni* deſcriptum *in Tr*

p. 162. ἡμέτερον ἤδη ἔργον) *Sylburgius:* ὑ
A. & P. legendum eſſe, ipſa orationis dictat ſer

p. 163. ἐπείγεται καιροῖ) *Sylburgius: b*

conuenientius legerimus ἐπήγετο *seu* ὑπήγετο *adducebatur, flectebatur.*

p.164. ὑπὸ μισθίων ὕβρ.) *Sylburgius* mallet cum articulo, ὑπὸ τῶν μισ. Mox pro ζήσας conijcit ζέσας à ζεῖν feruere. Subinde: *Memm. l.* ἀπλέτῳ ὑπηρεσίᾳ, *immenso vsus seruitio. Sed verior est Stephani lectio,* ἀπίστῳ ὑπηρεσίᾳ. *quia scilicet à Saturnino, quem sibi omnium fidißimum pollicebatur, fuit proditus.*

p.3,13,164. τὼ ἄρχοντας δύο τῶν στρατοπέδων κατέστησεν) Vide quæ *supra* notamus ad 1,9,30. Quibus adde *Iacob. Guther. de offic. dom. Aug. lib. 2. cap.* 4 & 5.

p.165. ἄπαισι γὰρ ἤθελε τοὺς παῖδας τ. ἐν Ῥώμῃ διαίτης χρηστῆς ἀπολαύειν) Magnopere gauisus est Seuerus sobole imperio destinata; omnemque in educando curam adhibuit; sed frustra. vnde hac occasione locum communem texit *Spartianus in Seuero* 20 & 21: *neminem prope magnorum virorum optimum & vtilem filium reliquisse.* Subinde, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, *Politianus legit,* υἱόν. *Sed* ἀδελφὸν *agnoscit etiam Epitome Dionis, nec eam ex alio prolem suscepisse probabile est: multo minus ex Antonino, qui nec lecti eam, nec laris consortio dignatus est.*

p.166. μύθων τε ἀρχαίων καὶ δραμάτων) Talia persecuti sunt ex Græcis antiquis Latinisque, qui *Thebaidas, Thyestes, Atreos, Pelopidas* scripsere. quorum catalogum consignauit *Martinus Antonius Del Rio ad Senec. Thyest. & Thebaid. Spartianus in Seuero* 21 etiam hoc tradit: *ipsum iam ægrotantem diuinam Sallustii orationem qua Micipsa filios, ad pacem hortatur, misisse filio maiori.* In quo facto aliquid eius moris agnosco, quem Augustus vsurpauit, teste *Suetonio* 89: dum *præcepta & exempla publice vel priuatim salubria ex vtriusque linguæ auctoribus ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercituum prouinciarumque rectores, aut ad vrbis magistratus plerumque mittebat: prout quique monitione indigerent.* Facta Augusti æmulari solebant secuti Principes, vt quisque eorum eximius videri voluit.

πάντα ἐδείκνυε χρημάτων πλήρη) *Stephanus* mallet πάντας (νεὼς sc.) & πλήρεις. Sed neutra hæc ferri posse, recte

 osten-

ostendit doctissimus *Sylburgius.* Mox, post
sertum vellet οἴκοι. nescio an opus sit.

τοσαύτης μὲν οὔσης οἴκοι περιουσίας) Non pec
sed annona quoque abundante. vide *Spartian*
saub. nota. *Dio:* κατέλιπε δὲ πάμπολλα ἐπιτήδει
διαριθμήτους τινὰς μυριάδας δραχμῶν καταλέλοιπ

ὡς ἀφειδῶς καὶ δαψιλῶς τοῖς στρατιώταις χορ
improbior eius vox directa oratione expressa a
Dionem: ὁμονοεῖτε, τοὺς στρατιώτας πλουτίζετε, τῶν
καταφρονεῖτε. de qua diximus ad *Tac.* 1 A. 2. *ann*

πλὴν οὐδὲν ὄφελος τούτων πάντων) Non
sunt hic ipsa *Seueri* verba, quæ *Spartianus* 23 an
mum imperium Antoninis meis relinquo, si bon
becillum, si mali.

p. 167. ἔργασοι τῶν κολακευόντων ἀνθρώ
πους) Repetenda sunt, quæ supra dixit *Herodia*
vbi quædam annotauimus.

3, 14, 67. φύσει μὲν φιλόδοξος ἄλλως ὤν
intima & vera caussa huius expeditionis: & de
affectum Seueri Noster *supra* 3, 9, 148. Lo
postea similem cupiditatem explevit *Antonin*
10, 201. Summam expeditionis reportatumqu
nomen *Spartianus* 18 memorat. addenda sun
Xiphilinus ex Dione excerpsit, vt per membr
huic capiti accedat. nec enim operæpretium
tiens particulatim singula conferre.

p. 169. ἀπράκτους ἔπεμψε) *Sylburgiu*
forte omissa est præpositio ἀπὸ, *quia peius sonui*
tio ista, ἀπράκτους ἀπέπεμψε.

τὰ δὲ σώματα στίζονται) γραφαῖς ποικίλων ζα
Auctorum locus de Britannis huc accuratiu
quam *Solini, cuius c. 22. fine* hæc leguntur verb
partim tenent barbari, quibus per artifices pla
ras, iam inde a pueris variæ animalium effig
rantur, inscriptisq́; visceribus hominis increme
ti notæ crescunt: nec quidquam mage patienti
nes feræ ducunt, quam vt per memores cicatrice
fuci artus bibant. vide *Cl. Salmasio* annotata

Meminit & *Seruius ad 4 AEneid.* illud: *pictique Agathyrsi. Picti,* inquit, *non stigmata habentes, sicut gens in Britannia, sed pulcri,* &c. Quod de hoc quidem loco capiendum est, nam alias *pictos* ipse exponit, *stigmata habentes,* ad illud *Georg. 2, pictosque Gelonos. Solino, inscriptio,* eadem notione modo vsurpabatur. Congessit de Britannis aliquam multa *Barthius animaduers. in Rutilii Itiner. lib.* 1 v. 499. sicut etiam laudatus nobis antea vir Amplissimus *Io. Georgius Styrzelius* suo codici adscripserat. Ceterū qui cum *Herodiani* loco *Cæsarem* cōferunt *lib. 5. bell. Gall.* 14. (quod multi faciunt, præsertim qui notas in eum scripserunt, *Ioh. Rhellicanus, Aldus Manutius, F. Hotomannus, P. Ciacconius, I. Glandorpius, alique*) nescio an recte sentiant, *vtrique scriptore de eodem more sermonem esse. Cæsar* enim nullius varietatis meminit, sed totum corpus vno vitri pigmento sine vllis formis figurisque notari ait. Verba sunt: *omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod cæruleum efficit colorem: atque hoc horribiliore sunt in pugna aspectu. Græcus Metaphrastes* ita exprimit consilium finemque huius moris: ὥστε ἐν ταῖς μάχαις καταπληκτικώτατοι τὸ θέαμά εἰσι. Cui consilio simile est, quod *AElianus in var. hist.* 6, 6. *de Spartanis* tradit: φοινικίδα δὲ ἀμπέχεσθαι κατὰ τὰς μάχας ἀνάγκη ἦν· εἶχεν δὲ τὴν χρόαν καὶ σεμνότητός τι, πρὸς ταύτῃ γε μὴν καὶ τὴν ῥύσιν τοῦ ἐπιγινομένου αἵματος ἐκ τραυμάτων εἶχε μᾶλλον ἐκπλήττειν τοὺς ἀντιπάλους βαθυτέρας (an βαρυτέρας) τῆς ὄψεως γινομένης, καὶ φοβερωτέρας μᾶλλον. *purpureo sago vti necesse erat in præliis, vt & color aliquid grauitatis haberet, & præsertim, vt sanguis ex vulneribus purpuræ superfusus hostes grauiore ac terribiliore aspectu perturbaret.* Locum Cæsaris diligenter explicauit *Cl. Salmasius ad Solin. l. d.* De lectione loci *Sylburgius: fortasse,* γραφαῖς ποικίλαις καὶ ζώων παντ. εἰκόσιν.

p. 171. ὥστε πάντα Ῥωμαίοις ἐναντία, πλείονα παρέχε τῷ πολέμῳ τὴν διατριβήν) Nec moram modo, sed damna Romanis ingentia dedere, sicuti ex *Dionis Seuero* intelligi potest.

3, 15, 171. ἀνέπειθέ τε ἰατροὺς καὶ ὑπηρέτας κακουργῆσαί τι) Impius parricida iam antea bis patris vitæ insidias struxerat; quas *Dionis* historia refert.

ἐνδοξότατα βιώσας, ὅσον πρὸς τὰ πολεμικά.) Vide su
3, 7, 143.

p. 172. βασιλεύσας δὲ ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν) Spartia
19: periit Eboraci in Britannia subactis gentibus quæ
tanniæ videbantur infestæ, anno imperii decimooctauo, m
bo grauissimo extinctus iam senex. Dio regnasse ait, an
XVII, menses VIII. dies III. Vnde apparet Herodian
numero rotundo vsum; quod & Victor fecit & Nicepho
Callistus, aliique. Theodorus Metochita, annos XVII,
dem præterpropter ponit.

χρήματά τε αὐτοῖς καταλιπὼν ὅσα μηδεὶς πώποτε) D
mus supra ad 3, 13, 166.

p. 173. μεμνημένοι δὲ τοῦ Σεβήρου, καὶ ὅτι ἀμφοτέρους)
de etiam postea pars militum apud Albam, Getam occis
ægerrime accepit, dicentibus cunctis, duobus se fidem
misisse liberis Seueri, duobus seruare debere. &, quæ sequ
tur in Spartiani Antonino Caracallo c. 2. id quod repet
in Eiusdem Antonino Geta c. 6.

IN LIB. IV.

4, 1, 175. ἐν τῷ νεῷ ἔνθα Μάρκου τε καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ β
λέων ἱερὰ μνήματα δείκνυται) Spartianus c. 24 vrnam aure
(nam corpus, vbi mortuus erat, crematum est) Anton
rum sepulcro illatam ait. & cap. 19. dixerat: Illatum se
cro M. Antonini. pro vrna aurea, Herodianus κάλπην ἀ
βάστρου, Dio ὑδρίαν πορφυροῦ λίθου habet, quod obiter n
De sepulcro consentit Dio, εἰς τὸ Ἀντωνινεῖον ἀπετέθη. An
autem Seuerus monumentum Septizonij specie & non
sibi ipse viuus ornauerat? Ita Spartianus in Geta c. 7.
que tradunt. Respondet Casaubonus: Antoninorum
pulcrum, & Septizonium Seueri eiusdem Mausolei
tes fuisse, eaque communiter ab Herodiano βασιλέων
μάτων vocari.

4, 2, 176. ἔθος γάρ ἐστι Ῥωμαίοις ἐκθειάζειν βασι
τοὺς ἐπὶ διαδόχοις παισὶ κτλ.) Præclara egressione desc
hic Herodianus, ritum consecrationis, nulli apud ve
tam fuse descriptum. Nam Dio in Seuero breuius id

cuius expositio tamen omnino cum hac conferenda est. vt & consecratio Augusti apud *Dionem*. 56. Vide etiam quæ de ritu toto collegere *Io. Kirchmannus* de funerib. Rom. *lib*. 4. *cap*. 13. *Onuphrius Panuinius comment. in lib*. 2. *fast. ad ann*. CMLXIIII, vbi etiam *Catalogus consecratorum*. Quod doctissimus *Kirchmannus* Herodianum erroris arcessit, quasi non recte diceret, *Principes eos consecrari, qui superstitibus filiis aut successoribus moriuntur*: ea reprehensione nihil opus esse videtur. Nam *Herodianus* ad originem respicit & exempla: dum ab initio *Augustus Iulium, Tiberius Augustum, Nero Claudium, Titus Vespasianum, Domitianus Titum, Traianus Neruam, Hadrianus Traianum, Pius Hadrianum, Marcus Pium, Commodus Marcum* consecrarunt, omnes *filij* sc. aut *destinati successores*. Hæc consuetudo fuit. consecratio feminarum extraordinaria est. vt taceam *Herodianum* hic non loqui nisi *de Imperatorum consecratione*. quæ interim non excludit alias consecrationes, singularibus ex caussis, varioque consilio & arbitrio factas. In præced. cap. hac pagina, ἐκάτερος ὦκει, desiderari χωρὶς, ἰδίᾳ, aut simile quid, *Sylburgius* iam monuit.

4, 3, 180. ἐξ ἐκείνου δὲ ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους) Confer quæ supra leguntur 3, 15 & 4, 1. itemque infra 4, 4. *Herodianus* de industria videtur hoc egisse, vt insanabile inter fratres ex æmulatione regni odium, eiusque interualla, impetus, furores exactius sub conspectum darentur. Præced. cap. hac pagina πάντα δὲ ῥᾷστα ἀνάπλεῳ εὐμαρῶς, *aduerbiorum alterum*, vel ῥᾷστα, vel εὐμαρῶς librariorum vitio irrepsisse, suspicatur *Sylburgius*. Principio huius capitis, οἱ παῖδες ἐς τὸν πατέρα, τὸ ἐς e præcedentis nominis fine repetitum ideoque expungendum idem autumat.

p. 181. μέτριόν τε καὶ πρᾷον ἑαυτὸν τοῖς προσιοῦσι παρεῖχεν) *Spartianus in Geta* 5: *comis etiam habebatur in adolescentia. Victor in Cæsarib*. 20: *Getæ modestiore ingenio frater angebatur.*

p. 182. ἠξίουν διαιρεθῆναι τὴν βασιλείαν, ὡς καὶ ἑξῆς, Quæ hic de diuisione imperii dicuntur, & præsertim de noua duplicique sede imperii, reuocant mihi in memoriam, assertionem eam, qua alibi dixi, *nunquam facile fieri, vt talis*

cogi-

cogitatio feliciter suscipiatur aut perficiatur. It
sertim de *Constantini Magni*, præclarissimi Princ
disputant; qui Byzantium alteram imperii Roma
adornauit, alterumque *occidentale*, alterum *Ori*
cauit imperium. Quod consilium *Zosimus* vehem
prehendit: *Christianorum* autem *plerique*, ce
Principis virtutibus hoc factum siue condonare, si
consilio, de quo mox dicam, comparare solent.
centiores multi magno feruore *Zosimum* argu
quam fide indignum, & infesto in Christianan
nem animo talia effundentem. Equidem quid p
responderit olim in simili negotio *Ioannes Leunc*
omnium notitia versatur. Nos nequaquam id nun
vt patrocinium eius suscipiamus. At vero hanc i
perii diuisionem quod attinet, non tam *Zosimo*,
totius ingenio euentuique & imperii Romani casi
debet. Quid enim opus est de scriptoris aucto
sceptare, vbi res ipsa loquitur? Quo argumento et
tur *Iacobus Gutherius de offic. dom. Aug. cap.* 45.
est tamen omittenda *Christianorum* ratio: Inter c
gni viri & de *Zosimo* male, & de *Constantini* con
bene iudicarunt. Neutrum sine magna caussa. Na
neri trepidiq; multorum fidelium animi inter tot
latrantium & allatrantium paganorum furores
confirmandi erant, ne in Christiani nominis iniuri
dere viderentur, quæ Principibus ipsorum, & pr
Constantino, tanto religionis Patrono, secus fact
rentur: & noua illa Roma, licet imperio Romano
augmenti quam detrimenti caussa esset, sicut vr
æstimanti satis constare potest; admirabili tamen
prouidentiæ cura factum est, vt religioni Christia
pagandæ & per orientem late proseminandæ Const
politana sedes inseruiret. Est interim in eiusmodi
modus. quem an obseruauerit *Pius V. Pontifex*, cu
mæ ac Florentiæ *Zosimi* lectionem interdixit, cum
caussæ eius metus, qui tempore *Euagrii* nonnullos
pridem euanuissent, cuius promptum erit iudicare
Thuanus lib. 1. *comment. de vita sua*, veluti excusar

probrare Pontifici id institutum videtur. Atque hæc obiter cum bona Eruditorum pace, hic interta, suo tempore locoque plenius explanabuntur.

4, 4, 184. ἀπεγνωσμένην τὴν μὲν διὰ [illegible]) *Mutilatum esse locum, ipsa historiæ circumstantia indicat. ac Politianus coniecturam magis, quam Græci textus verba est secutus.* Sylburgius.

p. 185. ὁ δ' Ἀντωνῖνος κατεργασθέντος αὐτῷ τοῦ φόνου) Parricidium hoc & quæ mox inserta sunt, diligenter etiam *Dio in Antonino* descripsit. Nam Spartianus in *Anton. Geta* breui tantum mentione rem perstringit.

ἐς τε τὸν νεὼν ἔνθα τὰ σημεῖα) Addendus est de hoc castrorum templo locus; qui *infra lib.* 5, 8, 251 legitur. De more ipso egit *Lipsius milit. Rom. lib.* 4. *dialog.* 5. & ante eum in eiusdem argumenti opusculo *Henricus Sauilius*, vbi etiam de *Sacello, aquilis* seorsum ap. Auctores tributo. siue quod *aquilarum* appellatio quodam significatu excellentiæ, interdum sola exprimitur, vbi de signis res est; siue quod aquila sacello paruulo inclusa videtur, etiam cum cetera signa sub dio collocarentur. Adde etiam *Lips. in lib.* 2. *Taciti.*

p. 186. νομίσας μᾶλλον ἐβούλετο τὰ πραχθέντα ἢ ἀκούεσθαι) Graui sententia, vt solet, expressit Historicus scelestæ obscuritatis consilium. Sicut etiam postea in senatu *questus est de fratris insidiis inuolute & incondite*, vt *Spartianus* habet *in Caracallo c.* 2. Addit *Dio*: καὶ πρὶν πάντα ἀκοῦσαι, ἐνέφραξε σφῶν τὰ στόματα τοσούτοις καὶ τηλικούτοις ὑποσχέσεσιν, ὥστε μήτ' ἐννοῆσαι μήτε φθέγξασθαί τι αὐτοὺς εὐσεβὲς δυνηθῆναι. *Et priusquam audissent omnia, vt gesta erant, milites, tot & tantis pollicitationibus os illis occlusit, vt neque cogitare neque loqui pium quidquam possent.*

μιᾶς τε ἡμέρας ἀφειδῶς ἐκχέας) Si possent ad altiora mentem attollere, qui pecuniæ cupiditate corrupti, rapinarum magistri sunt & auctores Principibus, quique Principum ipsi sunt rapaces (vide *Plin. panegyr.* 41.) iuberem illos omnis æui exempla intueri, an vnquam quantacumque vis opum per iniurias subditorum malasque artes parta, subsidium regno emolumentumque attulerit? nam id præte-

prætexitur plerumque, ſicut vel ex *Tacit.* 12 A. 7,5. animad-
uertas.

4, 5, 187. ἔλεξε τοιάδε) Eiuſcemodi orationem haud
dubie aliquis eorum principi formauit, qui omne honeſ-
inhoneſtique diſcrimen confundere ſolent, vt dominoru-
vitiis per adulationem adrepant. Id quod eo libentius an-
noto, vt cum adulatoribus aulicis, Papinianum illum, v-
rum ſcilicet grauemque conſultorem, qui ſemper melio-
& præſertim fratrum concordiam ſuaſerat, contendan-
Tradunt enim quidam, *noluiſſe Papinianum dictare ora-
tionem, qua inuehendum erat in fratrem, vt cauſſa ei-
melior fieret, qui occiderat*; quin etiam reſpondiſſe: *Aliu-
eſt parricidium, accuſare innocentem occiſum*. ſiue, vt alio-
rum narratio habet: *Non tam facile parricidium excuſa-
poſſe, quam fieri. Spartianus in Caracallo* 8 (*add. & Seuer.* 2
duplicem narrationem diſtinguit: quam *Victor* confunde-
videtur, *de Cæſarib.* 2. Vterque illud de oratione concinnan-
da refellit, eo quod Papinianus præfectus prætorio fueri-
neque ad eum pertinuerit formare principis oratione-
Quæ ratio tanta exiſtimari non poteſt, vt rem ſtatim p-
refutata accipiamus. Videtur enim Antoninus Papinian-
extra ordinem id voluiſſe obtrudere, primo quidem vt au-
ctoritate tanti viri abuteretur ad velandam ſceleris atroc-
tatem; deinde, vt nolentem volentem quaſi cogeret appro-
bare ea, quæ hactenus magno ſtudio diſſuaſerat; deniq-
ab ingenio eius & eruditione ſingulari facilius forte ſpera-
bat artificia velandi facinoris, ſiue σοφὰ φάρμακα. Fuiſ-
Papinianum appellatum de velando parricidio, *Spartian-*
non dubitat, quidquid ſit de oratione dictanda: magnific-
que hinc elogii materiem ſumit *Iacobus Lectius in grat-*
de vita & ſcript. Papiniani oratione. vbi (quod obit-
noto) μνημονικὸν ἁμάρτημα eſt, cum *Herodianum* pro *Vict-*
re adducit.

p. 188. αὐτὸς γοῦν ὁ τῆς τῆς πόλεως κτίστης Ῥωμύλος-
Diximus alibi (nempe *ad* 1 *A. Tac.* 10 *annot.* 9.) ſolenne e-
nequitiarum ciuilium magiſtris & auctoribus abuti exem-
plorum colore. Ita Caligula apud *Suetonium* 25, rapta
abducta ex alterius matrimonio vxore; *Matrimonium ſi-*

reper-

repertum, exemplo Romuli & Augusti, ait. Nihil vsitatius hodie, quam exempla palam improba, manifestoque etiam gentilium consensu damnata, in præsidium malæ caussæ aduocare. Quinimo (quod nemo cordatus sine stupore referre aut legere potest) ad licentiam facinorum tuendam, aut alios vsus, ipsa S. Scripturarum exempla, quæ Spiritus S. in vtramque partem manifesta censura vel absoluit, vel damnauit, contraria prorsus interpretatione adornantur: quod præsertim impius ille sub pietatis prætextu *Thomas Campanella de Monarchia Hispanica* passim facit. Vnum & alterum ponam: *Israelitas* ait *mancipia factos Eliæ & Elisæi, qui illos imposuerint & deposuerint throno, sicut Consules Romani sacerdotibus suis subiecti fuerint*. Quomodo hoc potest de sanctissimis viris dici, nisi simul ipsis tribuatur ambitio & affectatio maioris, quam pro officio, potestatis? Quod magis etiam apparebit, si, quæ cohærent, leges. Paulo post, Vbi de rebellantium aduersus legitimos reges studiis differit, ait: *Imprudenter & male habitus populus erumpet, & arma in te conuertet, sicut Dauid contra Saul*. Ita Dauidi scilicet rebellionis crimen, à quo cum tam studiose sacer Codex purgat, impingitur. Scilicet hæc sunt commenta nouæ religionis, quam de se (*cap. sequenti 10*) iactitat. Neque annotarem hæc talia, nisi & hodie similia audirem: quibus an maior impietas, an vero S. S. inscitia prodatur, vix discreueris.

p. 189. Μάρκῳ αὐτὸς φιλοσοφίαν καὶ ἐπιείκειαν προσποιούμενος) Inique eum onerari hac calumnia, magna asseueratione contendit *Capitolinus in Vero cap. vlt.* & *Rittershus. in Marco suo*: adde, quæ notauimus *supra* ad, 1, 4, 11. Quæ præcedunt, mutilata, & ita interpolanda putat *Sylburgius*: σιγῶ Γερμανικὸν τὸν Τιβερίου, Βρεττανικὸν τὸν Νέρωνος, καὶ Τίτον τὸν Δομετιανοῦ. Vt, cum è *Dionis Epitoma*, tum è *Zonara cognoscitur*.

4, 6, 190. οὐδεὶς δὲ παρέλιπεν τῶν καὶ μετρίως ἐκείνῳ γνωσθέντων) Totum caput numerandis infestissimæ crudelitatis stragisque generibus destinatur; sed non nisi summatim, vt sic dicam, & aceruatim. Quis enim singillatim referat? cum præsertim *Dio* viginti millia hominum tum occi-

occisa tradat. adde *Spartiani Caracall.* 3 & 4. item *Get.* 6.

p. 191. ὁ δὲ οἰηθεὶς αὐτὸν ὑβρίζεσθαι) Vide omnino *P Panegyr.* 33.

4, 7, 192. τῶν ἔργων συνίστως) *rectius forsan συ ειδότως. Sylburgius.*

εὐθίκτως τε) *Sylburgius: A. & B.* εὐοίκτως, *V Memm. Vertit clementer. sed conuenientior lectio Step nea, præsertim si aduerbium vertatur in nomen* εὐθικ *eamque lectionem confirmant, quæ Dionis epitome refert Suidæ collectanea.*

ἠμφιέννυ) τὰ Γερμανῶν περιβλήματα) Explicat mo Germanorum, & hunc locum *Cluuerius in Germ. an lib.* 1. *cap.* 19.

p. 193. καὶ ξυλίνοις ἐς ποτὸν καὶ ἐδέσματα χρώμεν De *ligneis* poculis, & *pane temere facto*; quem mox r morat Auctor; videndus est *Lips. milit. Rom. lib.* 5. *d log.* 3.

p. 194. τὰ τῶν στρατοπέδων σύμβολα ἐπιμήκη ὄντα) R sum adeunda *Lipsii militia Romana.* Apud *Sueton Aug.* 10 eiusdem elogii nomine commendatur Octau quod *aquilifero legionis suæ grauiter saucio, aquilam meris subierit, & diu portauerit.*

Διὰ δὴ ταῦτα ὡς στρατιωτικὸς ὑπ' αὐτῶν ἐφιλεῖτο) No uimus *supra*, quæ huc pertinent, *ad* 2, 11. 103.

4, 8, 194. εὐθὺς Ἀλέξανδρος ἦν) *Spartianus in racallo c.* 2: *Alexandrum M. eiusque gesta semper in habuit.* Longe autem accuratius ista pleniusque exec tur *Dio*, cuius narratio plane cum *Nostro* conuenit. *Andr Sibottus lib.* 3. *obseru. cap.* 19. collegit nomina eor *qui se Magno Alexandro similes dixerunt.*

p. 195. Πιτανάτην ἐκάλει λόχον) λόχος *apud H carnass. plerumque pro centuria capitur: hic tamen rec fortasse verterimus, Pitanatem cohortem.* Sylburgius.

τῶν ὀνειράτων ἐμφορηθεὶς) *Dio* de terribilibus som & necromanticis sacris refert, quibus animas ex inferis e cauit: quippe vniuersim solitus magis & præstigiatori delectari.

στεφάνοις τε κοσμήσας) Quæ hic *de ſepulcro Achillis floribus ſparſo honoratoque*, & mox *de ventis prece votoque exoptatis*, itemque *de crine ignibus impoſito* habentur, late expoſita eſt videre apud *Io. Kirchmannum in erudito de funeribus commentario.*

p. 196. ἐπῄνει δὲ καὶ στρατηγῶν μάλιστα Σύλλαν τε τὸν Ῥωμαῖον, καὶ Ἀννίβαν τὸν Λίβυν) *Spartianus in Caracallo*, 2: *Tiberium & Sullam, in conuentu plerumque laudauit.* Non modo propter militiam, vt arbitror, ſed & propter crudelitatem.

p. 197. τοῦ θεοῦ χρήσονται ὃν ἐκεῖνοι ἐξαιρέτως) *Eunapius in AEdeſio*: ἡ δὲ Ἀλεξάνδρεια, διά τε τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν, ἱερά τις ἦν οἰκουμένη· οἱ γοῦν πανταχόθεν φοιτῶντες ἐς αὐτὴν πλῆθος τε ἦσαν τοῦ δήμου παρισούμενοι. *Erat Alexandria propter Sarapidis fanum, alter quidam & veluti ſacer terrarum orbis. itaque qui illuc vndique confluebant, multitudinem agminis referebant.* Quo ipſo in loco *Antonini* mentionem facit. Adde *Marcellin.* 22, 41. & quos *G. Io. Voßius* annotauit lib. 1. *theolog. gentil.* cap. 29. f.

ὄργανα πανταχοῦ διακείμενα) Huius luxus Orientalis affectatione *Gallienus ſæpe ad tibicinem proceßit, ad organum ſe recepit, cum proceſſui & receſſui cani iuberet. Trebellius Pollio in Gallieno primo* c. 7. De cetero Alexandrinis *Organa hydraulica* præſertim familiaria ſunt. quippe cum & auctor omnis machinæ hydraulicæ *Cteſibius Alexandrinus* memoretur *Vitruuio lib.* 9. *cap.* 9. & *Plinio* 7, 7. Deſcriptionem organi elegantem Græcam vide apud *Cl. Salmaſ. in Lamprid. Heliogabal. fine.* & *in epigrammate Græco Iuliani apoſtatæ.*

ἀρωμάτων τε παντοδαπῶν καὶ θυμιαμάτων) Egit de hoc more *Briſſonius in erudito de regno Perſico commentario* & *Caſaub. ad Calig. Suetonii.* Adde *infra* 4, 11, 204.

4, 9, 198. πεφύκασι δὲ πως εἶναι φιλοσκώμμονες) Plane, ſicut de Antiochenſibus *ſupra* 2, 10 annotauerat. Vide quæ *Caſaubonus* de Alexandrinis habet ad *Athenæi* 4, 25.

p. 199. πᾶσαν τὴν νεολαίαν εἰς τι πεδίον κελεύει συνελ.) Dio complures eiuſmodi lanienas Alexandriæ factas commemorat, *interfectosq; ſingillatim proceres*, deinde *per dies*

noctesque complures promiscuam cædem continuatam a
Spartianus : Inde Alexandriam petiit : in gymnasium p
pulum conuocauit, eumque objurgauit : legi etiam valid
ad militiam præcepit. Eos autem quos legerat, occid
exemplo Ptolomæi Euergetis, qui octauus hoc nomine app
latus est. Dato præterea signo militibus, vt hospites s
occiderent, magnam cædem Alexandriæ fecit. Exemplu
Euergetis Physconis vide apud *Valer. Max* 9,2. *ext.* 5.

p. 200. μεθ' ἧς εἶχε φρ.) *Schotti msc.* εἶχετο. *quod*
hac significatione minus vsitatum est. Sylburgius.

4, 10, 201. ἐπιθυμήσας ἢ μεῖ' ἐ πολὺ Παρθικὸς κ
θῆναι) Benefactum, quod paulo fusius *hoc & sequenti*
pite describit *Herodianus* facinus crudelitatis & perfid
plenum : quod *Dio* & *Spartianus* breuissime perstring
vetius, quam narrant.

4, 11, 203. καὶ δώσειν τε ὑπισχνεῖτο) *Vt tempore c*
gruant verba, omnino legimus, ὑπισχνεῖται. *pollicetur.* S
burgius.

ὥστε ὑφ' ἑνὶ σημείῳ κελεύσας ὁ Ἀντωνῖνος) Huic exem
perfidiæ addantur illa : *quod Osroenes regem Agbarum*
speciem amicitiæ euocatum in vincula dedisse, atque
eius regno potitus esse ; Armeniorum item regem cum fi
dissidentem specie arbitrii agendi ; non melius tractat
traditur, apud *Zonaram tom.* 2. Volebat tamen inte
generosus & à dolis abhorrens videri, *Fabricium subi*
laudans, quod Pyrrhum dolo necare noluisset, neque ta
abstinens interim, quin gloriaretur, quod Vandalos & M
comannos antehac amicos & socios inter se commisi
Excerpt. Peiresc. p. 756. In *iisdem* acute dicitur *trium g*
tium vitia, ad quas origo ipsius pertinebat, habuisse ; G
lorum τὸ κοῦφον & τὸ δειλὸν καὶ τὸ θρασὺ *vanitatem, timid*
tem, ignauiam ; Afrorum τὸ τραχὺ καὶ ἄγριον *asperitatem*
feritatem ; Syrorum, τὸ πανοῦργον, *vafritiem & nequiti*
cum de bonis interim nihil participaret.

4, 12, 207. οἷς ὡς στρατιωτικὸς δὴ ὁ Ἀντωνῖνος ἔχα
Vnde etiam iactauit, ὡς ὅτι εὐτελεστάτῃ τῇ διαίτῃ χρῆσθαι δ
μενος, *quod tenuissimo victu vti posset,* apud *Dionem.*
tamen satis innuit, fictam frugalitatem eam fuisse.

χλ

χλαμύδιον, ἤ τινα ἄλλην ἐσθῆτα ἀμφιεσάμενον ἀστοτέραν) Nam ipse barbaro vestimenti genere vsus, inde nomen adeptus est, vt *Caracallus* siue *Caracalla* diceretur. Qua de re *Dio, Victor in Cæsarib.* 21. & *in epit.* 21. *Spartianus in Caracall.* 9, vbi *notæ Salmasianæ* videndæ. Adde *Meursii glossar. Græcobarb. in voce* καρακάλλιον siue γαρακάλλιον.

ἔδει γὰρ ἄρα τέλος λαβεῖν τὸν Ἀντωνίνου βίον) Tali sententia *supra* de Commodo dixerat 1, 16, 52: ἔδει δ᾽ ἄρα ποτὲ κἀκεῖνον παύσασθαι μεμηνότα καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τυραννοῦντα.

p. 208. ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖά τε καὶ δαιμόνια πολυπραγμονεῖν) Iam supra mentionem fecimus ex *Dione* huius rei, quod *magis & præstigiatoribus* deditissimus fuerit. Addunt *Excerpta Peiresciana*: εἶχε καὶ τῶν ἀστέρων διαγράμματα, καθ᾽ ἃ ἐγεγόνησαν τῶν περὶ αὐτὸν, παρ᾽ αὐτῶν ἐτεκμαίρετο τόν τε οἰκείως οἱ καὶ τὸν ἀλλοτρίως ἔχοντα· καὶ πολλοὺς καὶ ἐκ τούτων τοὺς μὲν ἐτίμα, τοὺς δὲ ἀπώλλυεν. *quod habuerit descriptas nobiliorum genituras, coniiciens ex iis, quis beneuolo, quis aduerso esset erga se animo. Itaque multos propterea, vel honoribus, vel exitio affecit.* Mox, *Schotti msc.* ἐπιβουλεύοντάς οἱ χρὴ.

ἐπιβουλεύειν τῇ ἀρχῇ τὸν Μακρῖνον) Series historiæ diligenter etiam à *Dione* est exposita; qui in aliquibus variat.

p. 209. κελεύει τῷ Μακρίνῳ ἀποστάντι καὶ ἰδιώσαντι ἐντυχεῖν τοῖς γράμμασι) Consuetudo satis antiqua & in multis regnis vsitata est, vt ad præcipuum aliquem Principis adiutorem (siue is *præfectus prætorio*, siue *præfectus secretorum*, seu quocumque nomine sit) litteræ omnes referantur, isque Principem, argumentis tantum enarratis, lectionis assiduæ & prolixæ onere subleuet. Quanquam non parum sæpe in ea re periculi: quod prudenter considerat *Barclaius Argenid.* 5. *sub persona Meleandri*, qui *potestatem præfecti secretorum animo voluens, non sine horrore cogitabat, quantū ille accerpis legatorum litteris posset. tanquam arbitrum rerum, nihil hunc magis, quā quod placet, Principi referre. in hac vero libertate, quas cum exteris amicitias, si velit, non obruat; aut iniurias atque fraudes præcorruptus non mulceat? Quod si perfidiam, quæ argui posit, prudenti scelere vitabit, at ipsa negotia narrando torquere, ver-*

bisque premere aut eleuare omnia poterit. Addenda su
cetera, quæ ſequuntur prolixius, quam vt huc transfer
poſſint. Sed & de remediis huic periculis opponendis eg
gia cogitatio ſubjicitur. Apud *Tacitum* 4 A. 41. 3. Seian
vt præcipuum momentum rerum nouandarum captar
litterarum magna ex parte arbitrum ſe facere poſſet, *cu*
per milites commearent.

4, 13, 211. ἀπελθεῖν τε εἰς τὸν νεὼν τῆς Σελήνης) Voleb
enim religioſiſſimus videri, licet eſſe homo conſceleratiſ
ſimus. quod *Dionis* Excerpta per aliquot ſchemata eius
imulationis & exempla declarant. De *Luna*, ſiue, ut Ca
reni malebant, *Luno*, *Spartianum* vide in *Caracalla* 6 &
vbi *not. Salmaſ. & Caſaubon.* quibus adde *G. I. Voſſii* The
log. gentil. 2, 5 *fine, cum additis in calce voluminis.*

p. 212. συστρατιώτην γὰρ ἐ κοινωνὸν τοῦ βίου ἀλλ' οὐκ ἄ
χοντα) Quippe cum aliis hominibus hoſtem ſe præbere
ſolis militibus comis erat, teſte *Dione.*

4, 14, 213. ἔμεινάν τε ἡμέρας δύο ἀβασίλευτοι) *Di*
ἔλαβε τὴν ἡγεμονίαν μετὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν. Ergo illud *Ca*
pitolini, cum dicit, *ſtatim arripuiſſe imperium*, cum mo
intelligendum eſt.

p. 214. κοινωνοὶ τοῦ μακρίνου) *Sylburgius* mallet
μακρίνῳ.

ὡς ἀνάγκη ἐ χρείᾳ τοῦ παρόντος καιροῦ) *Capitolinus* vi
fraude inuaſiſſe eum imperium, aliquoties ait. Inter ali
cap. 5: ſed quaſi inuitus acceperat, vt ſunt homines, qui
ea ſe cogi dicunt, quæ vel ſceleribus comparant.

στρατιώτου ἀποβολῇ) *Auctor* συστρατιώτου *ſcripſiſſe vid*
ri poteſt, vt ſupra. Sylburgius.

p. 215. περὶ ὑμᾶς) *rectius forſan* ἡμᾶς. Sylburgiu
περὶ σκαίρως ὡπλισμένον) *Haud ſcio an verius* π. ἤ..
σμένον, *vel* ὡπλισμένον. *quia ſc. Parthus non ſcriptos & or*
dinarios habebat exercitus, ſed cum opus erat, ſubditos coge
bat. Sylburgius.

4, 15, 216. ἀσπασάμενοι δὲ τὸν ἥλιον, ὡς ἔθος αὐτοῖς,
βάρβαροι) Videndus *Lipſius* ad illud *Taciti* 3 *Hiſt.* 24,
Orientem ſolem (ita in Syria mos eſt) Tertiani ſalutauer
In præced. capp. ῥωμαίοις περί που καὶ σύνηθες, Sylburgius legi

p. 217

p. 217. αὐτὶ κάμηλοι μάλιστα) Vsum olim camelorum in militia fuisse apud aliquot gentes, *Vegetius* auctor est *lib.* 3. *c.* 23. vbi *Stewechio* notata vide. præsertim vero adeundus est *Herm. Hugo de milit. equestr. lib.* 1. *c.* 5. ἐξοχαῖς legit Sylburgius. Mox ῥαδίως ἁλισκ' pro ῥᾶστα msc. Schotti.

p. 220. θανάτε τε αὐτοῦ τετυχωμένε) *Schottus legendum conijcit*, θανάτῳ τοῦ ἀξίῳ τετυχωμένοι, *digna extritum morte. Sed, ne quid dissimulem, glossema esse hoc membrum, innuit declaratiuum* τυπέσι. Sylburgius.

IN LIB. V.

5, 1, 221. ἐ πολὺ δὲ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως βασιλικῆς ἀποδεέσης) Diximus de potestate ea aliquid supra ad 1, 9, 30. addi iterum potest *Gutherius de offic. dom. Aug. lib.* 2. *cap.* 1 & 2.

κολακείαις δὲ χαίρων, καὶ τοὺς εἰς ὠμότητα παροξύνοντας) Aliquoties iam monui, dictionem *Herodiani* profunda notabilique philosophia refertam, morumque præsertim notatione insignem esse. Sicut hoc loco adulatorum calumnias, quibus affectus principum incitare consueuerunt, describit. Idem autem propositum tribuit Constantio suo *Marcellinus lib.* 15 *cap.* 15. talesque assentatores siue delatores *tartareos* vocat *c.* 16. Quem *scriptorem* vel propterea nomino, quia *artes illas sycophanticas assentatorum aulicorum* in præcipua parte sui operis deformare voluit.

p. 222. ὅτι δὴ ὄντα μὲν ἐκ τῆς ἱππάδος τάξεως) Non origine; fuit enim *humili loco natus*, ait *Capitolinus cap.* 2: & demum ad equestrem dignitatem peruenit: *Aurelius Victor* apud eundem *Capitolin. c.* 4. rem totam complectitur: *Macrinum libertinum, hominem prostibulum, seruilibus officiis occupatum in domo imperatoria, venali fide, vita sordida sub Commodo, à Seuero remotum etiam à miserrimis officiis, relegatumque in Africam: vbi vt infamiam damnationis tegeret, lectioni operam dedisse, egisse caussulas, declamasse, ius postremo dixisse. Donatum autem anulis aureis patrocinante sibi liberto suo Festo, aduocatum fisci factum sub Vero Antonino.*

p. 223. τί γοῦν ἡμᾶς ὤνησεν ἡ Κομμόδου διαδοχὴ) Sic *supra lib. 1. cap. 5* magnifica prædicatione, *successio & n*[illegible] *bilitas Principum* laudata est: ita hac oratione, *Election*[illegible] *& meritorum honorem* diligenti tractatione præfert. E[illegible]empla similia passim obuia non annotamus.

5, 2, 224. οὐχ οὕτω δὲ δυσφεραίνει πάντας ἡ Μακρίνου Δ[illegible] ἀρχὴ) Itaque in acclamationibus Senatus apud *Capitol*[illegible] *c. 2.* legimus: *quemuis magis quam parricidam, quem*[illegible] *magis quam incestum, quemuis magis quam impuru*[illegible] *quemuis magis quam interfectorem & Senatus & Pop*[illegible] Congruit *Dio:* ἀγαπητῶς αὐτὸν εἰς τὴν ἀρχὴν ἐδέξαντο οὐχ ὅτι[illegible] δουλεύσοιεν, ὡς οὗ ἐστέρηντο ἐνθυμούμενοι, καὶ πάντα τινὰ καὶ τῶν τυχ[illegible] αἱρετώτερον αὐτοῦ νομίζοντες ἔσεσθαι. *libenter illum princip*[illegible] *acceperunt, non tam cogitantes, in cuius seruitutem ve*[illegible] *rent, quam ex cuius tyrannide liberati essent, atque a*[illegible] *quemcunque potiorem illo fore existimantes.* Subinde p[illegible] κατήγγελον, Ald. & Basil. κατήγγελλον. Et mox *Sylburg*[illegible] *transposito adiectiuo legendum* putat, ἥ τε ῥωμαίων πόλις,[illegible] σχεδὸν πᾶσα ἡ ὑπὸ Ῥωμ. οἰκουμένη. *In sequentibus* (ita perg[illegible] *deinceps membris nulla opus est mutatione: sed periodi r*[illegible] *ditio accipienda est post* ἡσυχαζόντων. *Et ne insolens* [illegible] *sit nominatiuorum absoluta positio, vsurpatum scias ab* [illegible] *ipso auctore supra 1, 13 p. 42. & infra 5, 4 p. 233. quanqu*[illegible] *per prolepsin: Latina quoque ad eam distinctionem sic c*[illegible] *formari poterint.* vrbesque ac toto propemodum o[illegible] Romano ab improbis hominibus repurgato; atque hor[illegible] aliis punitis, aliis expulsis; ceteris, quibus latere contigi[illegible] timore quiescentibus: in magna securitate ac libert[illegible] quadam imagine viuebatur illo anno, quo solus Macri[illegible] imperauit.

p. 225. ἐζήλου δὲ ταῦτα ὡς δὴ Μάρκου ἐπιτηδεύμα[illegible] Stolida κακοζηλία, cum etiam id, quod naturæ aut m[illegible] vitium haberi debet, exprimere student. Sic *Anton*[illegible] *Caracallus Alexandri Macedonis* imitatorem (vt libro p[illegible] cedente cognouimus) agens, etiam *truci fronte, & ad*[illegible] *uum humerum depressa ceruice* spectari voluit, teste *Vic*[illegible] *in epit. 21.* Subinde pro ζωστῆρσι *Sylburgius* mallet [illegible] ζῆρσι.

5, 3, 226. Μέγισα ἦν ἧς ὄνομα) Quæ hoc capite memorantur, breuiauit *Capitolinus in Macrino, cap.* 9, ita vt agnosci possit: sicut *Casaubonus* pleraque membra cum membris comparauit. Nobis non placet nunc actum agere, in re tam obuia.

p. 227. τῇ δ' νεωτέρᾳ Ἀλεξιανὸς) Operæpretium est de stirpe tam Heliagabali, quam Alexandri, quæ sæpe apud Auctores confunditur, videre *Henric. Vales. ad Excerpt. Peiresc. p.* 112.

Σοαιμὶς μὲν ἡ πρεσβυτέρα) Quæ *Herodiano*, *Soæmis* est, apud *Capitolin. & Lamprid. Semiamira* vocatur. Quam *Eutropius*, *Symiam Siram* vocat. quam lectionem veriorem esse, existimat *Iosephus Scaliger ad Euseb. pag.* 213. *Pæanius Eutropii metaphrastes* videtur de Seueriano cognomento cogitasse. Legitur enim in editione *Sylburgiana* Συμία Σεβήρα. *Scaliger* legerat ξενηρά: quod & ipsum corruptum mutabat in Σειηρά, vt esset Syriacum סיהרא.

τῇ φοινίκων φωνῇ ἐλεαγαβάλον καλοῦντες) In primis illustris est hæc de *Elagabalo* siue *Alagabalo* (quæ forma sc. orientali labio conuenientissima censeri debet) annotatio *Herodiani*: qui hac quoque in parte industriam Historici implere satagit, sicut iam supra in *Dea Pesinuntiæ* fabula vidimus. De numine ipso *vide quæ erudite ad Eusebium magnus Scaliger, ad Lampridium Casaubonus & Salmasius annotauit.* vtar enim verbis *G. Io. Vossii è Theol. gent.* 2, 5 in laudandis iis, qui in hoc argumento omnium primi occurrentes non debent nisi illustri elogio memorari. Quod impertiuit etiam tantis nominibus, cum hac ipsa de re dissereret, *Io. Seldenus in Syntagm.* 2 *de Diis Syris cap.* 1. Quibus adde *Nicolaum Fullerum miscellan. lib.* 1. *cap.* 14.

5, 4, 231. ὡς δ' ταῦτα ἀπηγγέλη τῷ Μακρίνῳ) Rursum ex hoc capite, *Macrini sui decimum caput* descripsit *Capitolinus*: quod in præcedenti etiam acciderat.

p. 232. ἀθυμία) *Legendum potius* ῥαθυμίᾳ *ex* 5, 2 *p.* 225. Sylburgius.

p. 234. τῶν τε ἐπιφανῶν ἔχων μεγάλῃ σπουδῇ τὰ ὀχήματα ἐπαγόντων) Vide *Iacob. Guther. de offic. dom. Aug.* 3, 14. & 15.

p. 235. ἐν Χαλκηδόνι γῆν τῆς Βιθυνίας) Hinc sumsit Capitolinus: *sta in Macrino cap.10: fugiens sane Macrinus cum paucis & filio, in vico quodam Bithyniæ occisus est cum Diadumeno.* Dio non in *loco* tantum *cædis*, sed in histo etiam Diadumeni variat. vide *Casaub. ad Macrin. & Scalig. ad Euseb.*

p. 236. συναναιρεθέντος αὐτῷ καὶ τοῦ παιδὸς, ὃν ἦν ποιήσας Καίσαρα, Διαδουμενιανὸν καλούμενον) *Lampridius in Antonino Diadumeno cap.2,* hunc locum ita perstringit: *Herodianus Græcus scriptor hæc* (quæ ipse de Antonini imperato nomine præmiserat) *præteriens, Diadumenum tantum Cæsarem dicit puerum à militibus nuncupatum & cum patre occisum.* Quasi legisset: ὃν ἦσαν οἱ στρατιῶται ποιήσαντες Καίσαρα, Διαδούμενον καλούμενον· quod *Casaubonus* recte monet. De *Diadumeni* nomine vide eundem *cap.4.* Quod Cæsaris appellatione tradit *Herodianus,* firmat *Capitolinus in Macrino cap.10: sciendum præterea, quod Cæsar fuisse dicatur non Augustus Diadumenus puer, quem plerique participem fuisse cum patre imperio tradiderunt.* Alludere videtur hunc ipsum *Herodiani* locum.

5, 5, 237. ἐξώρχητο) an ἐξωρχεῖτο, dubitat *Sylburgius,* qui & ἐξήρχετο *auspicabatur*, conicit. Mox Σύρων ὀνόμασι verum est, quanquam Politianus Σήρων legit. v. supra 4, 10, 203.

μεταμφιέσασθαι τὴν Ῥωμαίων στολὴν) Pertinet huc quod supra de Macrino legitur 5, 2, 225: περόναις τε πέρπαις καὶ ζωστῆρι χρυσῷ πολλῷ καὶ λίθοις τιμίοις πεποικιλμένοις κεκοσμημένος· τοιαύτης πολυτελείας παρὰ τοῖς Ῥωμαίων στρατιώταις, οὐκ ἐπαινουμένης, βαρβάρου δὲ μᾶλλον καὶ θηλυπρεποῦς εἶναι δοκούσης. *Incedebat cum fibulis ac balteo auratis gemmatisque: qui luxus minime Romano gratus erat exercitui, certe quem barbarum putant feminisque congruentiorem quam Principi.* Vel vnum Magni Alexandri exemplum monere Principes possit, quantum vestitus insolentia & peregrinitas, odii concitare soleat apud gentes cordatiores moribusque patriis amicas.

p. 239. νεών τε μέγιστον καὶ κάλλιστον κατασκευάσας) Vide *Lampridium in Heliogab. 3.*

5, 6,

5, 6, 241. μετ' ὀλίγον χρόνον ἀποπέμψας) Cornelia Paula fuit, quam repudiauit non aliam ob caussam, quam quod maculam haberet in corpore. *Dio.*

ἀποσπάσας αὐτὴν τῆς Ἑστίας) *Dio* plane cum Nostri narratione congruens, *Aquiliam*, inquit, *Seueram duxit, aperte ius fasq; violans: quippe Vestæ sacerdotio consecratam probro & impietate contaminauit; neque dubitauit dicere: Feci hoc, ut ex me Pontifice & illa sacerdote digna diis soboles nascatur. Lampridius* illis verbis meminit: *In Virginem Vestalem incestum admisit.*

p. 242. εἰ μὴ ὅτε πυρὶ κατεφλέχθη ὁ ναός) *Supra lib. 1 cap. 14 p. 4.*

τῆς Οὐρανίας τὸ ἄγαλμα μεταπέμψας) Recte se habet quod de *Luna* sequitur. Sed & *Astarte*, ex *Hebr. Astaroth*, *à Luciano (lib. de dea Syria)* de *Luna* explicatur. Græci, vt videmus apud Nostrum, aliqua similitudine litterarum ducti, corrupere in sui idiomatis vocem Ἀστροάρχην *quasi reginam siderum aut cæli* vocantes. Vide omnino *G. I. Vossii Theolog. gentil. lib. 2. cap. 21 & 24.* Itaque non opus erat, vt vir doctissimus *Petrus Faber* (cuius dissertatio de hoc *Herodiani* loco lectu digna est) *lib. 3. semestr. cap. 1.* expungeret τὴν Ἀστροάρχην & Ἀστάρτην reponeret. *Herodianum* enim ita scripsisse, nullum est dubium: quippe qui Græcos hic secutus est; cum & *Orpheus* Ἀστράρχην vocet Lunam. Adi *Nicol. Fulleri miscellan. lib. 1 cap. 13.* Videmus enim, quamuis de *Afris* & *Phœnicibus* loquatur *Herodianus*, tamen Græcas illum voces attendere; quod de *Vrania*, quam Latini *Cælestem* vocarunt, satis clarum est. *Quid enim Cælestis, præter Vraniam? Quid Vrania, nisi cæli regina, id est, Baaleth-Shamaiim, Luna, Astarte?* Sunc hæc verba *Io. Seldeni* Syntagm. 2 *de diis Syris, cap. 2:* vbi plura huc spectantia.

χρήματά τε πάμπολλα τὴν θεὸν εἰς προῖκα δὴ ἐπιδοῦναι ἐκέλευσε) Exemplum tale nequitiæ in *Dione* 48 *p.* 434. legimus. Cum enim Antonius pro Baccho sese venditaret, & Athenienses infelici adulatione *Mineruam suam*, Deo scilicet Deam desponderent, accipere se matrimonium, dixit, dotisque nomine, quadragies sestertium exegit.

p. 244. ἐῤῥίπτει τοῖς ὄχλοις ἐκπάσματα) Late ist delimendi dicam an decipiendi vulg. commenta exequ *Lampridius*. In præced. *Sylburgius* mallet ἀνιών τε αὐτὸς.

5, 7, 246. Ἀλέξανδρος καλεῖ) παραχθέντος αὐτ πάππου ὀνόματος εἰς τὸ τοῦ Μακεδόνος &c. Vide *supra* 4

p. 247. ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ ἡ Μαμμαία ἀπῆγε μὲν χρῶν) A *Nicephoro Callisto lib.* 5 *cap.* 17. laudatur hæ mina: ἦν γὰρ ἡ γυνὴ θεοσεβὴς μᾶλλον καὶ τὸν τρόπον εἴπερ τις λίστα εὐλαβής. *Pia erat mulier & moribus castis modest* Etiam Origenem ad se acciuit, ab eoque Christianam gionem edocta est. Hæsit tamen auaritiæ labes: quæ ip cum filio perdidit.

διδασκάλους τε πάσης παιδείας λάθρα μετεπέμπ *Lampridius in eius Vita cap.* 3: *Alexander, cui Mam mater fuit (nam ita dicitur à plerisque) à prima pue artibus bonis imbutus tam ciuilibus quam militaribus Vnum quidem diem sponte sua transire passus est, quo s & ad litteras & ad militiam exerceret.* Subtexit de syllabum præceptorum eius.

p. 248. καὶ τοῖς μὲν στρατοπέδοις ἔπαρχον) Descr hæc, vt solet, *Ioannes Antiochenus*. ad quem, *in exce Peirescianis Henricus Valesius*, *Politiani* versionem re hendit, & aliam merito substituit: *Quippe cohortibus toriis saltatorem quendam præfecit: alteri item è praefecturam morum, & legendi senatus ac recognosc turmas equitum Rom. potestatem mandauit.* Ponen hoc est in næuis optimæ alias & incomparabilis versi De re ipsa vide *Omprid. in Heliogab.* 11. 12. 15. 20.

5, 8, 249. ἐπιτρέπεσθαι τοῖς γνώμαις πρὸς τ ἐξανδρον εἶχον) Adeundus est *Lampridius in Heliogab* 14. 15. 16.

ὀψοποιοῖς τε καὶ οἰνοχόοις) Vide supra 4, 4, 184.

p. 250. φύσει τε χαῦνον τὸν τρόπον ὄντα) *Supra* 5, 7 κοῦφον καὶ ἄφρονα νεανίαν vocauerat. Mox, pro ἃ ἐβούλ *Schotti msc.* & Polit. legunt, ἃ ἐβούλετο, quæ volebat, a tante Sylburgio.

p. 252. ἀπερρίφθη εἰς τοὺς ὀχετοὺς εἰς τὸν θύβριν πο ῥέ

ρέαζος) Vnde nomen *Tiberini* & *Tractitii* post mortem eum infamauit. *Lamprid.* 17 & 33. itemque *Victor. epit.* 23. In præced. pro, κατελήφθησαν A. & B. κατελείφθησαν, *relicti erant.*

p. 251. Pro τοῖς λαμβαν. *Sylburgius* coniicit συλλαμβανομένοις.

IN LIB. VI.

6, 1, 253. ἑκκαίδεκα ἐπιλέξασθαι συνέδρους εἶναι καὶ συμβούλους τοῦ βασιλέως. Adde mox p. 254. Comparat huc *Casaubonus*, *Consilia Augusti semestria*, de quibus *Suetonius* 35. scilicet, ad effigiem temperatæ beneque compositæ monarchiæ ista adornabantur. Nulla enim Principatus forma gratior est, quam quæ aliquam ἀριστοκρατίας speciem admixtam habet. Eximia sunt exempla præsertim *M. Antonini Philosophi* apud *Capitolinum* 22; & nostri huius Alexandri, cuius consiliarios & amicos recenset, illorumque præsertim virtuti felicitatem temporis & imperii adscribit, *in vita eius à cap.* 65 *vsque ad finem.* Quæ dissertatio veluti commentarii loco esse nobis potest. Inter eos principis consultores eminebat *Vlpianus*, vir non iuris tantum peritissimus, sed omni prudentiæ instrumento adornatus, quem etiam ad secretissima quæque solum admisit. *Neque vnquam*, ait *Lampridius cap.* 31, solum quemquam nisi præfectum suum vidit (id est, admissione interiori honorauit) *& quidem Vlpianum, ex assessore semper suo, caussa iustitiæ singularis. Cum autem alterum adhibuit, & Vlpianum rogari iussit. Atque ideo* (ait *Idem Historicus cap.* 51) *summus imperator fuit, quod eius consiliis remp. rexit.* Quod propterea adiicio, vt non tantum compluribus bonis viris opus habere Princeps intelligatur ad bene consulendum imperio, sed etiam illa felicitas seorsum obseruetur, si quando *Vlpianus* principi contigerit, id est, si adiutor præcipuus onerum negotiorumque principalium (nam *vno aliquo tali* opus habere Principes, obseruat *Velleius* 2, 127) sit vir Prudentia & virtute iuxta magnus, neque doctrina magis quam sanctitate morum præcellens.

τὰ ἐ-

τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν, ἅπερ ἔτυχεν ἐκεῖνος κινήσας) *Lamprid. in Heliogab.* 3 & 6.

p. 254. καὶ δεδοικυῖα μὴ ἄρα ἡλικία ἀκμάζουσα, ... πάσης ἀδείας) Plane ad similitudinem historiæ & prud... supra descriptæ 1, 3, 6 hæc congruunt.

περικαλεσαμένων αὐτὸν τῶν κολάκων ταῖς ὀρέξεσιν ἀκμα... Talis adulatio *Luciano* (*in lib. de non cred. calumn*... κολακεία πρὸς τὸ πάθος ἑκάστου συντεθειμένη, *ad affectum*... *tis sc. aut ingenii aut conditionis noxio artificio accom*... *data.*

p. 255. ἀναιμωτὶ ἦρξεν) Reperitur *fine huius* ... ἀμέμπτως καὶ ἀναιμωτὶ *sine querela hominum & citra* ... *guinem imperasse Alexandrum. At Lampridius* semel ... stringere videtur hanc assertionem *cap.* 25: *Huius imper*... *incruentum quidam litteris tradiderunt, quod contr*... *nam & Seuerus est appellatus a militibus ob austerita*... *& in animaduersionibus asperior in quibusdam fuit* ... *cap.* 52 interpretatur & explicat: ἀναίμακτον *imperium* ... *cum fuerit durus & tetricus, idcirco vocatum est, quod* ... *natorem nullum occiderit, vt Herodianus Græcus scr*... *refert in libris temporum suorum.* Ita quidem Lampri... in hodiernis autem codicibus Herodiani nihil de *Sena*... *bus* extat. Existimat *Casaubonus*, legisse eum: οὐδέ τις ... ἔχει ὑπ' ἐκείνου βουλευτὴν φονευθέντα. Vox βουλευτῶν, vt ... pimus dicere, hodie desideratur. Reponendam esse, p... aliquis existimare: Quod non videatur Herodianus tam ... definita locutione vti voluisse, vel ambiguitatis vitādæ ... tia: cum præsertim sequentia certum genus hominum ... indicent, cum addit; καίτοι τινῶν μεγίστοις ἀδικίαις ὑποπεσόν... ὅμως φεισάμενος ὡς μὴ φονεύσαι. Sed tollitur hæc opinio pe... quæ mox amplius reperiuntur. ὑπ' Ἀλεξάνδρου δ' οὐκ ἄν τι... πεῖν ἔχει ἢ μνημονεῦσαι, ἐν ἔτεσι πολλοῖς ἀκρίτως φονευθ... Vbi satis indicat Herodianus, quomodo superiora, & q... de incruento imperio dixerat, intelligi debeant, nemp... ἀκρίτους φόνους, ad iniustas cædes libidinique Principis d... omnia referenda esse. Dubitaui olim, an hæc ipsa rep... tio satis commode, & pro cetera Herodiani concinnitat... haberet, visumque est credibile, illa priora, οὐδέ τις εἰπεῖν...

ὑπ' ἐκείνου φονευθῆναι, adſcripta & ex proxime ſequentibus huc translata eſſe, à quodam, qui forte in margine voluerit explicare, illud: ἀναιμωτὶ ἦρξεν. Sed facile largiar, ἐπιστατικῆς ἐμφάσεως cauſſa, vt in re admodum memorabili, repetionem tam properam, neque nimis vſitatam eleganter ſcribentibus, admiſſam eſſe.

ὁρῶν αὐτὴν οὖσαν φιλοχρήματον) vt ſupra diximus, egregiæ cetera mulieris hæc infamia fuit: congruitque loco *Nicephori* ante laudato, *Lamprid. in Alex. Mam.* 14. f. *mulier ſancta, ſed auara & auri atque argenti cupida.*

p. 256. βασίλισσα θέλουσα εἶναι μόνη) Talis æmulationis exemplum inter mulieres deſcribit *Noſter* 1,8.

6,2,257. τῷ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει) *Alii* XIII tradunt.

p. 258. προφανικὸν ἔγκλημα ἡγούμενος) Vide *Grot. de iur. b. & pac.* 2,4,2 & 7. itemque *Freinshemii Noſtri not. ad Flor. l.* 2,4,1. ſimiles ſunt eiusmodi homines bellorum cauſſas vndecunque corripientes *Lupo*, qui cum apud *Phædrum lib.* 1 *fab.* 1 agno obieciſſet; *ante hos ſex menſes maledixiſti mihi*, agnusque reſpondiſſet; *equidem natus non eram,*

Pater hercle tuus, inquit, *maledixit mihi.*

p. 259. τὰ ἐπικείμενα στρατόπεδα ταῖς ὄχθαις τῶν ποταμῶν, προασπίζοντά τε τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς) Interpetabitur hæc ipſe *Herodianus*, ſi conferre lubet 2,11.

p. 260. μετὰ γὰρ Δαρεῖον) Memorabilis egreſſio hiſtorica de Perſarum imperio, quam deſcripſit *Zonaras t.* 2 *in Alex. Mam.* Paulo ante χειρώσεσθαι poſitum pro futuro, χειρώσεσθαι, vt ſupra ſæpius, Sylburgius notat.

6,3,261. κίνησις δὲ μεγίστη) *Sylburgius*: rectius κίνησίς τε μεγίστη πᾶσι τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίους ἔθνεσι, δυνάμεως ἰσοῤῥόπου ἐστί.

6,3,262. χρὴ δ' ἄνδρας γενναίους τε καὶ σώφρονας εὔχεσθαι μὲν) *Andreas Schottus lib.* 3 *obſeruat.* 13 etiam hic agnoſcit imitationem *Demoſthenis ex orat. de corona.*

Ἀρταξέρξης ἀνὴρ Πέρσης) *Dionem* vide *in Alexandro*: & *excerpta Peireſiana p.* 768. quosque ad Lamprid. notauit *Caſaubonus* p. 173.

6,4,264

6, 4, 264. τὰ περὶ τὸν πόλεμον ἐξήγετο) in apparando bello regendaque seuere discipli *Lamprid.* 53, 54 &c.

p. 265. εἶναι γὰρ αὐτῷ Περσῶν στρατηγικῷ *supra cap.* 2.

p. 266. εἰς Φρυγίαν ἐξέπεμψε) Refert ho ad Legatorum in edendis mandatis contum modestiam, *Fredericus de Marselaer in Legati sert.* 33. Quod an satis recte faciat, ideo dubita hanc formulam legationis edendæ à suo Reg vnde *Herodianus* mox ait, non esse grauius qui sultum, quippe τὰ κελευσθέντα ὑπὸ τῶν ἑαυτῶν δε λαντας, *qui à Domino suo in mandatis data* Clarum est, voluisse Alexandrum legatorum sa siue sacra legationis, vt vocat *Tacitus*, attender tamen legationis imperiosam insolentiam ex

6, 5, 267. καὶ λανθάνει ποταμῶν ἐκείνων τὰς ἐκβολάς) Vt hæc rectius intelligantur, leger *bo lib. præsertim* 11 & 16. Latere dicuntur rum fluminum propter paludes quibus inter illa quasi damna, quæ patiuntur, donec in exeant. Ita enim, præter eos qui ex profes *Curtius* 5, 1, 15: *Tigris & Euphrates per Babyl in mare rubrum erumpunt. & Iosephus antiq* Φράτης δὲ καὶ Τίγρις εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἄπεισιν θάλασσ *Gulielm. Stuckii scholia ad Arriani Periplum thræi p.* 55 & 59. Paulo ante, pro, περὶ τὰ *Schottus* leg. censet, τὰ ἔσω.

οὐ γὰρ δὴ μισθοφόροις χρῶνται) Dictum 3, 1, 120.

p. 270. ἔσφηλε δὲ αὐτοὺς ὁ Ἀλέξανδρος *dius* quantum differt? qui Alexandrum vicisse bonique non tantum ducis sed & militis off esse, Romam rediisse, triumphasse, tradit, ad rei fidem *actis Senatus*, aliisque monumenti *dro Mam. cap.* 55. & *seq. Adeo maxima qu sunt, dum alii quoquo modo audita pro com alii vera in contrariū vertunt; & gliscit vt*

tare, vt hic illud *Taciti* ex 3 A. 19, 3. non ſine cauſſa, adhibeam. *Lampridium* tuetur, vt cœpi dicere, auctoritas publica, dum ex actis ſenatus quædam ad verbum excerpſit; itemque conſenſus plurium. At *Herodiani* longe illuſtrior eſt in omni hiſtoria & induſtria & ſollertia, vt non credatur temere hic acturus fuiſſe. qualem ſuſpicionem neque ipſe narrationis contextus admittere videtur. Poſſis exiſtimare Alexandrum non ſine ingentibus damnis, de quibus Herodiani hiſtoria teſtatur, viciſſe Perſas; ſed victoriam in maius auctam ſtudio aulicorum, diſſimulatisque incommodis magnifice deprædicatam eſſe, ſicut in bonorum & amabilium Principum hiſtoria fieri ſolet: plane vt ex diuerſo, inuiſum publice Principem ſeu bene ſeu male facta premunt. Confer, quæ *Herodianus cap. ſequentis fine* memorat: neque erit cauſſa dubitandi, prælertim cum *Lampridius* ſæpiſſime aberret in vero de rebus iudicio, & interpretanda aliorum hiſtoria. Herodianus enim non negat damna Perſis illata: quinimo ſtudioſe oſtendit, & argumentis confirmat.

6, 6, 272. νόσῳ, πολέμῳ, κρύει) *Lampridius* 67: *nam & amiſiſſe illum exercitum dicunt: fame, frigore, ac morbo, vt Herodianus auctor eſt contra multorum opinionem.* *Caſaubonus* ad h. l. ita interpretatur Herodianum: *vnam partem in locum iniquum deductam, cum pugnare non poſſet, Perſarum ſagittis confixam internecione deletam; alteram partem morbo extinctam; tertiam denique partem frigore* ἐν ὄρεσι διαφθαρῆναι καὶ ἀκρωτηριασθῆναι οὐκ ὀλίγους ἐν δυσχειμέρῳ χώρᾳ. *Idem qui Lampridium* notat, quod pro πολέμῳ legerit λιμῷ.

6, 7, 274. ὃς ἅπαξ διαλυθεὶς οὐ ῥᾳδίως ἠθροίζετο) Mutuæ explicationis cauſſa conferenda ſunt hæc cum ſuperioribus *cap.* 5.

p. 277. ἐν πεδίῳ σχήματι καθιππεύοντες) Prorſus congruit huic loco illud *Claudiani* de Rheno & Danubio, *belli Getic.* v. 3, 8:

Ambo habiles remis, ambo glacialia ſecti
Terga rotis, ambo Boreæ Martisque ſodales.

p. 278. ἀνήσεσθαι μᾶλλον τὰς ἀπονδὰς ἐπ᾽ ἀργύρῳ) Notauimus ſupra ad 1, 6, 19.

6, 8, 279. πρότερον μὲν ἐν παισὶ ποιμαίνων) Co *Capitolinum in Maximin.* 2, & 2, &c.

p. 280. ὡς ὑπὸ τ' τε μητρὸς ἀρχόμενοι) Quo sche te calumniæ mox ipse Maximinus cap. 9. μιξοβάρβαρον μ μητρὶ δοῦλον vocat.

p. 279. ἐπίστησε πάσῃ τῇ τοῦ στρατοῦ νεολαίᾳ) Prolix hac præfectura eiusque administratione *Capitolin. in ximin.* 5 & 6. confer *Vegetium de exercendis tyronibu vsque ad* 20.

τὸ μὲν πάρον τῆς ἀρχῆς βαρὺ διὰ μῆκος ἐξουσίας ἡγέμ Hæc cupiditas rerum nouandarum militum animis largitiones illas immodicas, de quibus aliquotiens monuimus, conciliata est: erupitq; in perpetuas princip lanienas. Quæ res breues scilicet sequentium Principa fecit. Vnde *Lampridius in Alex. c.* 64: *Hactenus in rium populi Romani eum principem habuit, qui diu imperaret: post eum certatim irruentibus, & aliis se stribus, aliis annuis, plerisque per biennium, ad summ per triennium imperantibus, vsque ad eos principes qui tius imperium tetenderunt, Aurelianum dico, & dein* Neque breues modo Principatus hinc effecti, sed etiam dignis imperatoribus fœdati sunt: dum milites nihil pecuniam spectant aut sperant. Quam in rem eximi *egreßio Aurelii Victoris in Cæsarib.* 24.

p. 280. εἴτε δὲ λάθρα τοῦ προκαταστασιάσαντα) Q eo verisimilius fit, quia ingens odiũ aduersus Alexand postea ostendit: cuius scilicet iram senserat, cum in exp tione Persica commissam sibi exercitus partem tur perdidisset. id quod *Zonaras* annotatum reliquit.

6, 9, 283. ἀμέμπτως βεβιώκεσαν) Supra 6, 2, 25 *infra libri fine.* Principio paginæ pro πρόσεισι Schottus Pol. mauult πρόσεισι, *accedit, aduentat.* Sylburgius.

p. 284. αὐτοκράτωρ τε ὑπὸ πάντων ἐκεῖνος ἀν γίνεται) *Capitolinus* 8: *Maximinus primum à corpore litari, & nondum senator, sine decreto Senatus, Augu ab exercitu appellatus est.* *Casaubonus* legit *primus* cum *Victore* congruat, *qui in Cæsarib.* 25. scribit: *prim militaribus, potentiam cepit suffragiis legionum.*

d

dicunt primum *a militibus* creatum imperatorem (nam id arcanum; imperatorem posse ab exercitu principem fieri; maximo cum damno reipublicæ iampridem vulgatum erat; confer *Tacit.* 1 H.4,2. & 2 H.76,7) sed *primum è militaribus*, necdum senatorem.

οἱ δὲ ἀφικόμενοι καὶ ἐπιπηδήσαντες τῇ σκηνῇ) Vide paulo aliter hunc exitum Alexandri memoratum *Lampridio* 61 & 62.

p. 285. εἰ μὴ διεβέβλητο αὐτῷ τὰ τῆς μητρὸς εἰς φιλαργυρίαν) Iam aliquotiens supra hoc annotauerat. Et tulit quidem filius ista, *matris cultu plus quam pius*; vt eleganti schemate *Victor in Cæsarib.* 24. ait. Vide; si lubet, quæ notauimus ad *Tacit.* 1 A. 10, annot. 14.

IN LIB. VII.

7, 1, 286. πρόνοιαν ἐποιεῖτο δι' ὠμότητος τὴν ἀρχὴν βεβαιῶσαι) *Erat enim ei persuasum nisi crudelitate imperium non teneri. Capitolin. in Maxim.* 8. qui toto illo libro *Herodianum* nostrum κατὰ πόδα sequitur, neque res modo inde, sed ipsas nobiliores sententias transscribit. Quod statim ab initio monendum duxi. nam singula deinceps loca comparare non est animus: præsertim cum id satis diligenter fecerit magnus vir, *Isaacus Casaubonus ad Capitolini Maximinos.*

ὅτι δὴ ποιμαίνων ἐν τοῖς θρακίοις ὄρεσιν) Habuimus *supra* 6,8.

p. 287. ἐκ συνειδήσεως δυσγενείας κρείττονα) *Zonaras t.* 2.p.226: τὴν οἰκείαν δ' οἷον ἐπικαλύπτων δυσγένειαν, τοὺς μὲν εὐπατρίδας ἠτίμαζε, προσῳκειοῦτο δὲ τοὺς ἐξ ἀφανῶν. *Velandæ suæ ignobilitatis ergo nobiliores despexit, ex obscuris autem plerosque sibi familiarius admouit.*

ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτὸν εἰς ὠμότητα προὐκαλέσατο) *Scilicet ferarum more, quæ vulneratæ magis exulcerantur*; vt hoc cum *Capitolino* è *Maximin.* 11. dicam. Exemplum *supra* habuimus in vita *Commodi* 1, 8.

Μάγνος τις ὄνομα) *Capitolinus* memorauit, *cap.* 10.

p. 288. διὰ σώματος μέγεθος) Ita mox *sub finem*

capitis, μέγιςος τὸ σῶμα dicitur. *Erat enim* [...]
tanta, vt octo pedes digito (siue *VI digitis*, v[...]
gunt viri docti) *videretur egressus*, inquit *Ca*[...]
& *in Maximino Iuniore cap*. 2; *Erat Maxim*[...]
vt diximus, octo & prope semis. Intellige *ped*[...]
qui constat *XIII digitis cum triente*. Statur[...]
modus fuerit, monstrat apud *Vegetium Mar*[...]
proceritatem tironum exegit, ita vt senos pe[...]
quinos, & denas vncias habentes inter alares [...]
primis legionum cohortibus probarentur. Vi[...]
Sueton. Tib. 68.

τὴν τε Ἀλεξάνδρου μέλλησιν) Propter ea, [...]
tabimus, hic monendum est, *Herodianum* n[...]
iudicium de Alexandro, quam Maximini, ref[...]
quam reuera non video, quomodo Alexande[...]
hac nota negligentiæ cuiusdam & cunctati[...]
Germanico liberari.

p. 289. εἴτε ὑπὸ τοῦ μαξιμίνου συσκευασθ[...]
linus 10: *Et istam quidem factionem Maximin*[...]
se perhibetur, vt materiam crudelitatis auge[...]

Κουαρτῖνος δὲ ἦν ὄνομα) *Tycum* vocat C[...]
Trebellius Pollio in 30 *tyrannis c*. 23, *Titum* a[...]
uocatque ad *Herodiani* testimonium. Sed add[...]
mireris tantam esse varietatem de homine, [...]
men agnoscitur. Vnde probabiliter censet C[...]
nomen viro fuisse *Titi Quartini*: quod, vt fie[...]
cus *Quartini*; Latini, *Titi* vocabulo, loco int[...]
scilicet, extulerint. *Idem*, qui in Capitolin[...]
Tyco reponendum censet. Ita nil opus erit [...]
qua *Casaubonus* corrigit hunc Herodiani locu[...]
Capitolin.

7, 2, 291. μάλιστα δὲ οἱ ἀκοντισταὶ πρὸς Γερ[...]
ἐπιτήδειοι) Adde *supra* 6, 3, 277. Paulo ante iud[...]
distinctio post παμπλεῖστοι ponenda, vt τοξοτῶν[...]
pertineat.

p. 292. ἐυμαρέστατα γὰρ τὸ πῦρ ἐπινέμε[...]
αὐτῶν) Vide de istis habitationibus Germano[...]
rium in Germ. antiq. lib. 1 *cap*. 13, vbi hunc [...]

diani locum explicat, eumque, inter alia reprehendit, quod Germanis πόλεις, *Vrbes* tribuat. Quæ reprehensio fortasse subtilior, quam verior est, cum vox πόλεως in eas angustias non sit redigenda, neque tam facile, sicut ipse opinatus est, *Ptolemæi* quoque auctoritas reiiciatur.

p. 293. τοῦ δὲ ἀρχιβαθοῦς τῶν ἑλῶν Ῥωμαίοις μὲν δι' ἄγνοιαν) Possis reddere verbis Taciti è 1 A. 63, 3 *palus gnara vincentibus, iniqua nesciis.*

εἰσὶ δὲ καὶ πρὸς τὸ νήχεσθαι ἐγγεγυμνασμένοι) Vnde *infra* 8, 4, 542 ostentare artem natandi cupiunt, apud Aquileiam. Vide *Philipp. Cluuer. German. antiq.* 1, 18. In fine paginæ, *post* Ῥωμαίων μὲν *desideratur numerale adiectiuum* πολλῶν, τέτταρων, *aut indefinitum* συχνῶν, *vel aliud consimile.* Sylburgius.

p. 294. γεγόνασι δὲ καὶ ἕτεραι συμβολαὶ) *Capitolinus* 13 (qui & hæc & pleraque, vt supra monuimus, describit ex Herodiano) *plura bella* dixit, abusus voce bellorum pro ipsis præliis.

ἐν τε Σιρμίῳ διατρίβων τῇ μεγίστῃ ἐκεῖ πόλει) Ibi Palatium & curia Principum. vide *Iacobi Guther. de offic. dom. Aug.* 3, 12.

καὶ ποιήσειν ἔμελλεν) *Capitolinus* 13 hæc non sine nota & reprehensione exscribit: *quod fecisset, si vixisset, vt Herodianus dixit Græcus scriptor, qui ei (quantum videmus) in odium Alexandri plurimum fauit.* Sinistrum hoc & absurdum de Herodiano iudicium esse, iam *Casaubonus* ad illum locum animaduertit. Scilicet *minusculi* illi scriptores (vt ipsorum nunc stilum imiter) sicut congestione rerum historiam illorum temporum deficientem vtiliter sarcire putandi sunt; ita ab iudicii ciuilis grauitate & artibus historiæ, mirum quantum, absunt. *Herodianum* fauere Maximino, odisse Alexandrum, nemo ex eius historia vel lynceis oculis deprehenderit. At quod Maximini, quem in omni narratione grauissime detestatur, laudem militarem, qua vna præcellebat, non tacuit; itemque Alexandri, quem optimi principis elogiis constanter honestat, quædam secius quam opus erat gesta annotauerit: id vero est ab eo vel maxime ex officio Historici factum, quod *Capitolinus* non

 intel-

intellexit. Considera initium *capitis seq.* 3: videbis q
diligentia militarem Maximini laudem, à ceteris rebu
stinguat: imo eam ipsam, ceteræ infamiæ compara
deprimat *Noster*.

7, 3, 295. ἄνεσίς τε γὰρ πᾶσα) Descripsit hæc *Io*
Antiochenus in excerpt. Peiresc. pag. 833. Nam *Capitoli*
etiam cum non nomino, intelligi volo. *Zonaras* gene
πάντα δὲ τὰ τῶν ὑπηκόων σφετεριζόμενος, καὶ χρηματίζο
πάντοθεν, οὐδὲ τῶν ἱερῶν ἀπέχεσθαι. *Omnia subditorum bon*
vendicans, vndecunque corradebat pecuniam, ita vt
eris quidem abstineret.

p. 296. καὶ ἐκέλευσέ τε ἄνευ ὑπηρεσίας μόνοις ὀχ
σιν ἐπιτεθέντας) *Scythica vehicula* hic nominat *Capito*
13. vbi *Cl. Salmasius* mallet *sicca vehicula* i. e. *nuda, si*
mitatu; μόνα ὀχήματα.

τὰ γὰρ τῶν εὐδαιμονεῖν δοκούντων ἢ πλουσίων πταίσμ
More quodam vulgi cuius exemplum & characterem
Sallustius Catilin. 37: *Nam semper in ciuitate quibu*
nullæ sunt, bonis inuident, malos extollunt; vetera o
noua exoptant. & quæ sequuntur. *Cornelius Nepos in*
bria 3, 3: *non æquo animo pauperes alienam opulentu*
tuentur fortunam.

p. 297. καλλώπισμα τῆς πόλεως) *Rectius for*
καλλώπισμά τι πόλεως. *aut* καλλώπισμα τῆς πόλεως. *& mu*
nemin. casu, ἢ ὕλη νόμισμα ποιῆσαι δυναμένη. *Sylburgius*

p. 298. ὡς δὴ δι' αὐτοὺς τοῦτα πράττοντος τοῦ Μαξ
naras: αἰτιωμένων δ' ἐν ξυμπάντων τοὺς στρατιώτας τοὺς αὐτὸν
λεύσαντας, &c. *cum omnes incusarent eos milites, qui*
imperatorem fecissent, res ad seditionem spectare cœp

7, 4, 298. ἐπιτροπεύοντες τῆς Καρχηδονίας χώρας
naras de pluribus: οἱ γὰρ τῆς Λιβύης πραγμάτων ἐπιτρο
ἐν αὐτῇ εὐπόρων τὰς οὐσίας ἐξ οὐδεμιᾶς εὐλόγου ἀφῃροῦντο λ
καὶ τοὺς κεκτημένους αὐτὰς προσαπώλλυον. *Nam procurato*
Africa opulentiorum pecunias nulla probabili de causs
prædati, ipsos denique possessores trucidabant.

p. 299. οὓς ἤδεσαν ἢ πεπονθότας τι δεινὸν, ἢ παθεῖν δ
κότας) Pertinet ad hoc & sequentia exempla illud *Aristo*
è 5 polit. 3: Διὰ δὲ φόβον στασιάζουσιν οἵ τε ἠδικηκότες δεδιότ

δῆσι δίκlω, καὶ οἱ μέλλοντες ἀδικεῖαζ, βουλόμϑμοι φθάσαι πρὶν ἀδικηθῆναι. *Insurgunt ob metum partim qui iniuriam fecere, timentes ne commissa luant; partim qui metuunt iniuriam, volentes scilicet prauenire potius eos quos timent, quam affligi.* Confer quod *cap. seq.* principio dicit Noster de desperato Iuuenum post admissam cædem consilio p.300 & 303.

7, 5, 301. ὥσπερ καὶ ἀναλογίαν, ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντα) Ita *Trebellius Pollio de Valeriano patre c.1: Valerianus censor antea, & per dignitatum omnes gradus suis temporibus ad maximum in terris culmen ascendens, cuius per annos 70, vita laudabilis in eam conscenderat gloriam, vt post omnes honores & magistratus insigniter gestos, imperator fieret.* Exemplo scilicet, cui Gordianus comparari meretur: de cuius dignitatibus, laudibusque per gradus honorum & gloriæ partis, vt & de delato imperio prolixe *Capitolinus in Gordiano primo à c.3. vsque ad 9.*

p.303. *Si verba* ἀπαλλάξας *&* εὐδοκιμήσας *in nomina* ἀπάλλαξις *&* εὐδοκίμησις *transmutentur, accusatiuo* πάθος *in genitiuum* πάθους *verso, membrorum quidem maior efficietur cõgruentia, sed phrasis reddetur insolentior. Politianus* ἀπαλλάξας *ad vtriusq; membri accusatiuos* μῖσος *&* πάθος *retulit, &* τὸ Μαξιμίνου μῖσος *seu* μύσος *pro* τὸν μυσαρὸν Μαξιμῖνον *accepit, sententia quidem non male conueniente, sed minus coharente structura. Mutilationis suspicionem aliquam mouet, quod articulus* τὸ, τε *legitimam in sequenti membro redditionem non habet.* Hæc Sylburgius.

p. 304. βασιλικῆς τιμῆς καὶ τελευτῆσαι) *Capitolinus: maluit honestas caussas habere moriendi, quam dedi vinculis & carceri Maximini.* Vt fieret illud: καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννίς.

7, 6, 305. ὅ τε Γορδιανὸς γράμματά τε πάμπολλα ἐξέπεμπε) Hæc omnia ad verbum fere *Capitolinus in Gord.* 9. idem, qui *in Maximino patre c.16.* litteras ad senatum αὐτολεξεὶ refert.

p. 307. βούλεσθαι καὶ διαλεχθῆναι αὐτῷ ἰδιαίτερον) Compara dolum Seueri aduersus Albinum *supra* 3, 5.

7, 7, 309. τὸ κρυπτὸν πρότερον διὰ φόβον μῖσος)

 Vide

Vide schema eiusmodi odii erumpentis post r... mitiani, figuratum *Plinio Panegyrista* 52. & N... *neg. Constantin. c.* 32: *Nihil est immoderatius,*... *post longam tristitiam recens gaudium: impet... nec vt primum liberum. continuo desecatum... rum est. nam vt fistulæ cum diu interceptæ sunt... quo largiores eo crassiores aquas euomunt, sic... num metu interclusa turbide aliquid egerunt,... lata eruperunt.*

ἥτε σύγκλητος συνελθοῦσα) Vide *Capitol... Maximino.* Idem *in Gordian. SCtum tacitum*... eaque occasione de origine & more *SCti Tac*... nem interserit.

ἐπαναβαίνοντές τε οἰκήσεσιν) *pro* τε *apti*... mus articulum ταῖς. *Sylburgius.*

p. 310. γράμματά τε πρὸς πάντας) Exemp... rum descripsit *Capitolinus in Maximin.* 15.

Mox τὸ, βουλεύουσιν, quod etiam agnoscit ... posse putat *Sylburgius*, hac sententia; *iis qui co... triæ & senatorum consessui consultum cuperen*... pro τῇ aptius legeretur τοῖς. alioqui legi etiam p... ἐν συνεδρίῳ βουλεύουσι. Ita addit.

7, 8, 311. προσεποιεῖτό τε αὐτῶν καταφρονε... *nus* longe diuersa memorat in *Maximin.* 17. *Vb... Maximinus accepit, homo natura ferus, sic ex... hominem sed belluam putares. iaciebat se in pa... nunquam terræ se prosternebat: exclamabat in... ripiebat gladium, quasi senatum posset occidere... bat vestem regiam; alios verberibus afficiebat... medio recessisset (vt quidam sunt auctores) ocu... lescentulo sustulisset.* Repetit ista *in Gordian. c.*...

p. 312. παραφυλάττεσθαι δὲ πάντων οὐ μόνο... νῆς) Perstrinximus istum immanitatis tyranni... rem ad *Tac.* 1 A. 7 *annot.* 10.

ἐξ ἀναγνώσεως ἔλεξε τοιάδε) *Capitolinus in*... breuem & *militarem*, vt vocat, concionem desc... *dianus ingenio amicorum formatam* orationem... mos apud Principes inde à *Nerone* mansit. na...

mum indiguisse aliena eloquentia *Tacitus* auctor est 13 A. 3. Vide omnino *Iacob. Guther. de offic. dom. Aug. lib. 1. cap. 20.*

p. 313. ὥσπερ ἐν πομπαῖς παίζουσι βασιλείαν) *Dionis Chrysostomi* locus *ex orat. 4. de regno* huc pertinet: οὐδὲ γὰρ τῶν παίδων ὁ νικήσας, ὅταν παίζωσιν, ὡς αὐτοί φασι, βασιλέα, τῷ ὄντι βασιλεύς ἐστι. *Neque enim puerorum is, qui vicit, cum regem (ita enim vocant) ludunt, reuera rex est.* Vide *Meursii Graeciam ludibundam.*

p. 314. ἱκετηρίας θαλλοὺς) Sylburgius: *fortasse* auctor scripsit ἱκετηρίους θαλλούς. In seq. certe structurae lex postulat hanc lectionem, καὶ τέκνα περιστάντες, ὑποσπῶσιν αὐτούς τ.

7, 9, 316. Καπιτωλιανὸς γὰρ ἦν τις ὄνομα) *Capitolinus Gordian.* 15 *&* *Maximin.* 19 rem breuiter complectitur.

p. 318. οἱ δὲ Νομάδες ἀκροβολισταί τε εὔστοχοι καὶ ἱππεῖς ἄριστοι) Egit de gentibus equitatu praestantibus *Hermannus Hugo milit. equestr.* 2, 2. adde de Numidis *Lips. milit. Rom.* 3, 8.

p. 319. ἐν εἰκόνι τε βασιλείας τελευτ.) Id quod ipse iudicauerat satis speciosum mortis genus *supra* 7, 5, 304: ἐν τε γήρᾳ ἐσχάτῳ οὐ πάνυ τι δεινὸν νομίζων, εἰ δέοι ἐν βασιλικαῖς τιμαῖς καὶ τελευτῆσαι.

7, 10, 321. ἐκ εἰς τὸ συνήθες συνέδριον) *Casaubonus* de *SCto tacito* haec interpretatur. quod supra statim factum *Capitolinus* narrauerat. Pag. praecedente, ὅτι φθειρομένου τινος, nisi ὅτι ad ἑνὸς referas, *vt sit pro* οὐδενὸς, *membro mutilata videbitur periodus.* ait *Sylburgius.*

Μάξιμόν τε καὶ Βαλβῖνον) *Maximus* idem est, qui *Pupienus.* quod ignorasse Capitolinum *Maximini Iunioris fine,* plerique mirantur. semper ergo ἐν λόγῳ ἀπορίας capiendum est, cum *in Gordiano primo* dicit: *Maximus siue Pupienus*; & *in Gord. Tertio*: *Pupienum siue Maximum* & Clodium Balbinum Augustos appellauit senatus: donec non ferenda in Historico & in re tam facili, ῥᾳθυμία, dubitationis nexu se exoluit, *fine Max. & Balbini.* Ceterum de creatis hisce Imperatoribus vid. *Eundem in Max. & Balb.* 1, 2, 3. *&* *in Gordianis c.* 10 & 22. Vbi & elogia eorum huc pertinentia.

p. 323. καὶ τὸ παιδίον νήπιον τῆς Γορδιανοῦ θυγατρὸς τέκνον) De ætate discrepant. vide *Capitol. in Gordian.* Ab initio paginæ, *si πάλαι vitio caret*, inquit Sylburg. *transpositione facta scribendum videtur, ἐκ τῶν ἱππικῶν τάγμάτων νεανίας, τούς τε πάλαι στρατιώτας, οἳ ἐν P. Vt sensus sit, ad equestris ordinis iuuentutem adscitos fuisse etiam veteres milites.*

7, 11, 324. μαθόντες δὲ οἱ στρατιῶται) Descripsit hæc cetera pleraque (nec enim totiens monere sustineo) *Capitolinus in Gordianis 22.*

p. 326. ἐμφύλιον πόλεμον καὶ ὄλεθρον) Addendum exemplum *supra* descriptum 1, 12.

7, 12, 328. τοῖς τε στρατιώταις ὑπισχνεῖτο ἀμνηστίαν) C tanquam saluberrimo bellorum ciuilium remedio et infra truces adhuc dum militum animos sanat Maxim 8, 7, 357. Egimus eo de argumento *dissertatione pe liari.*

p. 330. ἐξηκολουθηκότων ἑαυτοῖς τοῖς στρατιώταις) Co para licentiam *supra* descriptam occasione prætextu motus eiuscemodi 7, 7.

IN LIB. VIII.

8, 1, 333. εὐκαταφρόνητοι, ὡς βάρβαροι) Inter artes *Agricolæ* refert *Tacitus c. 35*, auxilia hosti opposita, legiones luti pro vallo ordinatas, *ingens victoriæ decus citra Romanum sanguinem bellanti, & auxilium si pellerentur.*

ἣν καλοῦσι ἡμῶν) *Capitolinus in Maxim. 21, Hemon* vocat. *Casaubonus in Herodiano* legendum autumat: ἡμα... Vide eius notam ad locum *Capitolini.*

p. 334. ἄπερ ὄρη ὑπερκείμενα) Abunde notauimus, *supra ad 2, 11, p. 105.* Mox, εἰς βάθος μέγιστον ἀπορρήγ... habent editiones. *Vulgata lexica in huius loci citati... scribunt ἀπόρρωγας seu ἀπορρῶγας. Sed procul dubio v... lectio est, κρημνοὺς εἰς βάθος μέγιστον ἀπορρωγότας, præcipi... ingenti altitudine prærupta, seu altissimarum rupium ... mania præcipitia.* Sylburgius.

8, 2, 335. Ἀκυληΐα ὥσπερ τὸ ἐμπόριον Ἰταλίας) Str... *bonem* adi *lib. 5. Geograph.*

p. 3

p. 336. μηκέτι τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἢ τειχῶν ἢ ὅπλων δεηθ.) Addendus est locus 2, 11, 103.

περιρρεῖ) *Memmius cum Politiano mauult* παραῤῥεῖν *præterfluit.*

8, 3, 339. οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ ἄλλων μαχόμενοι) Vide his similia in oratione Galgaci apud *Tacit. Agric.* 32. *Catilina ap. Sallust.* 58: *Non eadem nobis, & illis necessitudo impendet. Nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illis superuacuum est pro potentia paucorum pugnare.*

p. 340. Βέλιν δὲ καλοῦσι.) *Capitolinus in Maximin.* 22, *Deum Belenum* vocat: *in Herodiano* legendum non Βέλιν sed Βέλινον *Salmasius* notat. *Apollinem* esse, siue *Solem*, *Herodiano* consentit *Capitolinus.* Vide *de origine* nominis, *deque cultu Dei huius G. I. Voss. theolog. gentil.* 2, 17. & *Ausonii Professs. Burdigal. carm.* 4. itemque 10, *Eliam Vinetum*; & *Ioseph. Scalig. Lect. Auson. lib.* 1 *cap.* 9.

8, 4, 342. Γερμανοὶ γὰρ ὄντες) de quorum peritia natandi *supra* 7, 2, 293.

8, 4, 343. ἅτε ἐντὰ κοῖλα δέχεσθαι νεῶν, ἀλλήλοις συνδεθέντα) *Vegetius lib.* 3. *c.* 7: *Nauigeri amnes hastilibus fixis, ac superpositis tabulatis peruii fiunt; vel certe tumultuario opere colligatis inanibus cuppis, additisque trabibus transitum præbent.* Vbi *SteWechio* notata vide & *Casauboni ad Capitolin. Maximin.* 22.

p. 344. μηχανάς τε ἐν) periodum hanc vsque ad seq. πολλῶν δὲ, *non habet Schotti msc. agnoscit tamen eam etiam Pol. Versio* Sylburgius.

p. 345. φερομένη γὰρ ἡ πίσσα σὺν οἷς περιεῖργον) *Lipsium in Polioreticis* vide, vbi abunde exemplorum, de rebus in oppugnantes effusis. Paulo ante λαβὰς ἐπιμήκεις ἔχουσι, *participium* ἔχουσι *agnoscit etiam A. & W. at Pol. ed. omittit, minus recte*; inquit Sylburgius. At ego omissum, non dixerim: quid enim est aliud, *doliis, quorum manubria longiora*, quam *doliis, longiora manubria habentibus?*

8, 5, 347. ἐκόλαζε τοὺς πλείστους τῶν ἡγεμόνων) Intempestiue id quidem, vt recte notat *Capitolinus*: nam seueritas omnis, nedum crudelitas, tali tempore, vbi sola in militibus spes, periculosa est.

ἐκ πολλῆς παρασκευῆς) de quo apparatu *supra* 8, 2, 337.

p. 348. τὸν στρατὸν δοκοῦντα πολιορκεῖν, … κεῖσθαι) Familiaris scriptoribus, in tali re sen… *Capitolinus* ex *Herodiano* more suo transtulit…

p. 350. οἱ περὶ τῇ Ῥωμαίων πόλει στρατ… τὸ καλούμενον ὄρος Ἀλβανόν; Erant enim præter… vrbe, alia, quæ ad radices montis Albani. Vi… *ad Spartian.* p. 130.

8, 6, 353. παρέτυχον Μαξίμῳ αὐτοκρ… βουλῆς ἐν Ῥαβίννῃ) *Capitolin. in Max. & B…* *Maximin.* 24.

p. 354. ἑκατόμβας ἔθυε) Quid *Hecat…* scribit hac occasione *Capitolinus in Max. &…* *Casaubono* notata vide. in præced. *forte legend…* κλησιάζοντες εἰώθεσαν ἐν τῷδε τῷ χωρίῳ, *vt conc…* *confluere eo in loco solebant.* Sylburgius.

8, 7, 355. κρατοῦντας δὲ τοὺς ὑπὸ συγκλήτου … mox *cap. seq.* ἠγανάκτουν ὅτι ἄρα ἔχοιεν ἐκ συγκλ… *indignabantur milites & dedignabantur ha…* *à senatu datos.* adde *Capitolin. M. & B.* 12. … ἀγοντ. ἡμέρας, vox ἡμέρας *abest ab A. & B. a…* *potest, cum in seq. membro exprimatur.* Sylbu…

p. 356. στρατιωτικὸν ὅρκον, ὅς ἐστι τῆς Ῥωμ… μαίων μυστήριον) Diximus de hac re ad *Taciti* … illa sanctitas quam cito exolescit in animis m… mel impune violari posse animaduerterunt? … seruatu dignum est, quod iusiurandum istud … Principi modo, sed & S. P. Q. Romano mili… bat.

οὐ γὰρ ἑνὸς ἴδιον κτῆμα ἡ ἀρχὴ) Vnde *supr…* *mani populi antiquitus imperium.* Similia … sertim in orationibus Principum, apud scrip… Augustæ, occurrunt: speciosius plerunque, qu… iactata.

p. 357. ἀλλὰ γὰρ ἔσω πάντων ἀμνηστία) C… *Max. & Balb.* 12. Maximus sæpe dixerat apu… *liuionem præteritorum esse debere.*

8, 8, 358. ἠγανάκτουν ὅτι ἀρχὰς ἔχοιεν ἐκ συγκλήτου βασιλέας) *Capitolinus* refert, præſagiſſe id Maximum, cum primum ei deferretur imperium. Verba ſunt *in Max. & Balb.* 15: *Nec reticendum eſt, quod Maximus cum & ſibi & Balbino deferretur iudicio ſenatus imperium, ad Balbinum dixiſſe fertur (vt Herodianus dicit) Quid tu Balbine & ego merebimur, cum hanc tam immanem belluam exitio dederimus? cumque Balbinus dixiſſet S. P. Q. Romani feruentiſſimum amorem & orbis terrarum, dixiſſe fertur Maximus: vereor ne militum odium ſentiamus & mortem.* Quod *Herodianum* laudat, fruſtra eſt. Siue *ipſe* ſiue *gloſſatori* hunc errorem tribuimus. *Caſaubonus*, in regio codice totam hanc narratiunculam Capitolini deſiderari, teſtatur.

p. 359. συνέβαινε δὲ κἀκείνους μὴ πάνυ τι ἀλλήλοις ὁμονοεῖν) Vide *Capitolin. in Max. & Balb.* 14. *Zoſimus* etiam aliam cædis cauſſam aſſignat cum *lib.* 1 refert; *inſidias in Gordianum iuniorem ſtructas, auctoribus Maximo & Balbino: quibus deprehenſis, tum auctores tum conſcios periiſſe.* Confundit, vt arbitror Hiſtoriam Philippi cum hac narratione; niſi fors milites ad excuſandum parricidium tale quid in vulgus ſparſerunt.

p. 362. ὁ δὲ Γορδιανὸς) Vide *Capitolinum in Gordiano tertio.*

Animaduerſiones

in

Examen verſionis Politiani,

quod

HENRICVS STEPHANVS

adornauit.

PRorſus egregie factum eſt, quod elegantiſſimus ſcriptor *Herodianus*, elegantiſſima interpretatione à *Politiano* in Latinum conuerſus eſt; nec minus præclare ceſſit, quod *Henricus Stephanus* multa induſtria, typiſque mundiſſi-

dissimis vtriusque curas publicauit : at qu
doctissimus vir, Politiani versionem, cui simil
in nullo scriptore habemus, tot castigationibus
sartis in ordinem redigere conatus esti, d ego
scriptoris nec ex Latini interpretis merito arbit
Effecit equidem tam-critica manus, vt dice
nunc sit, quod, nisi instituti ratio efflagitaret
ctum; *Henricum Stephanum* tum alibi, tum h
prodidisse, se minus Latine quam Græce erudi
ceam, quod de *Politiani* proposito ne vllam q
tur cogitationem suscepisse.

Sunt, vt arbitror, non duo, quemadmodu
plerisque placuit, sed tria versionum siue interp
genera: *primum* quidem, cum verbis inhæren
singulis siue reddimus siue remetimur, qual
Græcorum scriptorum versiones extant: *altern*
berius & cum quadam paraphraseos mixtura
qui conamur; quali industria *Nicolaus Aleman*
pii arcanam historiam, *Franciscus Vigerus Eus*
rat. Euangelicam, alii alia verterunt: *tertium*
tiano singulare & proprium liceat dicere. qua
Generosissimus Baro Enenckelius mira elegantia
li, Thucydidem interpretatus sit; *Casaubonus* a
bium luculenta itidem versione, vterque sane
Latine, illustrauerit: malim tamen ad *secundum*
saubonum referre; *Enenckelium* autem Politian
parare, vt adhuc differat vtriusque studium. Vi
vna Politiano cura fuisse, si Latina elegantia p
in versione cum Græca Herodiani venustate cert
que plusquam translationis nomine æstimari.
dem ita illi successit, vt rectissime de Herodian
iudicauerit *Ludouicus Viues*; *non ab homine G*
genitum sed a Latino. Quam se facile produnt
lationes ex Græco? dum partim in Græcis rotun
exprimendis conatus sæpius quam successus ap
tim tralatitia diligentia ne alio quidem quam qu
interpretationis nomine censeri cupit; partim
etiam doctisq; conuersionibus lucta quædam in

Latinitatis & explicationem Græcismi animadvertitur. Quibus superatis difficultatibus Politianus talem nobis interpretationem Herodiani dedit, quæ dissociabiles interpretis & eloquentis viri virtutes ita coniungeret, sicuti alias in historia αὐθυποκριτῶς oratoris laudes cum historici officio conspirant. Quod institutum, qui, vt oportet, considerabit æstimabitque, non argutabitur in minutiis, aut tam nobilis consilii rationes ad diuersa & humiliora quasi retrahere audebit.

Sed eamus in rem præsentem, & nonnulla videamus, quæ vitio dare instituit Politiano *H. Stephanus*. In præfatione sui examinis notat illa Prooemii verba (*lib.1.cap.1.p.2* nostræ edit.) δόξη παρέδωκαν τῆς ἀληθείας μείζονι; non debuisse reddi, *supra veri fidem sustulerunt*: sed *supra verum sustulerunt*. non enim maiora, quam vt credi possint, sed maiora quam reuera erant, intelligi. Vix mihi ipsi credo, cum hæc refero, *Stephanum* ignorasse, *fidem* Latinis præsertim in hac formula, non rarius asseuerare rem, quam assensum credentis significare; vt elegantissime dicam, *supra veri fidem* dictum, quidquid in maius augetur. Ab hoc loco venit ad illum qui 3, 5, 133 legitur: *cogitare instituit Seuerus, quo pacto sibi vniuersum Romanum imperium liberisq; suis bona fide adiudicaret.* Inquit: Illa ipsa vox, *fides* eleganti quidem loquendi genere, sed propter ambiguitatem minime verborum Græcorum interpretationi apto adhibetur. Hoc enim quotusquisque de alia bona fide intelligendum putabit, quam ea quæ iurisconsultis ideatidem in ore est? Responderem: *omnes* de alia fide & aliter intelligendum putabunt: *omnes*, inquam, qui vel de Latina lingua, vel de negotio aut contextu quidquam intelligent. Neque enim pueris tantum scribuntur versiones; præsertim elegantes: & de Politiani instituto iam diximus: quod longe rectius cepit *Ludouicus Viues*. qui Versionem Politiani cum Græcitate Herodiani comparari voluit, tanquam ad profectum & mutuam illustrationem vtriusque eloquentiæ. Tum autem quæ hæc noua lex interpretandi, *non licere vllam loquendi elegantiam habere, nullam politiorem formulam?* præsertim cum vsus & auctoritas talia vulgaribus nec obscuriora nec magis

magis ambigua esse sinant. Qui profundius ista intellig
non minus clare dici sciunt; *bona fide firmatum imperi*
quam *penitus & certo firmatum*. Iuuat hic vox *adiudic*
di; *adiudicare sibi aliquid bona fide*, εἰς ἑαυτὸν μεταγαγε
βεβαιῶσαι. Nihil potuit elegantius aut aptius: vna vox
tina, duplicis verbi Græci significationi non disconueni
adiuncto sibi *bonæ fidei* vocabulo exhaurit rem & conne
Quinimo, si plane largiremur, *subtilioris aliquid elega*
hic concurrere, quis tamen in tali versione, rarius & tem
stiue immiscentibus sese quibusdam Latini labii deli
iniquum se præbeat? Ad maiora progreditur, non sine
macho & tragica verborum seueritate, H. Stephanus. C
enim *Politianus* lib. 4. cap. 5 pag. 189. illa Historici ve
Μάρκος αὐτὸς φιλοσοφίαν καὶ ἐπιείκειαν προσποιούμενος, in
pretatus esset, *Marcus ipse, Philosophiæ simulator ac mā*
tudinis, Censor Interpretis, *Vix dixerim*, inquit, *maiore*
Herodiano an Marco imperatori iniuriam hæc interpret
faciat. Nonne antea laudauit Marcum Historicus (ita
git) quomodo ea laus ei adimitur hoc loco? At quid ho
Herodianum? Necesse est, vt dormiat lector, aut pro
aliud agat, qui hæc ex Historici mente dicta existimet; c
tam aperte Antonino hæc oratio tribuatur. Itaque He
diano quidem nulla hic potest fieri iniuria. Speciosius
quod ait: Antoninum loqui apud eos, qui ægre laturi f
sent ademtam Marco debitam laudem: siue potius (
enim videtur recte suæ dubitationis neruum proposi
Stephanus) Antonini proposito parum conuenisse, vt M
cum minus honorifice appellaret. Sed quid dicemus? P
aliquis referre: qui audet Marcum parricidii nomine in
centem criminari, quidni etiam simulationis eum infir
lare audebit? Ego (fatebor enim quod res est) non du
recte hactenus sentire Stephanum, quod voluerit pa
aliud quam Politiani verba præferunt dicere Antoni
Marcum, licet in omni actu philosophiæ & mansuetud
obseruans cuperet videri, tamen non abstinuisse cæde g
ri: vt vox *simulatoris* plus quam oportet, in sensum scri
ris inferre videatur. interim rursus *excessit medicina*
dum, vt ostendimus. § Subiungit locum ex 4, 13, 212.

de Antonino; ἀπροσδοκήτως καὶ ἀφυλάκτως ὁ Ἀντωνῖνος ἀνῃρέθη; quod *Politianus* vertit: *de improuiso Antoninus minime defensus occubuit.* prolixe hic agit *Stephanus*, vt substituat, *absque custodia, vel remotis custodibus*, quasi ὀυδένα ἔχων τῶν φυλάκων. Sed profecto nodum in scirpo quærit: Politianus idem dicit. nisi quis ἀφυλάκτως actiue malit sumere, hoc sensu: cum minime sibi cauendum *existimasset Antoninus*, vt ἐπεξηγητικῶς iungi τῷ ἀπροσδοκήτως videatur. ¶ Quod *Politianus in Herod.* 6,6,272 non intellexerit, quid sit ἀκρωτηριάζεσθαι, frustra suspicatur *Stephanus*. Nimirum quivis vir doctus inspecto contextu valde dubitabit, an cum *Stephano* malit vertere, *milites extremas partes corporis præ frigore amisisse*, quam cum *Politiano hyemis asperitate attritos esse*, quod & illud includere, & ad captum sensumque historiæ haud paulo aptius congruere potest. Non minutiæ verborum captandæ sunt interpreti: sed ad genium casuum euentuumque amplitudinem & propositum historici contextus accommodanda expositio. ¶ *Ex duobus membris vnum* tum hic tum alibi factum esse, in laudibus huius interpretationis haud dubie docte & accurate cogitantes posuerint. ¶ *Lib.* 5 *cap.* 1 *p.* 223 *in Macrini oratione* legimus: οἱ δὲ ἐκ μετρίων πράξεων εἰς αὐτὴν ἐλθόντες, περιέπουσιν αὐτὴν ὡς καμάτῳ κτηθεῖσαν. Hæc verba cum longe altius considerasset *Politianus* quam *Stephanus*, rectissime exposuit: *qui experimento modestiæ ad imperium asciscuntur*, quasi partum labore tuentur. *Stephanus* dum nimia corrigendi cupidine, *mediocres administrationes* intelligi μετρίων πράξεων nomine contendit, non animaduertit, quam parum concinnitatis in sensu, tum autem, quanta sit in ipso contextu pugna. Macrinus ab initio huius orationis dignitatem administrationis, quam hactenus sustinuisset, i.e. præfecturæ prætorii magnifice extulerat, ὀυ πολὺ τῆς ἐξουσίας καὶ δυνάμεως βασιλικῆς ἀποδέουσαν, *non multum imperatoria potestate inferiorem vocans*, adeoque sua merita extulerat, vt minime *mediocrium administrationum*, sed summarum auctor cuperet haberi. Quid quod omnis dubitandi occasio est præcisa, dum toties vna repetitur in hac oratione sententia: nempe *ex modestiæ* i.e. ciuilis industriæ iustitiæque & omni elatione va-

ne vacuæ moderationis *merito asciscendos principes.* sensu laudat *Macrinus* τὸ πρᾷον τῆς διοικηθείσης πράξεως, τρόπε τὸ πρὸς χρηστότητα ἐπιρρεπὲς, *mansuetudinem in potestate adhibitam, propensosque ad benignitatem m* Et quid clarius illa sententia: ἐπιείκεια καὶ χρηστότης, ἄμ θαυμάζεσθαι, καὶ τῆς ἐπαίνων τὴν ἀναφορὰν εἰς αὐτὸν ἵνα ἔχῃ τῆς ... ἐξουσίας. Denique totus contextus adeo valide tuetur i pretationem Politiani, vt nil nisi leuia grauibus oppo tus sit, qui à Stephani partibus stare voluerit. Habuit *H dianus*, cum ista scriberet, in animo *Aristotelis* locum lit. 10: καθίσται βασιλεὺς ἐκ τῶν ἐπιεικῶν καθ' ὑπεροχὴν ἀ πράξεων τῶν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. *Iustinus* 1, 1, 1 ita extulit: *Reges a stigium maiestatis non ambitio popularis, sed spectat ter bonos moderatio prouehebat.* Hanc sententiam sol imitatione, vt sic dicam exprimere solent, qui Electio & merita, successionis ac natalium iuri ὑποθέσεως χάριν ponunt: quod præsertim hoc loco *Macrinus* facit. ❡ 6 *cap.* 2 *p.* 259. interpretatur Politianus: *huiuscemodi li Alexander persuasurum se barbaro, metu scilicet perte pacem quietemque arbitrabatur. Quibus ille contem remq; armis potius quam verbis gerendam ratus, tum ferocissimus ingruere, decursaque ac perequitata M omni &c.* Hæc reformat *Stephanus* ad hunc modum: *lit. Alexander se barbarum exoraturum* (quasi verò τ θεῖν exorare magis quàm persuadere esset *aut metum iecturum putabat, qui illi quiescendi caussa foret.* qua τὸ ἡσυχάζειν τὸν βάρβαρον, ad metum tantum & τὸ, φοβηθῆ etiam ad τὸ, πεῖσαι referri debeat. *At ille nihil curans scripta essent, remq; armis non verbis gerendam rat maiore studio ad bellum incumbebat; populans vastan omnia quæ Romanorum erant, decurs.* &c. Compara vt que interpretationem cum Græcis. In omnibus ma stam elegantiæ rationem, sine sententiæ damno, secut Politianus, quæ *Stephanus* deterius enuntiari voluit scriptis elegantiis: nisi in vno forte liberius fecisse vi tur Politianus, cum illa, ἐνέκειτο, ἄγων καὶ φέρων τὰ Ῥω ἅπαντα, orationis filo seruiens expressit, *tum vero fer mus ingruere.* ❡ *Lib.* 6 *cap.* 5 *p.* 268 legimus: Ἀλέξαν

μὲν οὖν, ὡς ᾤετο, ἄριστα βεβούλευτο· ἔσφηλε δὲ αὐτοῦ τὴν γνώμην ἡ τύχη. Hæc *Politianus* optime reddit: *Sed hoc Alexandri consilium, etsi, longe optimum prima specie videbatur, statim tamen fortuna destituit.* At *Stephanus*, ne Latine quidem satis: *optimum igitur Alexander consilium inierat, vt quidem putabat: sed eius deliberationem fortuna intercepit.* Quid enim est, *fortuna intercepit deliberationem eius?* Hoc ne factum quidem. &, estne hoc expressum ex Græco? ἔσφηλε αὐτοῦ τὴν γνώμην ἡ τύχη. quando; fortuna omni ratione potentior, salubriter destinata discussit: quando fortuna propositum fefellit, consilium destituit. ¶ *Libri sexti fine*, Herodianus: πάνυ γοῦν ἂν ἡ Ἀλεξάνδρου βασιλεία εὐδοκίμησεν εἰς τὸ ὁλόκληρον, εἰ μὴ διεβέβλητο αὐτῷ τὰ τῆς μητρὸς εἰς φιλαργυρίαν τε καὶ μικρολογίαν. Quæ convertit *Politianus* optime: *Quapropter nisi filium mater auara & sordida infamasset, nihil plane desiderari in illius gubernatione imperii potuisset.* *Stephanus* ita maluit: *Omni igitur ex parte laudatum fuisset Alexandri imperium, nisi mater eius ob auaritiam & sordes male audisset.* cum Græca velint, ipsi Alexandro infamiam attulisse, quæ mater per auaritiam peccaret. ¶ *Lib. 7 cap. 3 p. 295:* τί γὰρ ἦν ὄφελος βαρβάρων ἀναιρουμένων κτλ. *Politianus* elegantissime: *Quo enim barbaros interemtos?* &c. Sed non tolerat hanc exquisitam Latinitatem *Stephanus*, & triuiali stilo permutat: *Quid enim proderat, barbaros interimi, si* &c. ¶ *Lib. 7 cap. 5 p. 301* illa ὥσπερ κεραυνοφαῆον τέλος κτλ. nitide & erudite *Politianus*; frigida periphrasi, *Stephanus* reddidit; omniaque deteriora fecit. ¶ *Lib. 7 cap. 8 p. 313 & 314*, καὶ τὰ μὲν ἀνδρεῖα καὶ σεμνὰ τῶν ἔργων κτλ. latine, grauiter, & ad mentem Herodiani exprimit *Politianus*; quæ *Stephanus* in merum languorem emendando resoluit. Quam est illud dissolutum: *imperium nostrum, quod est sollers & moderate se gerit*, &c. ¶ *Libri octaui principium*, emendatione, quæ affertur, parum indigebat. ¶ Quid autem opus erat *lib. 8 cap. 8 p. 358* illa Politiani; *militum tamen vlcerosi animi populares illas acclamationes haud æquis auribus accipiebant, ipsamque illam nobilitatem grauabantur;* permutare his verbis? *milites tamen animis æstuabant, &*

 eum

cum illis populi acclamationibus offendebantu
ipsorum imperatorum nobilitatem grauabantu
de, ἀποσκώπτοντες τοὺς ἀπὸ συγκλήτου βασιλέας,
recte convertit, *irridentesque senatorios imper*
Stephanus non videtur cepisse elegantiam serm
substituit: *per irrisionem vocitantes senatorios i*
¶ *Locutionem actiuam ab interprete in passiu*
saluo sensu, & desiderante contextu eleganti
rendum iudicauit Stephanus. qui ne tulit qui
tem, *populum Romanum*, pro *Romanis*. ὁμο
dem corporis reddit *Politianus*, imitatione *Liui*
corporis esse, & *sui corporis regem creare* dixe
phanus mallet vulgatum: *eiusdem nationis*
Quod *Politianus* præclare dixerat, *actibus in*
phanus parum memor huius Latinitatis rescri
tissime ius dicere. Et pro; *Principali pompa*
riam pompam: Cuius generis per sunt multa
possent, si vellemus hanc dissertationem produ
negamus autem aliqua à Politiano aliter redd
ac debuisse: sicut etiam *Sylburgius*, cautior &
phano criticus, non semel annotauit. καὶ
ἐγῶ τε.

IN

INDEX
IN
HERODIANVM.

Primus numerus, librum; *Secundus*, caput; *tertius*, paginam notat.

A.

F.

G.

g[...]

 Prin-

medi-

omina

otii

pecunia

Vi. not.

FINIS INDICIS.

Nomi-

Nomina eorum, qui in Notis laudantur vel adducuntur.

Ælianus.
Æthicus.
Africanus.
Aldrouandus.
Alemannus Nic.
Alexander ab Alexandro.
Ammianus Marcellinus.
Apollodorus.
Appianus.
Ariſtides.
Ariſtoteles.
Arrianus.
Athenæus.
Auſonius.
Balſamo, Theodorus.
Barclaius.
Barthius.
Briſſonius.
Cælius Rhodiginus.
Cæſar, Iulius.
Camdenus.
Camerarius.
Campanella.
Cantacuzenus.
Cantoclarus.
Capitolinus.
Caſaubonus.
Cenſorinus.
Chalcocondylas.
Ciacconius.
Claudianus.
Clemens Alex.
Cluuerius Phil.
Codinus.
Comineus.
Conſtantinus Porphyrog.
Contarenus.
Curtius.
Demoſthenes.
Dio Caſſius.
Dio Chryſoſtomus.
Diodorus Siculus.
Dionyſius Halicarn.
Dionyſius Periegetes.
Elmenhorſtius.
Enenckelius L. B.
Euripides.
Euſebius.
Euſtathius.
Eutropius.
Excerpta Peireſiana.
Faber, Petrus.
Feſtus.
Florus.
Freinshemius.
Frontinus.
Fullerus.
Georgius Logotheta.
Geſnerus.
Glandorpius.

Grego-

Gregoras, Nicephorus.
Grotius, Hugo.
Gueuara.
Gutherius.
Heinsius, Daniel.
Herodotus.
Historia miscella.
Hotomannus, Fr.
Hugo, Hermannus.
Inscriptiones.
Ioannes Antiochenus.
Iosephus.
Iulianus apostata.
Iuretus.
Iustinus.
Kirchmannus.
Lampridius.
Latherus Herm.
Lectius.
Leo Imperator.
Leunclauius.
Lindenbrogius.
Lipsius.
Liuius.
Lucanus.
Lucianus.
Mamertinus.
Manutius, Aldus.
Marcus Imperator.
Marselaer, Frid.
Metaphrastes Cæsaris Græc.
Metochita, Theodorus.
Marcellus.
Meursius.
Nazarius.
Nepos.
Nicetas Choniates.
Nicephorus Callistus.
Nicephori patriarchæ Chronographia.
Onosander.
Orosius.
Ouidius.
Pæanius.
Panuinius Onuphr.
Pausanias.
Petauius, Dionys.
Phædrus.
Philostorgius.
Photius.
Phranza, Georgius.
Pierius.
Plautus.
Plinius Maior.
Plinius Iunior.
Plutarchus.
Politianus.
Polybius.
Pontanus, Iac.
Procopius.
Ptolomæus.
Raderus.
Remus Georg.
Rhellicanus.
del Rio.
Rittershusius, Conr.
Sallustius.
Salmasius.
Sauilius, Henr.
Scaliger, Iosephus.
Scholiastes Thucydidis.
Schottus, Andr.
Seldenus.
Seneca Philosophus.
Seneca Trag.
Seruius.

Soli-

Solinus.
Spartianus.
Stephanus, Henr.
Stemechius.
Stobæus.
Strabo.
Stuckius, Io. Gul.
StyrZelius, Io. Georg.
Suetonius.
Suidas.
Symmachus.
Synesius.
Tacitus.
Tertullianus.
Themistius.
Thophylactus Simocatta.
Thuanus.
Thucydides.
Trebellius Pollio.
Turnebus.
Valerius Max.
Valesius Henr.
Vegetius.
Velleius.
Victor Aurelius.
Vigerus Fr.
Vinetus, Eliat.
Virgilius.
Vitruuius.
Viues.
Vossius G. I.
Xenophon.
Xiphilinus.
Zonaras histor.
Zonaras in Canon.
Zosimus.

Errata, quæ passim irrepserunt, typographica, facile per se emendabit Beneuolus Lector.

FINIS.

PROMPTUARIUM HERODIANI

seu

INDEX HERODIANI ABSOLUTISSIMUS,

è quo

LECTOR STUDIOSUS,

ad suum usum depromere poterit

Omnia ejus vocabula Græca, secundum naturalem ipsorum seriem, ad faciliorem cujusvis analysin in sua principia, posita, cum eorum genuinis significationibus Latinis, & Accidentibus Grammaticis, item phrasiologia, & elegantioribus sententiis: additis interdum omnibus locis, in quibus per totum autorem occurrunt: item variis Lectionibus, & nostra expositione: ut passim & Commentarii & Concordantiarum usum præstare possit.

Accessit in fine locuples Index Latinus, ut pro duplici Lexico, & Græco-Latino, & Latino-Græco, utentibus inserviret.

AUTORE

BALTASARE SCHEIDIO,

Theol. D. & L. L. Hebrææ Græcæque in Academia Argentoratensi Professore Publico.

PRÆFATIO
AUTORIS HUJUS INDICIS
AD
LECTOREM.

VTilißimum non minus, atque laboriosißimum opus esse, librorum, locupletes indices, tam verborum, quàm rerum, perspectum est eruditis omnibus, quotquot in illis vel usurpandis, vel componendis versati sunt. Cum enim nemini hominũ tam divina sit memoria, ut autoris alicuius, utcunque diligenter lecti, singula vocabula, eorumque genuinas significationes, & varias acceptiones, cum ipsarum rerum varietate & multitudine, in promptu semper, ubi iis opus est, habere poßit; eiusmodi indices, quos ideo Barbarè Repertoria *vocarunt, inventi sunt, quibus infirmitati memoriæ succurreretur; ut horum opera quilibet, & verba & res totius alicuius autoris facilius & citius repetere, & quasi in numerato habere poßit, quibus pro re nata quisque in usum suum opus habet. Deinde non omnibus, districtis sæpe negotiorum multitudine & gravitate, in tanta etiam, tot utilißimorum autorum copia, quovis tempore, ad qua suis occasiones & negotia, tantum suppetit otii, neque etiam, in tanta vitæ brevitate, sufficit ætas, ut singulis libris, totis à capite ad calcem evolvendis vacent; quibus proinde iterum*

peropportunum & gratißimum accidit subsidium, si talibus indicibus uti detur, quoties usus ipsorum postulat. Accedit, quod nulla ferè certior ratio iniri queat, & verborum autoris alicuius interpretandorum, & intelligentiæ lectoris adiuvandæ, quàm si præter συνάφειαν *textus, collatio instituatur singulorum vocabulorum & phrasium, per totum autorem occurrentium, quo sensu ubique soleat eis uti; ut, facta diligenti collatione omnium locorum, paßim* concors *mens autoris deprehendatur. Qua de causa iampridem compendium illud absolutißimorum indicum inventum, quod ideo Barbaro vocabulo* Concordantiarum *appellare visum est. De quibus universis verum, quod de Biblicis, in Theologia ad usum interpretationis Script. sacræ scripsit* D. Wolffgangus Franzius, *p. m. in Tracta: Theol. de Interpretatione Scrip. sacra, p. 52.* Quòd earum utilitatẽ immensam satis laudare non possit. *Censetque*, Potius carere posse pium & diligentem scrutatorem, & quidem fontium V. & N. Testamenti, aliis libris multis: Concordantiis utrisque istis citrâ magnum studiorum suorum detrimentum nequire. *In quam rem plura repererit Lector ibidem. Quod & integro libro ex professo demonstravit* Conradus Kircherus, *de usu suarum in LXX. versionem Græcam adornatarum Concordantiarum Hebræo Græcarum* πολυχρήστων. *Videri etiam poterit quæ de hac materia scripsit* Johannes Buxtorffius *in præfatione Concordantiarum Hebraicarum à se editarum. Quæ res procul dubio, & superioribus annis, & nostra ætate, permovit doctos, ut, posthabitis*

tot mo-

tot molestiis, quibus coniuncta est talium indicum collectio & digestio, habita ratione tam amplæ, tamque multiplicis utilitatis, accensi studio de Rep. literaria optimè merendi, curam susceperint indices tales, seu concordantias componendi. Et primus quidem earum autor perhibetur fuisse Hugo Carensis, *circa annum Christi* 1240. *Sicut de eo testatur* Sixtus Senensis, *lib.* 4. *Biblioth. Sanct.* Quòd primus Omnium excogitavit Indicem magnum in sacrosancta Biblia, Concordantiæ Bibliæ prænotatum, laboriosissimum sane, & immensi laboris ac temporis opus, sed sacrorum Voluminum Studiosis magnopere necessarium, &c. *Quem, quia opus adhuc minus perfectum erat, desideratis in isto Indice plurimis vocibus, convenientique ordine, & versuum Biblicorum ascriptione, sequuti sunt* Arlotus, *&* Halberstadius, *suppletis aliquibus earum defectibus: opere tamen ipso nondum plenè perfecto. Quare, an.* 1430. Johannes de Segovia, *(occasione præsertim captata ex controversia Ecclesiæ Latinæ cum Græca de Processione Spiritus Sancti à Patre & Filio, in qua multum disputabatur de usu Biblico Præpositionum,* a, *vel,* ex, *&* per, *ut de eo certò constare posset,) in defectu superiorum Concordantiarum particularum talium indeclinabilium omnium Indicem colligere & edere aggressus est. Quem tamen universum, tot vocibus adhuc omissis, & à se substitutis auxerunt subinde alii atque alii, ut* Johannes Frobenius, *Basileæ; &,* Robertus Stephanus, *Parisiis, ut scribere non sint veriti;* Vix decimam olim partem in antiquis Concordan-

tiis comprehensam fuisse eorum, quæ in postremis editionibus haberentur. *Ad horum imitationem* R. Mardochai, *vel, ut alii scribunt*, Isaac Nathan *Iudæus, an. Domini* 1438. *Concordantias Hebraicas primus composuit, sed valde imperfectas. Quas idcirco, & auctiores & ordinatiores reddidit, & an.* 1632. *edidit* Johannes Buxtorffius, *vir de Hebraica literatura supra modum bene meritus. In quibus tamen adhuc non pauca desunt, tam quoad voces quasdam declinabiles, ut* היה fuit, כל universitas &c. *quam particulas indeclinabiles fere omnes, & pronomina. Quem defectum supplevit (ut quondam Regiomonti Borussorum, studiorum causa agenti mihi significatum memini)* Samuel Bohlius, *Professor olim Rostochiensis, operâ aliquot Studiosorum, collectis illis particulis omnibus, & in ordinem digestis. Cuius operis schedas postea acquisivit, meus tum temporis in dicta Academia amicus atque commilito*, M. Caspar Ledebur. *Quem arbitror etiamnum penes se habere opus illud, & hactenus aliquoties captasse occasionem, illud edendi, quod ut bono aliquando cum successu fiat, est quod optent φιλεβραῖοι. Cæterum carent eadem Buxtorffiana Concordantiæ Hebrææ omnibus etiam Nominibus Propriis non sine magno hiatu, & incommodo Hebraizantium, quod sæpe ipse expertus sum. Quamobrem ante aliquot annos in privatum meum usum ex toto corpore Bibliorum Hebraicorum, ordine Alphabetico ea collegi, quotiescunque occurrunt: quem laborem aliquando, Deo volente, & tempore prosperum successum, & operis promotores subministraturo, publici*

iuris

iuris facere decrevi. Ad exemplum pariter Concordantiarum Latinarum, Sixtus Senensis, *d. l. refert, in Græca Biblia similes collegisse* Euthalium Rhodium, *circa annum* 1300. *In T. novum Græcas tentavit facere* Xystus Betuleius. *Cuius valde imperfectum opus perfecit* Henricus Stephanus, *An.* 1594. *& secunda editione adhuc magis, An.* 1624. *Cui summam manum tandem, opere perfectißimo, addere allaboravit* Erasmus Schmidt, *Professor VVitebergis. Edidit etiam An.* 1640. M. Ludovicus Lucius, *Professor Basileensis, brevißimo Compendio, Dictionarium N. T. quod & Concordantiarum loco adhiberi potest. In aliis Linguis eundem laborem aggreßi sunt* Martinus Trostius, *qui Lexicon edidit in Syriacum N. Testamentum, omißis tamen particulis, ut loco Concordantiarum Syriacarum esset. In Targum V. T. perfectißimum Lexicon composuit* Johannes Buxtorffius, *quo paßim pro Concordantiis uti licet. Græcarum Concordantiarum V. T. autore* Conrado Kirchero, *iam supra mentio facta est. In Germanica Lingua Concordantias Biblicas edidit An.* 1571. Petrus Gedultig. *Sed longè perfectiores, An.* 1609. Conradus Agricola. *Quas emendatas & perfectißimas visus est fecisse, An.* 1658. Christianus Zeisius. *Nec defuerunt in profanis scriptoribus, qui talem Herculeum laborem subterfugerunt. Quales in* Græcis, *fuerunt* M. Wolffgangus Seberus, *cuius est, Argus Homericus, seu Index Vocabulorum in omnia Homeri Poëmata.* Eiusdem, *in Pythagoræ ac Phocylidis carmina.* Laurentii Rhodomanni, *in V. libros Biblio-*

theca, Diodori Siculi. Hieronymi Wolfhi, *in Isocratem.* Michaëlis Neandri *in eundem Phrasiologia.* Item, *Aristologia Euripidæa.* Et, *Anthologicum Græco Latinum.* Et, *Anthologia Pindarica.* Friderici Sylburgii *Indices Græci, quos subiecit Græcis à se editis autoribus, ut Aristoteli, Dionysio Halicarnasseo, Romanæ Historiæ scriptoribus Græcis, &c.* Aemilii Porti, *in Pindarum: nec non, in Ionicos & Doricos scriptores.* Georgii Pasoris, *in Hesiodi carmina. Ipse privatim in meum usum, paucis abhinc annis absolutissimum collegi Indicem Græcum in* Dionysii Περιήγησιν, *qui suo tempore, Deo dante, & occasione ferente, in lucem prodibit, unà cum Eustathii scholiis, & versione Latina.* In Latinos scriptores, *Indices collegerunt, quorum plerique per modum Concordantiarum scripti, præter alios,* Johannes Camers, *ordinis Minorum S. Theol. D. in Plinii Historiam Naturalem.* Marius Nizolius, *in Ciceronem, à* Cælio Secundo Curione, *quarta parte auctior factus.* Thomas Treterus *Posnaniensis, in Horatium.* Dionysius Lambinus, *in contextum Lucretii. Eoque perfectius,* Daniel Pareus. *In Virgilium,* Nicolaus Erythræus *&* Fridericus Taubmannus. *In Plautum,* Idem. *In Martialis Epigrammata,* Josephus Langius. *In Propertium,* Johannes Passeratius. *In eundem,* Horatius Tuscanella, *ut & in Catullum & Tibullum.* Matthias Berneggerus, *in Tacitum.* Johannes Freinshemius, *in Iustinum.* Jacobus Kokertus Lubecensis, *in Terentium, &c. Ad quorum exemplum, & ego ante aliquot annos, de perfecto aliquo Indice*

dice

dice Græco in Herodianum *componendo cogitare cœpi. Cum enim autorem illum à primis iuventutis meæ annis, ob singularem styli & rerum quas tractat elegantiam, inprimis diligerem & familiarem mihi redderem, eumque postea aliquoties Studiosis Græcæ linguæ in Collegiis meis exponerem, factum est, ut identidem eiusmodi Indicem Græcum in usum meum desiderarem: quem quia à Viro Excellentissimo Præclarissimoque* DN. JOH. HEINRICO BOECLERO, *Collega & Fautore meo honoratissimo, in Præfatione primæ editionis Herodiani, An.* 1644. *promitti quidem, sed postea, ob alia haud dubiè magis ardua negotia intermitti videbam, ipse tentavi cum bono Deo manum operi admovere: primumque in privatum meum usum, ante 6. annos, talem congerere cœpi, opera usus 8. Studiosorum, (quos non, sine laudis* ἀτιμασίᾳ, *prætermittere innominatos duxi,) quorum nomina sunt* 1. M. FRANCISCUS WERNER, *Argentoratensis.* 2. JOH. JACOBUS WILD, *Durlacensis.* 3. M. ERNEST. BOGISLAUS MOSCHEROSCH, *Argentoratensis.* 4. WOLFFGANGUS PICHLER, *Eslingensis.* 5. M. JOH. CROPHIUS, *Augustanus.* 6 MICHAEL HAYDT, *Schemnicensis Montanus Pannonius.* 7. M. CHRISTOPHORUS HAYN, *Argentoratensis.* 8. M. DANIEL KECK, *Argentoratensis. Horum singulis singulos Herodiani libros, eo ordine, quo eos recensui, distribui, curavique, ut singulas voces, secundum ordinem, quo in autore leguntur, chartæ, ex unâ tantum eius parte, inscriberent, subiunctis cuilibet earum, libro, capite, commate, in quo*

ea occurrit. Quem in finem, quia in prima editione nulla divisio in commata facta erat, ipse hanc in meo exemplari feci, ad quam & ipsi sua exemplaria, quibus utebantur dividebant, & hac præsens secunda editio expressa est. Absoluto isto singulorum opere opus omnium ego in manus accepi, & singulas voces, in singulas schedulas resecui: resectas digessi in tot capsulas chartaceas, quot sunt Alphabeti Græci literæ; singulas singulis eius literis maiusculis notatas: instar typothetæ resolventis formam compositorum typorum, & in debitos forulos, singulas reponentis. Deinde ex singulis capsulis schedulas exemi, & in longiori mensa, secundum ordinem Alphabeticum exemptas voces digessi, singulas debitis titulis subiectas. Ex: gr: quæ ex capsula A, depromebantur, ordine subieci sub titulos, αβ. αγ. αδ. αε. αζ. αη & sic consequenter. Donec omnes voces cuiusque literæ in debitum suum ordinem erant digestæ: quas postea eo ordine, quo iacebant in mensa, filo inserui; è quo, quum per otium vacabat, catalogo inscribebam, secundum ordinem, quo filo insertæ erant. Ex quo catalogo, hic, quem huic secundæ Herodiani editioni annectere visum erat, prodiit Index. In quo, ut compendium libri facerem, nolui repetere (quod tamen ex Catalogo isto, qui omnes omnium locorum voces etiam minutissimas, quoties in toto autore occurrunt, ad instar Concordantiarum complectebatur, facili opera fieri potuisset,) quoties qualibet, utut, frequentissima, ut ὁ, ἡ, τὸ, μὲν, δὲ, καὶ, &c. occurrebant. Alioqui moles libri, modum excessisset. In Indice tamen ipso componendo omnes voces, ubicunque legerentur, erant inquirendæ

& re-

& repetenda, ut de earum genuina & multiplici significatione, etymologia, constructione &c. per totum autorem certò constaret. Quæ sigillatim ideo recensui, ut Lectori fidem facerem eius, quod ab initio dixeram, laboriosissimum opus esse, indicum talium compositionem; *& ut talium studiosis facem accenderem, viamque præmonstrarem, quam ego compendiosissimam esse expertus sum, in alios bonos autores, in quos nondum editi sunt, simili modo, similes, boni publici causa, componendi. Quàm bene mererentur de Rep. literaria, si qui pariter colligerent Indices, in præcipuos Græcos & Latinos Patres. Item, in principes Græcorum Philosophorum, Platonem, Aristotelem, aliosque! Cæterum, & quo proposito prodierit hic index, & quid præstitum in eo sit, & quem usum ex eo sperare, & quomodo cum fructu eo uti possit Lector, paucis dicendum. Quia enim videbam, in usum docentium & discentium, & privatim, & publicè in scholis Græcam N. Testamenti Linguam utilissimum edidisse Lexicon Græco-Latinum,* Georgium Pasorem. *Simile autem, in profano aliquo eleganti, & iuventuti φιλέλληνι utiliter proponendo autore Græco, non ita vulgo, quantum quidem mihi constabat, exstare, arbitrabar. Herodianum in eiusmodi Indicem, qui & pro Lexico esse posset, digestum, partes istas explere posse. Quare eum ita disposui, ut omnes voces quotquot in eo occurrunt, suo quamque loco, non habito respectu servilium & radicalium literarum, secundum seriem Alphabeticam, scripserim. Qui ordo novus, magnam facilitatem pariet, præsertim tyronibus Græcæ Linguæ, singula derivativa in sua primitiva in-*

vènien-

veniendi. Vt vero non tantum Indicis, sed & Lexici munere fungeretur; quibuslibet vocibus, suas subiunxi significationes, varias etiam, declaratas exemplis ex ipso autore allatis. Et, quia contraria iuxta se posita magis elucescunt, subinde contuli oppositas voces & phrases. Adieci etiam earum originem, è qua vel primò deriventur, vel componantur. Addita etiam analysi secundum Accidentia Grammatica Ex: gr: In partibus declinabilibus, *si vox adducta est* Nomen substantivum; *dixi, cuius sit generis, & in quibus tum numeris, tum eius casibus per totum autorem legatur. Additis eius Epithetis, quæ eius sensum interdum declarant & distinguunt.* Si Adjectivum; *insuper & motio, & comparatio adiecta, & ipsa quandoque substantiva, è quibus itidem huius genuinus sensus dignosci poterat. Si* Proprium Nomen *personæ, vel loci, breviter illud exposui, &, si quod variis competeret, distinxi.* Si Verbum; *ordine adduxi, cuius sit vocis seu generis. Item cuius modi & temporis, & cuius personæ, & numeri. Secundum ordinem, quo vulgo in Grammaticis hæc poni solent. Cum Verbis utplurimùm integras phrases adduxi, ut & varia eorum acceptio, & quibus cum casibus construerentur, appareret.* Si partes indeclinabiles, *Adverbia, &c. earum varias significationes & constructiones indicavi, & exemplis illustravi. Vbi plura loca adduci potuissent, quorum omnium inductio non magnopere necessaria videbatur, adhibui siglam, &c.* Primitiva *vocabula posui cum sequentibus ex ordine derivativis.* Simplicia, *cum Compositis: & vice versa. Compositionem*

ex the-

ex themate antecedenti, interdum & remotiori, signifi-co per, Ex isto, &c. *Per voculas,* Et à, *coniunxi vocem præsentem, cum præcedenti parte compositionis, ex qua & præsens componitur. Vbi ex uno themate plura se-cundum seriem Alphabeti derivativa & composita ad-ducuntur, utor coniunctione,* Et. *Item,* Hinc. *Sen-tentias elegantiores ex autore haud raro repetii, qua-rum complementum parenthesi soleo includere. In ipsa expositione Græcarum vocum, ferè semper Politiani versionem retineo, ut tyro facilius Græcum textum cum versione Latina, & vice versa conferre; & inde quæ ele-ganter Græcè dicta sunt, eadem elegantiâ Latinâ, & contra, efferre discat. Quæ res multum utilitatis & facilitatis afferet docentibus & discentibus, si ex autore hoc examen phraseologiæ, & styli exercitium tractabi-tur, modo ex Latino in Græcum; modo ex Græco in La-tinum sermonem conversa oratione. Interdum tamen, ubi videbatur mens autoris vel pressius, vel clarius, vel plenius exprimenda aliis vocibus, Stephani, aut Sylbur-gii, aut meam etiam expositionem proposui. Voces ini-tio positas, per varias phrases deductas, compendii libri faciendi causa raro repetii, quas ex initio* ἀπὸ κοινοῦ *dein-ceps repetendas lectori reliqui. Varias Lectiones à va-riis annotatas passim allegavi, ubi dixi,* pro hoc, *vel,* illo. *Scil. ita legi ab aliis. Contuli quandoq; textum Herodiani cum aliis scriptoribus Græcis, etiam sacris, ut ostenderem eum interdum & stylo N. T. sacro aliquid lucis fœnerare posse. Loca aliqua videantur in vocibus,* πέμπω, σκύλλω, ἄρχω, διαχειρίζομαι, καταπηγύζω, ἔτος, παρεισδύω *&c. Denique, ut Lexicon hoc etiam inser-*

viret

viret exercitiu ex Latino in Græcum convertendu, sub finem adieci locupletem Indicem Latinum; in quo simplicia ferè tantum adducta, quorum epitheta, & phrases, cum reliquis casibus lector inveniet in ipso quæsito themate. Finio verbis, quibus Aristoteles organon suum obsignavit in sophisticis Elenchis, Λοιπὸν ἂν εἴη ἔργον σῦ τοῖς μὲν παραλελειμμένοις τῆς μεθόδου, συγγνώμην· τοῖς δ᾽ εὑρημένοις πολλὴν χάριν ἔχειν. *Reliquum erit, Amice Lector, opus tuum, quæ in hac tractatione prætermissa sunt, venia dignari; quæ inventa autem, favore tuo & gratia prosequi. Vale in Domino, & prosperè fruere. Perscriptum Argentorati XII. Calend. Septemb. An. M DC LXII.*

CATA-

CATALOGUS SIGLARUM præcipuarum, quas Barb. abbreviaturas vocant; quibus in hoc Indice, brevitatis causa, usi sumus.

Vbi 3. numeri Barbarici occurrunt 1. librum; 2. Caput; 3. comma notat.

A. vel Acc. *Accusativus.*
Abs. *Absolutè.*
Adj. *Adiectivum.*
Adv. *Adverbium.*
Advers. *Adversativa Coniunctio.*
Al. *Alii*, vel *Aliter.*
Ald. *Aldina editio.*
Aor. *Aoristus.*
App. *Appellativum.*
Apost. *Apostrophus.*
Art. *Articulus.*
Att. *Atticè.*
Augm. *Augmentum.*
Barb. *Barbarè.*
C. *Caput*, vel *Commune genus.*
Comm. *Communis dialectus.*
Comp. *Comparativus.*
Comp. ex. *Composita ex aliquo.*
Conj. *Coniunctio.*
Contr. *Contractè.*
D. *Dativus.*
Dual. *Dualis.*
Exp. *Expletiva vox.*
F. *Fœmininum.*
Fut. *Futurum.*
G. *Genitivus.*
Gent. *Gentile.*
Hein. *Heinricus Petri, qui Basileæ edidit Herodianum an.* 1549.
H. s. *Hoc sensu.*
Imperf. *Imperfectum.*
Imperat. *Imperativus.*
Ind. *Indicativus.*
Infin. *Infinitivus.*
Ingolst. *Ingolstadiensis editio.*
Insep. *Inseparabilis.*
Lab. lit. *Labialis litera.*
L. *Liber.*

M. vel

M, *vel* masc. *Masculinū.* Item, *Medium.*
MS. *Manuscriptum.*
N. *Nominativus.* Vel *Neutrum.*
Quod etiam ita, Neut. *notatur.*
Nom. *Nomen.*
Opt. *Optativus.*
Opp. *Oppositum.*
P. *vel* pr. *Privativum.*
Palat. *Palatinum exemplar.*
Part. *Participium,* vel *Particula.*
Pass. *Passivum.*
Pl. *Pluralis.*
Plusq. *Plusquam perfectum.*
Pol. *Politianus.*
Præp. *Præpositio.*
Præs. *Præsens.*
Præt. *Præteritum perf.*

Pron. *Pronom*
Prop. *Propriu*
Prov. *Proverb*
S. *Singularis.*
S. l. *Suo loco.*
Steph. *Heinri nus, qui An. dianum edi illustravit.*
Subj. *Subiunct*
Subst. *Substan*
Superl. *Superl*
Sylb. *Frideri gius, qui an manæ Histo res; Græcos annotationi stravit.*
Synec. *Synecd*
V. *Vocativus.* v
V. s. l. *Vide suo*
Verb. *Verbum.*
Vet. *Vetustus c*

INDEX HERODIANI GRAECUS; qui simul & Lexici & Phraseologias, & passim commentarii vicem praestare poterit.

AUTORE

BALTASARE SCHEIDIO THEOL: D. & L. L. Hebrææ Græcæque in Academia Argentoratensi Professore Publico.

A. AB.

Ἄ ϛ. Ὅς.

Ἀβασίλευτος, ου, C. ex ἀ pri: & βασιλεύω regno. Pl. N. m. ἀβασίλευτοι, qui sunt sine imperatore, l. 4. 14. 1.

Ἄβατος, C. ex ἀ pr: & βατὸς, pervius, à βαίνω, eo. G. f. f. ἀβάτου ὁδοιπορίας itineris aditu difficilis; per avia suscepti, l. 1. 10. 6. N. pl. A. ἄβατα, loca inaccessa, invia, l. 7. 2. 11.

Ἁβρὸς, m. G. f. n. ἁβροῦ σχήματος mollissimo habitu, l. 5. 3. 15. Ex quo & δίαιτα, vivendi ratio fit.

Ἁβροδίαιτος, ου, C. A. n. f. pro substant. ἁβροδίαιτον, mollem & luxuriosam vivendi rationem, l. 2. 7. 1. C. 8. 16. l. 3. 6. 15. C. 8. 19. l. 5. 2. 9.

ΑΓΑ.

Ἀγαγεῖν, ἀγαγέσθαι, ϛ. ἄγω.

Ἀγαθὸς, οῦ. A. s. m. ἀγαθὸν bonum (regem) l. 1. 4. 21. F. G. s. ἀγαθῆς bonæ (fidei) l. 1. 5. 24. spei, l. 4. 14. 17. Pl. G. ἀγαθῶν, l. 2. 4. 10. C. 13. 4. A. ἀγαθὰς, l. 2. 3. 24. N. A. s. pro subst. ἀγαθὸν, beneficium, l. 2. 3. 15. Comp. ἀμείνων, & superl. ἄριστος, βέλτιστος, ϛ. s. loco.

Ἄγαλμα, n. N. statua simulacrum. l. 1. 11. 2. τὸ παλλάδιον Palladium. C. 16. 6. G. ἀγάλματος, l. 1. 11. 3. A. ἄγαλμα, l. 1. 11. 9. Pl. N. ἀγάλματα, l. 4. 4. 12. D. ἀγάλμασι, l. 4. 2. 13. A. ἀγάλματα. De insignibus simulacris: ab ἀγάλλω insignio, orno.

Ἀγαν,

Ἄγαν, *Adv.* supra modum. *Cum art. & nomine,* nimius, immodicus. ἡ ἄγαν ἀκρασία, summa; nimia *intemperantia, l.* 1. 3. 5.

Ἀγανακτέω. Præs. Ind. 2. pl. ἀγανακτεῖτε ἐπὶ τούτοις indignamini *super his rebus, l.* 2. 10. 3. Part. m. f. n. ἀγανακτῶν *ægrè ferens, l.* 5. 8. 15. A. ἀγανακτοῦντα, *l.* 3. 2. 6. Pl. G. ἀγανακτούντων, *l.* 7. 12. 7. Imperf. 3. pl. ἠγανάκτουν, *l.* 2. 9. 13. Aor. 1. Indic. 3. f. ἠγανάκτησε πρὸς αὐτὸν *succensuit ei, l.* 6. 6. 1. Part. f. m. n. ἀγανακτήσας, *l.* 3. 3. 5. *l.* 8. 12. 5. Pl. n. ἀγανακτήσαντες, *l.* 5. 8. 12. F. f. n. ἀγανακτήσασα, *l.* 6. 1. 22.

Ἀγαπάω. Præs. part. f. m. n. ἀγαπῶν *contentus, l.* 4. 15. 21. A. ἀγαπῶντα, *amore singulari amantem:* pro, *amare,* part. *pro* Infin. *l.* 1. 8. 9. Imperf. 3. f. ἠγάπα *diligebat, l.* 1. 5. 7. Pl. 3. ἠγάπων, *contenti erant; boni consulebant; libentibus animis acceptabant, l.* 2. 13. 20. Pass. part. præs. f. A. f. ἀγαπωμένην *dilectam ut conjugem, l.* 6. 1. 19. *Hinc* Nom.

Ἀγαπητός. οῦ. N. n. f. ἀγαπητὸν ἦν, *gratum; acceptum erat, l.* 6. 5. 22. & Adverb.

Ἀγαπητῶς, *libenter, l.* 2. 10. 13. *l.* 3. 1. 14. τοῖς αὐτοῦ ἔχειν *fortunis acquiescere, l.* … 10. *l.* 7. 8. 9.

Ἀγγέλλω. Præs. Ind. … ἀγγέλλει *renuntiat, l.* 2. … Part. f. m. n. ἀγγέλλων, *l.* 3. … Pl. N. ἀγγέλλοντες *l.* 2. 8. … ἀγγελλόντων, *l.* 2. 9. 3. Ao… pl. 3. ἤγγειλαν, *l.* 8. 1. 8. … ἀγγεῖλαι, *nuntiare, l.* 1. … αὐτῷ *hortari eum, l.* 3. 12 … Part. pl. G. m. ἀγγειλάντων *nuntiantibus, l.* 6. 9. … ἀγγείλαντας, *l.* 6. 4. 12. F… part. pl. A. m. ἀγγελοῦντας … *tiaturos, l.* 8. 6. 15. Pass. … Ind. 3. f. ἀγγέλλεται, *nuncia… l.* 2. 12. 1. Inf. ἀγγέλλεσθαι *l.* … 12. Part. f. A. n. ἀγγελλόμ… *quod nuntiabatur, l.* 6… Pl. D. ἀγγελλομένοις, *l.* 3. … Imperf. 3. f. ἠγγέλλετο *nun… batur, l.* 4. 14. 2. Aor. 1. I… pl. ἠγγέλθησαν, *de illis … tiatum est, l.* 2. 13. 6. Pa… n. n. ἀγγελθέντα, *nunt… l.* 7. 8. 12. G. ἀγγελθέντων, … 15. Aor. 2. Ind. 3. f. ἠ… *nunciatum est, l.* 3. 1. 2. … Nom.

Ἄγγελος, ου, *m.* Pl. … γελοι *nuntii, l.* 1. 7. 2, *l.* 6… *l.* 8. 6. 18. *Et*

Ἀγγελία, *f.* G. f. … λίας παραδόξου *rei nun… novitas, l.* 6. 9. 1. A. ἀγγε… *nuntium, l.* 1. 4. 20. P…

ἀγγελίας φέρων *mandata habens*, *l.* 3. 11.14. *Et*

Ἀγγελμα, τος, *n.* Pl. A. ἀγγέλματα κρυπτὰ *occulta negotia, quæ mandantur, vel nuntiantur l.* 7. 6. 12. *Hinc & ex* φέρω, *fero, fit*

Ἀγγελιαφόρος, ου, *m.* Pl. n. ἀγγελιαφόροι *nuntij* *l.* 3. 5. 12.

Ἄγε, ἄγειν, *v.* ἄγω.

Ἀγείρω. Præs. Opt. 3. f. ἀγείροι στρατὸν, congreget *exercitum, l.* 8. 5. 15. Aor. 1. part. s. n. m. ἀγείρας δύναμιν collectis *copijs militaribus, l.* 3. 14. 7. Pass. præs. part. A. s. f. ἀγειρομένην *collectam; vel pro* Inf. *colligi, l.*1.10.6.

Ἀγέλη, ης, *f.* A. pl. ἀγέλας greges pecorum, *l.*7.2.9.

Ἀγεννής, έος, *C. ex* ἀ *pr. &* γένος, *genus, à* γίγνομαι, *fio.* A. s. m. ἀγεννῆ *degenerem, l.*4.13.3. *corpore invalidum, l.* 7. 6. 11.

Ἄγεσθαι, *v.* ἄγω.

Ἀγεώργητος, ου, *C. ex* ἀ *pr. &* γεωργέω *agrum colo. ex* γῆ *terra, &* ἔργον *opus.* A. s. f. ἀγεώργητον Ἰταλίαν in cultam *Italiam, l.* 2. 4. 12.

Ἀγκάλη, ης, *f.* ulna. Pl. A. ὑπὸ τὰς ἀγκάλας ἄγειν, *complecti*, **In arm nemen** / *l.*4.3.20.

Ἁγνὸς, ου, *m.* F. s. n. ἁγνὴ *casta; intemerata virgo, l.* 1. 11. 12. *Hinc* Verb.

Ἁγνεύω. Præs. Inf. ἁγνεύειν *castam manere virginem, l.* 5. 6. 2.

Ἀγνοέω. *ex* ἀ *pr. &* νοέω *intelligo: à* νόος, *mens.* Præs. Ind. 1. s. contr. ἀγνοῶ *ignoro. l.*4.5.3. Plu. 2. ἀγνοεῖτε *l.*2.2.14. Part. G. s. m. ἀγνοοῦντος, *l.*1.9.19. D. ἀγνοοῦντι, *l.*1.9.20. A. ἀγνοοῦντα *l.*2.5.12. Pl. N. ἀγνοοῦντες, *l.*4.11.15. G. ἀγνοούντων, *l.*3.12.18. N. s. n. ἀγνοοῦν, *l.*1.17.8. Imperf. 3. pl. ἠγνόουν, *ignorabant, l.*5.4.17. *Hinc* Nom.

Ἄγνοια, *f.* G. s. ἀγνοίας, *ignorantiæ, l.*7.5.9. D. ἀγνοίᾳ, *l.*1.13.3. A. ἄγνοιαν, *l.* 7. 2.11.

Ἀγνώμων, ονος, *C. ex* ἀ *pr. &* γνώμων, *index; à* γινώσκω, *nosco.* A. s. m. ἀγνώμονα, *ingratum, l.*5.6.3. *Ex eod. est*

Ἀγνωσία, ιας, *f.* A. s. ἀγνωσίαν, *ignorantiam, l.* 1. 11. 1. *Et*

Ἄγνωστος, ου, *C.* s. n. m. *incognitus, non celebris, l.*1. 9.12. N. n. s. ἄγνωστον, *incognitum, l.*1.15.9. A. f. s. ἄγνωστον ἱστορίαν, *l.*1.1.4. Pl. N. A. ἄγνωστα, *incognita, l.*7.3.4.

Ἄγομεν, ἄγοντες, *v.* ἄγω.

Ἀγορὰ, *f.* G. ſ. ἀγορᾶς, *fori; loci ubi concio populi habetur*, *l.* 2. 9. 7. 7. D. τὰ ἐν ἀγορᾷ *forensia; juridica negotia*, *l.* 4. 12. 2. A. ἀγορὰν, *forum* *l.* 4. 2. 8. *copiam rerum venalium* *l.* 8. 6. 6. *Hinc*

Ἀγοραῖος, *C.* G. ſ. f. ἀγοραίου διαφορᾶς forenſis *litis* *l.* 7. 9. 5. Pl. A. ἀγοραίους πράξεις *forenſes adminiſtrationes*, *l.* 6. 1. 7. N. pl. *D:* ἀγοραίοις πράγμασι *forenſibus cauſis*, *l.* 7. 7. 7. *Et* Verb.

Ἀγορεύω, Præſ. Inf. ἀγορεύειν κακῶς τινα *alicui in foro publice maledicere; obtrectare*, *l.* 2. 7. 4. Imperf. 3. ſ. ἠγόρευε, *l.* 5. 1. 5. Pl. 3. ἠγόρευον, *l.* 1. 12. 11.

Ἄγουσι, ἄγουσα, *v.* ἄγω.

Ἀγρὸς, οῦ, *m. ager; extra urbem vel vicum ſitus locus*, Pl. G. ἀγρῶν *l.* 3. 4. 11. D. ἀγροῖς, *l.* 1. 10. 2. A. ἀγροὺς, *l.* 7. 9. 25.

Ἀγχιβαθὴς, *C. ex* ἄγχι *prope* & βάθος, *n. profunditas*. Solet reddi vulgo, *vicinus profundo; qui prope fundum eſt; profundus*. Minus rectè, & plenè. Rectius, ut Didymus *in Homer. Odyſſ.* ε. v. 413. exponit, ἐγγὺς τῆς γῆς βάθος ἔχων, *qui prope terram profundus eſt*. N. G. ſ. *pro* ſubſt. ἀγχιβαθοῦς τῶν ἑλῶν, Pol. *altitudo paludum*.

Rectius, *profu[...]*
dum terræ; ſ[...]
pinqua, *l.* 7. 2.[...]
Poll. λιμὴν ἀγχ[...]
tus prope litu[...]
l. 1. 9. 10. *Ex* [...]
mens, fit

Ἀγχίνοος[...]
ους, *m.* N. n. ſ[...]
γνώμης, *pro* ſu[...]
ingenii; perſpic[...]
l. 2. 14. 3. *Hinc*

Ἀγχίνοια, *[...]*
νοίας *providenti[...]*
ἀγχινοίᾳ συνεις[...]
præcognita, *l.* 4. 5[...]

Ἀγχίσης [...]
Nom. prop. *p[...]*
G. Ἀγχίσου, *l.* 2.[...]

Ἄγω. Præſ. I[...]
μεν *adducimus*, [...]
ἄγουσι *deducunt*, [...]
celebrant (feſtu[...]
Inf. ἄγειν εἰρήνην [...]
re; agere, *l.* 6. 3. 12.[...]
ἄγων καὶ φέρων τὰ [...]
πάντα *diripiens* [...]
omnia Romanoru[...]
Phraſi Homer. &[...]
Ἀνάκτησις, εως, *f.* A. ſ. εἰς ἀνάκτησιν εὐνοίας φάρμακον ad recuperationem benevolentiæ remedium, *l*.6.6.9.

Ἀνακύκλωσις, *f.* & ex κύκλος, *m.* circulus, G. ſ. ἀνακυκλώσεως recurſus; de equitum ordine obequitante in orbem circa acervum, *l*.4.2.19.

Ἀνακωχή, ῆς, *f.* & ex ἀκή, mucro, & ἔχω habeo: q. d. tempus quo ſurſum verſus habentur mucrones vel, pro ἀνοχή, tolerantia. A. ſ. ἀνακωχὴν ἔχειν inducias; requiem habere, *l*. 6.7.1.

Ἀναλαμβάνω, & ex λαμβάνω, capio. Præt. part. ſ. D. m. ἀνειληφότι σκευὴν ἡνιόχου ei qui aſſumſit inſtrumenta aurigæ; qui ſe paravit ad aurigandum, *l*. 4. 12. 11. Aor. 2. ſubj. 3. pl. ἀναλάβωσι reſumerent (arma) *l*.2.13.21. Part. ſ. m. u. ἀναλαβὼν σχῆμά τινος, qui induit perſonam alicujus, *l*. 1. 10. 14. qui manibus ſumpſit (arma) C.15.15. qui reſumſit; vel collegit (exercitum) *l*.7. 2.1. Pl.n.m. ἀναλαβόντες induti (armaturas) *l*. 2.6.19. qui collegerunt (exercitum) *l*. 3.15.17. arreptis (armis) *l*.7.2.1.

Ἀναλογίζομαι, & ex λογίζομαι arbitror: à λέγω, dico. Med.præſ.part. pl.n.m. ἀναλογιζόμενοι καθ' ἑαυτοὺς reputantes apud ſeſe; diu inter ſe conſultantes, *l*.2.1.8.

Ἀνάλωμα, ατος, *n.* ab ἀναλίσκω inſumo: & ex ἁλίσκω, capio. Pl. D. ἀναλώμασιν ἀκρίτοις inſanis ſumptibus, *l*.2.7.3.

Ἀναμένω, & ex μένω, maneo. Præſ. part. pl. G. m. ἀναμενόντων exſpectantibus, *l*. 5. 4.10. Imperf. 3. ſ. ἀνέμενε exſpectabat (interfectorem) *l*. 1.6.9. Aor. 1. Part. ſ. m.n. ἀναμείνας παθεῖν exſpectando pati, *l*.3.11.1. *l*.4.11.4. C.13.1.

Ἀναμίγνυμι, & ex μίγνυμι miſceo. Aor.1.part.ſ.n. m. ἀνα-

m. ἀναμίξας τῷ πλήθει *postquam se immiscuisset multitudini; l.*1.10.14.

Ἀνανδρία, *f. ex* ἀ *pr.* & ἀνὴρ *Vir.* G. ἀνανδρίας, *timiditatis, l.* 2. 8.4. A. ἀνανδρίαν, *l.*2.12.14. *Hinc*

Ἄνανδρος, C. G. f. m. ἀνάνδρῳ *pavidissimo, l.*5.4.19. A. ἄνανδρον *imbellem, l.*2.12.11. N.n. f. *pro* subst. ἄνανδρον, *ignavum est; timiditas; imbellis animus; l.*3.6.9.12. *Hinc* Adv.

Ἀνάνδρως, *timide; non fortiter, l.* 2.13.13. *haudquaquam viriliter* (*ornatus*) *l.*5.8.2. *segniter; l.*6.6.12. *parum strenue, l.* 8.5.5.

Ἀνανεόω, & ex νέος *novus.* Med. Aor. 1. Ind. 3. f. ἀνενεώσατο *renovavit* (*memoriam*) *l.* 4. 8. 2. Opt. 3. pl. ἀνανεώσαιντο *integrarent* (*prælium*) C. 15. 16. *restituerent* (*soboli imperium*) *l.* 5. 3.22. Infin. ἀνανεώσασθαι *renovare* (*memoriam olim gestorum;*) Pol. res antiquas posteris prodere, *l.*1.1.1. *restituere* (*alicui imperium*) *l.*6.2.6.16. *renovare* (*mœnia*) *l.*8.2.12. Fut. 1. Inf. ἀνανεώσεσθαι *instauraturum esse* (*honores*) *l.*2.6.15.

Ἀνανήφω, & ex νήφω, *sobrius sum.* Aor. 1. subj. 3. f.

ἀνανήψῃ, *sobriu[...]*
recolligeret (*[...]*
.1.17.24.

Ἀνανταγώ[...]
ἀ pr. ἀντὶ & ἀ[...]
F.f. A. ἀνανταγω[...]
tum) *ampliore[...]*
obsistere ulla vi[...]
17. (*imperium[...]*
bus expugnabil[...]
f. A. *exercitum[...]*
ctum; (*quoad p[...]*

Ἀνάξειν, V[...]

Ἀνάξιος, si[...]
& ἄξιος *dign[...]*
ἀνάξιον ἀρχῆς *in[...]*
perio, l. 2. 7.9. P[...]
parum dignis[...]
etiam fortuna[...]
1.11. N. f. A. ἀνάξι[...]
*l.*1.16.13. ἀναξία[...]
N. A. ἀνάξια, *l.*[...]

Ἀναπαύλα[...]

Ἀναπαύω, [...]
facio cessare. Ac[...]
ἀνέπαυσε πόνων f[...]
quiescere a labo[...]
9. Med. præf. In[...]
παύον) *somnum[...]*
*quiescunt, l.*3.11.[...]
m. ἀναπαυόμενο[...]
m. ἀναπαυόμενοι[...]
perf. 3. f. ἀνεπα[...]
*batur locis, l.*2.11[...]
l. 3. 14. 6. Pl. 3. [...]
quiescebant; ve[...]
se lavare, l. 4.[...]

Ind. 3. s. ἀνεπαύσατο quieti (per somnum) se tradidit, l. 1. 17. 20. Item, fato functus est, l. 1. 4. 18. & addito. βίυ, Vita defunctus est, l. 3. 15. 5. l. 6. 1. 9. l. 7. 9. 21. ἐπὶ διαδόχοις παισὶ decessit (Vitâ) successoribus liberis, l. 3. 15. 7. Part. pl. n. m. ἀναπαυσάμενοι μιᾶς ἡμέρας adrequiescendum uno tantum die indulto; l. 8. 4. 17. Hinc Nom.

Ἀνάπαυσις, εως, f. A. s. ἀνάπαυσιν requiem; somnū, l. 1. 17. 22. Et

Ἀνάπαυλα, f. G. ἀναπαύλης respirationis (tempus concedens) l. 2. 11. 2. ἀνόχλω διδὺς residere passus, l. 3. 6. 21. D. ἀναπαύλη quieti (nullum locum; relinquens) l. 3. 2. 1. A. ἀνάπαυλαν τοῖς καμάτοις διδόναι differre labores, l. 7. 5. 6.

Ἀναπείθω, & ex πείθω persuadeo. Præs. Ind. 3. s. ἀναπείθει, impellit; sibi adjungit (eum) l. 1. 8. 11. Pl. 3. ἀναπείθουσι αὐτοῦ στρατιὰν flectere laborant; solicitant in partes ejus exercitum, l. 1. 9. 11. Part. s. m. n. ἀναπείθων ὑποσχέσεσι illiciens; ad suas partes trahens pollicitationibus, l. 2. 9. 17. N. pl. n. ἀναπείθοντα πρὸς ἐπιθυμίαν impellentia ad cupiditatem; inflammantia, l. 3. 11. 2. Imperf. 3. s. ἀνέπειθε in suas partes trahebat, l. 2. 7. 20. addebant spem (somnia) C. 9. 4. ἰατρὸς, persuadere conabatur (medicis) l. 3. 15. 4. confirmare tendebat, n. 2. subigebat, l. 5. 4. 2. Pl. 3. ἀνέπειθον impellere conabantur, l. 4. 4. 3. ad pugnam, l. 8. 4. 25. Aor. 1. Ind. 3. s. ἀνέπεισε, perpulit, l. 1. 8. 10. (ad suscipiendum imperiū) l. 7. 1. 23. persuaserat, n. 25. Opt. 3. pl. ἀναπείσαιεν εἰς ἀπόστασιν solicitarent ad defectionem, l. 7. 5. 1. Et Aolicè, ἀναπείσειαν, persuaderent (militibus) l. 3. 15. 10. Inf. ἀναπεῖσαι persuasisse, l. 6. 2. 18. Part. s. m. n. ἀναπείσας αὐτοὺς quum persuasisset iis, l. 4. 1. 3. Pl. n. ἀναπείσαντες, C. 4. 7. Pass. Imperf. 1. s. ἀνεπειθόμην ἐκ τούτου, impellerer; adducerer istâ re, l. 2. 8. 3. Aor. 1. Ind. 3. s. ἀνεπείσθη ὑπὸ πλούτου instigatus est à divitiis, l. 1. 12. 9. Inf. ἀναπεισθῆναι ὑπὸ παίδων persuasum esse à liberis, l. 3. 7. 2. Part. s. m. n. ἀναπεισθεὶς, persuasus; putans, l. 2. 7. 9. adductus (promissionibus) l. 4. 13. 6. impulsus, l. 8. 3. 8. Pl. n. m. ἀναπεισθέντες adducti; l. 2. 6. 17. illecti (pecunia) l. 6. 7. 18.

Ἀναπέμπω, & ex πέμπω mitto. Imperf. 3. s. ἀνέπεμπε εἰς γῆν emittebat terra, l. 8.

re, *l.* 8.2.7. Paſſ. præſ. Ind. 3. ſ. ἀναπίμπεται ἐπ' αὐτὸν immittitur *adverſus eum*; *datur ei negotium occidendi iſtius*, *l.* 2.12.11.

Ἀναπεπταμέναις πύλαις patentibus *portis*, *l.* 2.11.11. Part. præt. paſſ. pl. D. f. à *verbo* ἀναπετάννυμαι *expandor*; per ſync. pro ἀναπεπταμέναις, ex πετάννυμι *pando*. Alij referunt, ad verb. ἀνίπταμαι. Sic Pollux, l. 1 c.11.5. ἀναπεπταμένοι μυκτῆρες, *patulæ nares*.

Ἀναπηδάω, & ex πηδάω *ſalio*. Præſ. part. pl. n. m. ἀναπηδῶντες εἰς τὰ δώματα, ſubſilientes; *ſurſum currentes in tecta*, *l.*7.12.12.

Ἀνάπλεως, ω, C. Atticè: & ex πλέος *plenus*. F. ſ. n. χρημάτων *abundans grandi pecunia*, *l.* 5.3.5.

Ἀναπνέω, & ex πνέω, *ſpiro*. Aor, 1. Opt. 3. pl. Aeol. ἀναπνεύσειαν ἀπὸ τυραννίδος reſpirarent *à tyrannide*, *l.* 2.1.8. Part. pl. A. m. ἀναπνεύσαντας ὁδοῦ, eos, qui reſpirarunt *à nimia itineris contentione*, *l.* 2.11.2.

Ἀναποδίζω, & ex πούς, *pes*. Præſ. part. ſ. m. n. ἀναποδίζων εἰς τοὐπίσω. Pol. retorſus currens, *pedem referens*, *l.* 5.6.17.

Ἀναπτὰς, ᾶ. ἀνίπταμ[...]

Ἀναπτοέομαι, & [...] πτοέω *exterreo*. Paſſ. pluſq[...] pl. ἀνεπτόηντο πάντες. Pol[...] detur omiſiſſe in ſua ver[...] ne. Vulgò redditur, *an[...] erecti erant omnes*: ex [...] *dao*. Nihil etiam prohi[...] quin uſitata ſignificati[...] explicetur, *conſternati e[...] omnes* (*Syri*) *l.* 2.7.12.

Ἀνάπτω, & ex ἅπ[...] *necto, accendo*, Paſſ. præſ[...] Ind. ἀνάπτεται *accendun[...] l.*4.2.21. Aor. 1. part. pl[...] ἀναφθεῖσαι *accenſa*[...] 4.31.

Ἀνάρμοςος, ὁ, ἡ, c. ex [...] & ἁρμοςὸς *congruus*[...] ἄρω *apto*. Pl. D. n. ἀναρμ[...] *haudquaquam congru[...] bus* (*membris*.) De mon[...] ſo partu animalium, *l.* 1[...]

Ἀνάρπαςος, ου, [...] ἀναρπάζω *abripio*. ex [...] ἀνὰ, & ἁρπάζω, *rap[...]* pl. A. ἀναρπάςους ἐποίε[...] ripiendos *curabat* (*vir[...] calumniam delatos*) *l.*[...]

Ἀναρρίπτω, & ex [...] *jacio*. Aor. 1. Inf. ἀνα[...] κίνδυνον, adire temere [...] *culum*, *l.* 5.3.23. Part. pl[...] ἀναρρίψαντας κίνδυνον e[...] *ſemel in periculum* [...] *rant*, *l.* 7.10.3. Paſſ. [...] part. G. ſ. m. ἀναρριφ[...]

κινδύνε ἅπαξ, *quando jam semel periculi alea erat jacta, l.* 7.7.9. Pl. G. ἀναῤῥιφθέντων ἐξ ὑπογαίων eductis; ejectis *(leonibus) caveâ, l.* 1.15.13.

Ἀναρτάω, & ex ἀρτάω *appendo*. Aor.1.Ind.3. f. ἀνήρτησεν ἑαυτὸν βρόχῳ suspendit *seipsum laqueo, l.* 7.9.9.

Ἀνασκολοπίζω, & ex σκολοπίζω *palo affigo*: à σκόλοψ, *palus*. Pass. part. præt. f. A. f. ἀνεσκολοπισμένην *(caput) conto affixum, l.* 8.6.16. Aor.1. Ind. 3. pl. ἀνεσκολοπίσθησαν *patibulo suffixi sunt (servi delatores) l.* 5.2.4.

Ἀναστάσει, ἀναστῆναι, V. ἀνίστημι.

Ἀνασταυρόω, & ex σταυρόω, *crucifigo*: à σταυρὸς, *crux*. Pass. Aor.1. Inf. ἀνασταυρωθῆναι *patibulo præfigi (caput) l.* 3.8.2.

Ἀναστρέφω & ex στρέφω, *verto*. Præs. Inf. ἀναστρέφειν, *avertere (ab aliquo) oculos; occurrentem declinare; fugere*. Sylb. exponit, reverti. *l.* 3.11.4.

Ἀνάσχεται, ἀνάσχοιντο. V. ἀνέχω.

Ἀνατίθημι, & ex τίθημι *pono*. Præs. Inf. ἀνατιθέναι χεῖρας opponere *manus; hosti resistere*. Poëticum magis est; pro quo comm. ἀνταίρειν, *l.* 7.3.14. Sylb. tamen putat; corruptè scribi, pro ἀνταθεῖναι; quod idem sit cum ἀνταίρειν (χεῖρας) rebellare: Vel ἀντιτεῖναι, vel ἀνατεῖναι. Aor.1.Ind.3. f. ἀνέθηκεν εἰκόσι dedicavit *in tabulis picta, l.* 2.9.5. *exposuit, l.* 3.9.21. *publicavit, l.* 7.2.15. Pass. Aor.1. Infin. ἀνατεθῆναι εἰκόνα collocari; in altum sustolli *imaginem, l.* 5.5.13. Med. Aor. 2. Ind. 3. f. ἀνέθετο ταῦτα εἰς ὕστερον rejecit *hac in aliud tempus, l.* 3.5.2. *Hinc* Nom.

Ἀνάθημα, *n.* τος, f. A. *munus, ornamentum Deo dicatum, & in templo suspensum, l.* 5.6.19. Pl. G. ἀναθημάτων, *l.* 8.7.4. A. ἀναθήματα πολυτελῆ, *l.* 5.3.9. ναῶν, *l.* 7.3.13. D. ἀναθήμασι, *l.* 4.7.12. *pro ornamentis signorum militarium.*

Ἀνατολὴ, *f.* ab ἀνατέλλομαι *exorior*. & ex inus. τέλλω: *plaga orientalis: vel populi orientales*, G. ἀνατολῆς, *l.* 3.5.1. D. ἀνατολῇ, C. 1.8.9. A. ἀνατολὴν, *l.* 2.8.18. οἱ ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν ἄνθρωποι *orientales (sunt ferme accerrimis ingeniis) l.* 3.11.17. Pl. G. ἐξ ἀνατολῶν, *ab oriente, l.* 7.3.9. D. ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς ποιούμενοι τὸν βίον *nationes soli orienti subjecta, l.* 1.2.9. A. ἀνατολὰς, *l.* 6.3.1. *Hinc*

 Ἀνα-

Ἀναἰολικὸς, ȣ, m. Pl. G. ἀνατολικῶν orientalium (populorum) l.3.2.4. A. ἀνατολικὰς, C.4.5.

Ἀνατρέπω, & ex τρέπω, verto. Præſ. Ind.3. pl. ἀνατρέπȣσι abolent (honores) l.7.7.5. Part. ſ.G. f. ἀνατρεπȣσης ſubvertente (id fortuna) l.1.8.5. Aor. 1. Ind.3.ſ. ἀνέτρεψε funditus evertit, l. 2.4. 11. Paſſ. Aor. 2. ſubj. 3. ſ. ἀνατραπῆ ſubvertatur, l.3. 12. 13.

Ἀνατρέφω, & ex τρέφω alo. Paſſ. præſ. Ind. 3.pl. ἀνατρέφονται ἐκ παίδων enutriuntur à pueritia uſq;, l. 6. 5. 9. Part. D. ſ. m. ἀνατρεφομένῳ κοσμίως καὶ σωφρόνως educato modeſtè & continenter, l.5.8.3. Imperf.3.pl. ἀνετρέφοντο, educabantur, l.5.3.7. Aor. 2.part. ſ. m. n. ἀνατραφεὶς ἐκ πατέρων ἐν τρυφῇ innutritus inde à patribus uſq; deliciis, l. 2. 15. 2. ὑπ' αὐτοῖς, ab ipſis; vel ſub ipſis; apud ipſos educatus, l. 6 .4. 4. Med. Aor. 1. Ind.3.ſ. ἀνεθρέψατο μετὰ τῆς ἄλλης ἐπιμελείας (pater filium) educavit magna diligentia, l.1.2. 2. Pl. 2. ἀνεθρέψασθε, C. 4. 8. In 3. ἀνεθρέψαντο, l.6.9.4.

Ἀνατρέχω, & ex τρέχω, curro. Aor. 2. Ind. 3. ſ. ἀνέδραμε, recurrit; redit, l.1.11. 11. l.4.5.17. ſubj.3. pl. ἀναδράμωσιν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, repeterent rurſus caſtra, l.2.13.21.

Ἀναφαίρετ☉, ȣ, C. ex ἀ pr. & ἀπὸ, & αἱρέομαι, capio. Pl. A.n. ἀναφαίρετα (poſſeſſiones) ſtabiles; quæ auferri non poſſunt, l.1.2.4.

Ἀναφέρω, & ex φέρω, fero. Præſ. part. pl. n. m. ἀναφέροντες αἰτίας εἰς αὐτὸν conferentes cauſam in eum, l.1.12.11. referentes (diem feſtum, in illum Deum) C.16.2. F. A. ſ. ἀναφέρȣσαν referentem (ſuum genus ad iſtum) l. 5. 6. 5. Imperf. 3. ſ. ἀνέφερε referebat (cauſam mali in ipſum) l.1.14.13. Pl.1. ἀνεφέρομεν τὰ πλεῖστα εἰς αὐτὸν imputabamus plurima ipſi, l.2.10. 6. Aor. 2.Ind.3. ſ. ἀνήνεγκε retulit (genus ad hunc patrem.) l. 1. 7. 6. τὴν γνώμην πρὸς αὐτὴν retulit conſilium ſuum ad ipſam; h. e. expoſuit ei. Sylb. communicavit cum ea, C. 16.9. Part. ſ. n. m. ἀνενεγκὼν αὐτὰ πρὸς σύγκλητον relatis iis ad ſenatum; h. e. expoſitis ſenatui, l. 2. 15. 9. Paſſ. Imperf.3. pl. ἀνεφέροντο εἰς αὐτὸν referebantur ad ipſum, l.1.14.17. Hinc Nom.

Ἀναφορὰ, ᾶς, f. A. ſ. ἀναφορὰν ἔχει εἰς ἐκείνȣ σοφίαν tribuuntur illius ſapientiæ, l. 1. 5. 23. refertur (ad laudes ejus) l.5.1.12.

Ἀναφθεῖσαι, V. ἀνάπτω.

Ἀναχωρέω, & ex χωρέω, eo. Præſ. Inf. ἀναχωρεῖν *fugere (in prælio) l.* 4. 15. 6. *recedere (ſine fuga) l.* 8. 7. 4. Part. pl. n. m. ἀναχωροῦντες *recipientes ſe in tutum, l.* 7. 2. 5. G. ἀναχωρούντων εἰς φυγὴν *fugâ ſe recipientium, n.* 13. Imperf. 3. ſ. ἀνεχώρει *ſecedebat (ad opus naturæ faciendum) l.* 4. 13. 9. Pl. 3. ἀνεχώρουν *recedebant; protinus abibant, l.* 1. 10. 4. *l.* 2. 5. 14. καθ᾽ ὀλίγους *dilabebantur paulatim alio, l.* 6. 9. 5. Præt. Inf. ἀνακεχωρηκέναι εἰς οὐρανὸν καὶ θεοὺς *ſuperiores cum diis agere ævũ, l.* 8. 6. 6. Part. D. ſ. m. ἀνακεχωρηκότι *ei qui ſeceſſit intra cellulam, (ad arcanas res inquirendas) l.* 7. 6. 13. Pl. G. ἀνακεχωρηκότων πάντων *remotis arbitris, l.* 3. 11. 9. *quum abſceſſiſſent, l.* 7. 2. 5. *conceſſiſſent (in tabernacula) l.* 8. 5. 20. D. ἀνακεχωρηκόσι ἔσω τοῖς *in alto ſeceſſu, l.* 1. 12. 12. Plusq. 3. pl. ἀνακεχωρήκεσαν *effugerant, l.* 1. 3. 13. ἀπὸ τῶν πεδίων *ſeceſſerant à campis; deſeruerant eos, l.* 7. 2. 10. *abierãt,* C. 6. 18. Aor. 1. Ind. 3. ſ. ἀνεχώρησεν εἰς αὐλὴν *recepit ſe in aulam, l.* 1. 7. 11. *ſeceſſit,* C. 12. 2. *conceſſit, l.* 3. 4. 18. Pl. 3. ἀνεχώρησαν *loco ceſſerunt, l.* 7. 6. 20. Part. pl. n. m. ἀναχωρήσαντες *recedentes (curſu in caſtra) l.* 2. 5. 15. *Hinc.* Nom.

Ἀναχώρησις, εως, *f.* Pl. A. ἀναχωρήσεις κούφως ποιούμενοι recurſus *facile facientes, l.* 6. 7. 19.

Ἀνδραγαθία, ίας, *f. ex* ἀνὴρ *vir &* ἀγαθὸς, *bonus.* D. ſ. ἀνδραγαθίᾳ *rebus ſtrenuè gerendis, l.* 1. 5. 25.

Ἀνδρὸς, ἀνδρεία, ἀνδριακὸς v. ἀνήρ.

Ἀνεβίβασαν, v. ἀναβαίνω.

Ἀνεδείχθη, v. ἀναδείκνυμι.

Ἀνέδην, Adverb. χρώμενοι, promiſcuè *utentes (januis) l.* 4. 1. 9. *In quibusdam Cod: male legitur,* ἀνάδην.

Ἀνεδέξατο, v. ἀναδέχομαι.

Ἀνέδραμε, v. ἀνατρέχω.

Ἀνεζωσμένοι, v. ἀναζώννυμι.

Ἀνεθάῤῥησαν, v. ἀναθαῤῥέω.

Ἀνέθετο, &c. v. ἀνατίθημι.

Ἀνεστρέψατο &c. v. ἀναστρέφω.

Ἀνεῖλε, v. ἀναιρέω.

Ἀνειληφότι, v. ἀναλαμβάνω.

Ἄνειμι, *ex* ἀνὰ, & εἶμι eo. Præſ.

eo. Præſ. part. ſ. m. n. ἀνιὼν ἐπὶ πύργοις conſcendens, *turres*, *l*.5.6.22.

Ἀνειμένα, &c. v. ἀνίημι.

Ἀνειπεῖν, v. ἀνέπω.

Ἀνεκάλουν, v. ἀνακαλέω.

Ἀνεκλᾶτο, v. ἀνακλάομαι.

Ἀνεκτῶ, v. ἀνέχω.

Ἀνεκτήσατο, v. ἀνακτάομαι.

Ἀνελεύθερος, ου, C. ex ἀ pr. & ἐλεύθερος, *liber*. Pl. n. A. ἀνελεύθερα *illiberalia*, *l*.2.5.6.

Ἀνελευσόμενος, ἀνελθεῖν, &c. v. ἀνέρχομαι.

Ἀνέλκω, *ex* præ. ἀνὰ & ἕλκω, *traho*. Præſ. part. ſ. m. n. ἀνέλκων πρὸς αὐτὸν *trahens ad ſe; adjungens ſibi (homines pollicitationibus)* *l*. 4.3.3

Ἀνελόμενον, ἀνελὼν, v. ἀναιρέω.

Ἀνέλπιστος, ου, C. *ex* ἀ pr. & ἐλπὶς, *ſpes*. ſ. f. n. *inſperatum (fortunæ momentum)* *l*.1.13.12. D. n. ſ. ἀνελπίστῳ τοῦ ἔργου, pro ſubſtan. *re ſubitâ*, *l*.2.5.4.

Ἀνέμενε, v. ἀναμένω.

Ἄνεμος, ου, *m*. Pl. D. ἀνέμοις σπένδων ventis *libans precabatur*, *l*. 4.8.12.

Ἀνενδεὴς, έος, C. *ex* ἀ pr. ἐν præp. & δέομαι *egeo*. A. ſ.

m. ἀνενδεῆ πο... *nullius indiga*...

Ἀνενεγκώ...

Ἀνενεώσα...

Ἀνενόχλη...
pr. ἐν præ. &...
N. A. ſ. *pro* ſub...
τῆς βασιλείας...
omni moleſ...
tum, *l*. 5.7.3.

Ἀνέντες, ...

Ἀνεξέλεγκ...
pr. ἐξ præ. &...
ſ. n. m. (*manſi*...
tra demonſtr...
non potuit cer...
tis convinci.
illo ſparſa: ...
G. f. *l*. 7.1.20...
ξέλεγκτα *indep*...
mina renovar...

Ἀνεξικακί...
præ. ἀνὰ, ἔχω...
κὸς, *malus*. D...
πόνων perſever...
ribus, *l*.3.8.14.

Ἀνεπαύετο...

Ἀνέπειθε, ...

Ἀνέπεμπε, ...

Ἀνεπιστρεφ...
pr. & ἐπιστρέφ...
l.7.10.7. *citra* ...
genter; *minus* ...
ſenſus eſſet, *M*...
nionem quiden...
buiſſe præfecti ſo...

tamen minus solertem, & *negligentem fuisse*. Stephan. libenter pro eo substitueret ἐπιστρεφῶς. Aut censet exponendum, *absque respectu; neglectis odiis, vel obtrectationibus improborum*. Pol. *vertit*, egregiè. *Forte legit*, ἐκ ἀνεπιστρόφως.

Ἀνεπτόηντο, v. ἀναπτοέομαι.

Ἀνέπω, obsol, *ex* ἀνὰ, & ἔπω *dico*. Aor. 2. Ind. 3. s. ἀνεῖπε *consalutat (eum imperatorem)* l. 2. 8. 9. Pl. 3. ἀνεῖπον, l. 7. 8. 2. 6. Inf. ἀνειπεῖν, l. 6. 8. 12. Part. f. G. s. ἀνειπέσης τῆς χειροτονίας proclamante *electione*, l. 7. 10. 8. Pl. m. n. ἀνειπόντες *quum renuntiassent (eos, imperatores,)* 6.

Ἀνέργαστος, ου, C. *ex* ἀ pr. & ἔργον *opus*. F. s. A. ἀνέργαστον *minimè humano artificio fabrefactam (imaginem.)* l. 5. 3. 11.

Ἀνέρχομαι, *ex præ.* ἀνὰ & ἔρχομαι *venio*. Activ. Aor. 2. Ind. 3. s. ἀνῆλθεν εἰς &c. se recepit *in (aulam)* l. 2. 14. 4. Plu. 3. ἀνῆλθον, l. 4. 1. 8. Imper. 2. s. ἄνελθε, *abi modo*, l. 3. 11. 14. Inf. ἀνελθεῖν *reverti*, l. 5. 4. 23. Part. s. m. n. ἀνελθὼν ἐπὶ βῆμα quum conscendisset *tribunal*, l. 1. 5. 4. ἐπὶ βήματος, l. 6. 3. 4. εἰς ναὸν, l. 1. 7. 11. ἐπὶ ζώνταις συνθήκαις digressus *sub hac pactione*, l. 3. 12. 1. Pl. N. m. ἀνελθόντες ἐπὶ πύργους conscensis *turribus*, l. 5. 4. 5. Med. fut. 1. part. s. m. n. ἀνελευσόμενος, εἰς αἰθέρα *(aquila)* ascensura *in ætherem*, l. 4. 2. 22.

Ἄνεσις, v. ἀνίημι.

Ἀνεσκολοπίσθησαν, v. ἀνασκολοπίζω.

Ἀνέστησε, v. ἀνίστημι.

Ἄνετος, v. ἀνίημι.

Ἀνετρέφοντο, v. ἀνατρέφω.

Ἀνέτρεψε, v. ἀνατρέπω.

Ἄνευ. Adv. *cum* Gen. *sine*, l. 2. 5. 13. interdum nomini postponitur, χαλινῶν ἄνευ *(equos) infrenos*, l. 7. 9. 13. Aliquando idem est, quod, *non modo non; præterquam quod*, l. 2. 3. 23. Steph. tamen hic exponit, *sine (faciendo.)*

Ἀνευφημέω, *ex præ.* ἀνὰ, & εὐφημέω *celebro*. Aor. 1. Ind. 3. s. ἀνευφήμησε *(exercitus eum) alacri vociferatione excepit*, l. 6. 4. 1.

Ἀνέφερε, v. ἀναφέρω.

Ἀνέχω, *ex* ἀνὰ & ἔχω *habeo*. Præs. Inf. ἀνέχειν *coercere; in hibere (insultus)* l. 1. 6. 23. Part. G. s. f. ἀνεχέσης αὐτῆς, Steph. legit αὐτὸς; Dicitque ἀνεχέσης, (si mendosum non est) ad ἀρετῆς refe-

 retur,

retur: *cohibente eos (virtute)* *l.* 7. 8. 9. Med. Imperf. 3. pl. *cum duplici augm.* ἠνείχοντο ὄμβρων tolerabant *imbres*, *l.* 8. 5. 9. *Sic* Aor. 2. Ind. 1. s. ἠνεσχόμην ὕβρεως pertuli, *contumeliam*, *l.* 1. 17. 10. Pl. 3. ἠνέσχοντο, *l.* 2. 10. 7. *l.* 7. 10. 16. Opt. 3. pl. ἀνάσχοιντο τῆς βοῆς, sustinerent *vocem*, *l.* 2. 10. 12. Part. N. n. s. ἀνασχόμενος *patiens moræ*, *l.* 7. 5. 17. Pl. n. m. οὐκ ἀνασχόμενοι quum non concessissent ei (*ut ad se loqueretur:*) vel, *cum se cohibere non possent*, *l.* 8. 5. 24. Fut. 1. Inf. ἀνέξεσθαί τινα *toleraturum esse aliquem*; *passurum esse*, *l.* 2. 14. 7. Part. pl. A. m. ἀνεξομένους *passuros*, *l.* 2. 3. 3. *Hinc* Nom.

Ἀνασχετὸς, οῦ, *m.* Pl. n. A. οὐκ ἀνασχετὰ *non ferenda (putans)* *l.* 6. 3. 1. *Et*

Ἀνεκτὸς, οῦ, *m.* A. s. f. ἀνεκτὴν *tolerabile (iter)* *l.* 6. 5. 11. *Et*

Ἀνοχὴ, ῆς, *f.* A. s. ἀνοχὴν ἀναπαύλης διδόναι *pati ut se reficiant quiete (milites)* *l.* 3. 6. 21. *Et* Verb.

Ἀνίσχω. Præs. part. D. s. m. ἅμα ἀνίσχοντι ἡλίῳ *statim cum solis ortu, simulac sol se attolleret supra Horizontem*, *l.* 3. 4. 8. *l.* 4. 15. 1. *l.* 8. 1. 11.

Ἀνεχώρει, v. ἀναχωρέω.

Ἀνεψιὸς
nus. D. s. ἀνε
ἀνεψιὸν, *l.* 4.
Ἀνεωγυ
Ἀνήγαγε,
Ἀνηγορε
ρεύω.
Ἀνῆκε, v
Ἀνήκεστο
& ἀκέομαι *sa*
δὲ καὶ ἐφοβ
πρᾶξαί τι ἀνη
Locus est obsc
toninus) terr
midolosius e
Quæ versio
neque ad mer
ni. Ad verb
(Antoninus) r
timebat patr
insanabile; ve
seu *gravissim*
Stephan. hæc
thesi includit,
(sed reverent
patris obstaba
gravissimum q
lum patraret
struit τὸν πατέρ
& Attico more
patri; vel *patra*
Ἀνῆλθε, v.
Ἀνήνεγκε, v.
Ἀνὴρ, *m.* v.
τῶν ὄντων *vir co*
12. συγκλήτου *sena*

*l.*7.11.6. *quidam*, *l.*1.9.8. *l.*2.9.2. Πέρσης *Persa*, *l.*6.3.10. *homo*, *l.*2.14.9. γενναῖος *vir fortis*, *l.*3.11.15. G. ἀνδρὸς, *l.*2.15.7. D. ἀνδρὶ, *l.* 3. 6. 14. A. ἄνδρα, *l.*1.3.5. *maritum*, C.8.9. Pl. N. ἄνδρες, *viri* *l.*8.2.14. G. ἀνδρῶν, *l.*1.2.7. *maritorum*, *l.* 4. 2. 5. τὰ τῶν ἀνδρῶν *virilia opera*, *l.*5.6.2. D. ἀνδράσι, *l.*1.2.3. opp. *mulierculis*, *l.* 5.5. 10. λογάσι *hominibus spectatissimis*, *l.*8.5.11. A. ἄνδρας, *l.* 6.3.7. ὑπατευκότας, *viros consulares*, *l.*8.5.11. V. ἄνδρες συστρατιῶται *ô commilitones*, *l.*6.3.5. *Hinc*

Ἀνδρεία, *f.* *fortitudo*, *virtus*, *l.* 6.3.8. G. ἀνδρείας, *l.*1.5.19. *virilis faciei*. C. 7.7. ἐναρέτου *fortitudinis virtuosæ*, *l.*2.13.12. μαθηταὶ *athletæ*, *l.*3.8.16. D. ἀνδρείᾳ *l.* 2. 10.9. μάχης *vi pugnæ*, *l.*8.5.28. A. ἀνδρείαν, *l.*2.9.12. εἰς ἀνδρείαν γενναῖα ἐφόδια *ad virtutem generosa viatica*, *l.*2.10.11. *Et*

Ἀνδρεῖος, είου, *m.* A. f. ἀνδρεῖον πρὸς πάντα *constantem ad omnia*, *l.*2.3.2. N. A. ἀνδρεῖον, *virile*, *l.*6.4.12. C.8.9. Pl. n. ἀνδρεῖα, *l.*1.2.9. A. *l.*7.8.15. superl. f. A. m. ἀνδρειότατον *fortissimum* (*Herculem*) *l.*1.14.17. Pl. D. ἀνδρειοτάτοις, C. 15.1. *Et* Adv.

Ἀνδρείως *fortiter*, *l.* 1. 5. 23. *Et* Nom.

Ἀνδριὰς, άντος, *m.* *statua*, A. f. ἀνδριάντα, *l.*1.14.19. Pl. N. ἀνδριάντες, *l.* 7. 7.2. G. ἀνδριάντων ἀνάστασις *statuarum erectio*, *l.* 2. 15. 9. D. ἀνδριᾶσι, *l.*7.5.19. A. ἀνδριάντας, *l.*1.14.18.

Ἀνῃρέθη, ἀνῄρει, *&c.* *v.* ἀναιρέω.

Ἀνήρτησε, *v.* ἀναρτάω.

Ἀνθ', *v.* ἀντὶ.

Ἀνθέλκω, ex præ. ἀντὶ, *&* ἕλκω, *traho*. Præs. part. pl. n. m. ἀνθέλκοντες *retrahentes*. De adulatoribus, qui duobus Severi filiis nihil non ad gratiam, suggerebant, ut ad se quisque pro virili diversos retraherent, *l.* 3. 10. 7. Pl. G. ἀνθελκόντων *in diversa trahentibus* (*Ganymedem*, *fratre & amatore*) *l.* 1. 11. 5. Imperf. 3. f. ἀνθεῖλκεν εἰς αὐτὸν *ad se trahebat* (*uterque principatum in medio positum*) *l.*3.6.10. Pass. præs. part. pl. A. m. ἀνθελκομένους πρὸς τὸ ἐνοχλοῦν *qui se retrahere solebant à se molestante; qui alio revocabantur, existente aliquo, quod se ipsis opponeret, ipsosque vexaret*, *l.* 6.5.17.

Ἀνθεσι, ἄνθη, *&c.* *v.* ἄνθος.

Ἀνθίστημι, ex ἀντὶ, *&* ἵστημι, *sto*. Præt. Inf. ἀνθεστάναι γενναίως *resistere fortiter*, *l.*7.4.10. Part. G. f. m. ἀνθεστῶτος αὐτοῦ

αὐτῷ *resistente illi*, l. 4. 11. 11. A. ἀνθεστῶτα. Pl. A. ἀνθεστῶτας, l. 7. 2. 13. Plusq. 3. pl. ἀνθεστήκεσαν τῷ στρατῷ *restiterant exercitui; sustinuerant eum*; l. 5. 4. 16. Aor. 2. subj. 3. s. ἀντιστῇ, *resisteret*, l. 7. 6. 11. Inf. ἀντιστῆναι αὐτάρκεις *ad resistendum sufficientes*, l. 8. 8. 10. Part. G. s. f. ἀντιστάσης *obsistente (urbe)* l. 8. 4. 24. Med. præs. Inf. ἀνθίστασθαι πρὸς πολλοὺς *resistere multis*, l. 6. 5. 21. Imperf. 3. pl. ἀνθίσταντο *vim contra faciebant*, l. 6. 9. 11. *Hinc* Nom.

Ἀντίστασις, *f.* G. ἐξ ἀντιστάσεως ἰσοῤῥόπου collata acie *paribus copiis (pugnare)* l. 1. 10. 9. μάχαι *pugnæ* quæ cominus fiunt *(cum feris)* C. 13. 17. ἀγωνίζεσθαι instructa acie *dimicare*, l. 5. 4. 7. A. εἰς ἀντίστασιν πραιτωριανῶν ad resistendum prætorianis, l. 8. 8. 11.

Ἄνθος, εος, *n.* Pl. G. ἀνθέων βολαὶ florum *sparsiones*, l. 1. 7. 10. D. ἄνθεσι. l. 4. 8. 10. A. ἄνθη ἀκμάζοντα *flores, quos dabat anni tempus*, l. 1. 7. 4. ἐπιῤῥιπτοῦντες *jacientes*, l. 5. 6. 19.

Ἄνθραξ, ακος, *m.* Pl. G. ἐπ' ἀνθράκων ὀπτήσας *quum in* carbonibus *decoxisset*, l. 4. 7. 10.

Ἄνθρωπος, ου, *C. homo*,

l. 3. 4. 15. A.
nem recens
mortalem,
15. 4. Pl. n.
τὰ σώματα
γάλοι (*Pan*
qui utuntur
validis atq
(orientales a
nis præditi)
θρώπων, τῶν
atatis homin
17. 26. τῶν τό
ritu hominum
Λιβύων *Afror*
Hinc

Ἀνθρώπει
A. ἀνθρωπείους
nas *nuptias*, l.
ἀνθρώπεια διοικ
nas curare, l. 5.

Ἀνθρώπινος
s. ἀνθρωπίνης *hu*
2. N. n. s. *pro* su
πινον, *humanita*
genus, l. 1. 4. 3.
πονθέναι *huma*
tum passum esse

Ἀνθυπατεύω
ύπατος, *summ*
Præs. part. G. s.
τεύοντος *procons*

Ἀνθυπατεία,
consulatus. A. ἀ
l. 7. 5. 2. 3.

Ἀνίημι, *ex*, ἀ
mitto. Aor. 1. Ind

αὐτοῖς λυτρὸν permisit *illis balneum (publicum) l.* 1. 12. 10. *remisit (pœnam) l.*6.8.17. Aor. 2. part. pl. n. m. ἀνέντες νέμεσθαι *quum dimisissent (equos) pastum*; vel, *sinentes pro libito eos pascere, l.*4. 11. 10. Pass. præt. part. n. s. m. ἀνειμένος ἐς τὸ ἀφροδίσιον remissus *ad delicias victus, l.* 2. 8. 16. D. ἀνειμένῳ *molli (vita) l.*5.2.11. F.G.s. ἀνειμένης *laxata (cura) l.*6.6.14. Pl. n. A. ἀνειμένα *dissoluta*: opp. ἀνδρεῖα, *fortia, l.*7.8.16. *Hinc* Nom.

Ἄνεσις, εως, *f. remissio; libertas, l.* 7. 3. 4. D. ἐν ἀνέσει πολέμου, vacuus *a pugna, l.* 8. 5.20. A. ἄνεσιν διδοὺς relaxationem *dans (ad feriandum) l.*2.7.16. *remissionem (peccatorum;) impunitatem, l.*7.12. 6. *Et*

Ἀνετος, ου, C.f. n.s. ἐξουσία laxa *licentia, l.*1.10.12. G. ἀνέτου *l.* 2.4.9. A. ἄνετον, C.5.2.

Ἀνιμάω, *ex* ἀνὰ, & ἱμάω, *haurio, loreo fune, ab* ἱμὰς ἄντος, *m. lorum.* Pass. part. præs. A. n. s. ἀνιμώμενον *(aquam) quæ hauritur, l.* 2, 10.10.

Ἀνίπταμαι, *ex* ἀνὰ, & ἵπταμαι *volo.* Act. Aor. 2. part. s. m. n. ἀναπτὰς ἐς οὐρανὸν sursum volans; evectus *(per mortem) in cælum, l.* 1. 5. 17. Huc quidam referunt ἀναπεπταμέναις, *l.* 2. 11. 11. ut sit Præt. pass. part. quasi diceret, *portâ, utrâq; alarum, vel valvarum; in modum sursum volantis avis apertâ: h.e. patente. v.* ἀναπετάννυμι.

Ἀνίστημι, *ex* ἀνὰ, & ἵστημι *sto.* Aor. 1. Ind. 3. s. ἀνέστησεν *excitavit (statuas) l.*4.8.14. Aor. 2. Inf. ἀναστῆναι *poni (statuas)* 2. *Hinc* Nom.

Ἀνάστασις, εως, *f.* Pl. D. ἀναστάσεσι *erectionibus (statuarum) l.* 2. 15.9.

Ἀνίσχοντι, v. ἀνίσχω.

Ἀνιὼν, v. ἄνειμι.

Ἀννίβας, *Hannibal*, nom. prop. *ducis Carthaginiensium.* A.s. Ἀννίβαν λίβυν, *l.*4.8.14.

Ἄνοδος, ου, *f. ex* ἀνὰ, & ὁδὸς, *via.* A. s. ἄνοδον εἰς &c. viam, qua sursum. *(itur in in Capitolium,) l.* 7. 10.9.

Ἄνοια, *f. ex* ἀ, pr. & νόος, *mens.* G. s. ἀνοίας, *amentiæ, l.*1.8.12.

Ἀνοίγω, & ἀνοίγνυμι, *ex* ἀνὰ, & οἴγω, *vel* οἴγνυμι, *aperio.* Præs. Inf. ἀνοίγειν *aperire (portas) l.* 8. 6. 4. Aor. 1. subj. 3. s. ἀνοίξῃ *reseret, l.*8.3. 8. Inf. ἀνοῖξαι, *l.* 2.6. 14. Part. s.m.n. ἀνοίξας, *l.*2.1.13. τὰ ἔπιπον *quum*

*quum iter sibi patefecisset (torrens,) l.*3.3. 12. Pl. n. ἀνοίξαντες, *l.*5.8.14. Fut.1. Inf. ἀνοίξειν *patentibus (portis) excepturos esse*, *l.* 5. 3. 23. Pass. Imperf. 3. pl. ἀνοίγνυντο *aperiebantur (portæ) l.* 8. 6. 10. Aor.1. part. pl. G. f. ἀνοιχθεισῶν *reseratis (portis) l.*5.6.4. Med. part. præt. pl. f. A. ἀνεῳγυίας *patentes (januas,) l.* 4. 2. 14.

Ἀνοικισμὸς, ȣ, *m. ex* ἀνὰ, & οἶκος, *domus.* A. s. ἀνοικισμὸν *instaurationem (urbium) l.*3.6.20.

Ἀνοικοδομέω, *ex* ἀνὰ, οἶκος, & δέμω, *exstruo.* Aor.1. Inf. ἀνοικοδομῆσαι, *instaurare (rudera mænium) l.*8.2.12.

Ἀνοιμώζω, *ex* ἀνὰ, & οἰμώζω, *ejulo, ab,* οἲ, *hei.* Aor.1. part. s. f. n. ἀνοιμώξασα, *quum ea in ejulatum prorupisset, l.*1.17.9.

Ἀνοῖξαι, ἀνοίξειν, &c. V. ἀνοίγω.

Ἄνοπλος, ȣ, C. *ex* ἀ pr. & ὅπλον, *arma.* Pl. n. m. ἄνοπλοι *inermes, l.*1.12.13. *Dicitur etiam*, ἄοπλος. pl. A. m. ἀόπλȣς, *l.*4.9.13. *Hinc* Adv.

Ἀνόπλως *more inermium*, *l.* 2. 13. 20.

Ἀνόσιος, ἰȣ, C. *ex* ἀ pr. & ὅσιος *sanctus.* N. s. n. ἀνόσιον *flagitiosum, l.* 2. 5.10. *ne-*

A

farium, l. 6.

*l.*8.8.19.

Ἀνοχλῶ,

Ἀντ', V. ἀ

Compo

Ἀνταγωνι

ἀγὼν *certamen*

νιςῶν περιεγ

suos; in cert

nentes supera

Ἀντέλεγε

Ἀντέπω,

dico. Aor. 2.

contradixit;

11. 17. Part. D

contradicent

l. 7.5.13.

Ἀντέχω,

beo. Præs. Ind

ἀντιπίπτοντι,

gnanti, l. 6.

χειν πρὸς τὴν

plurimum

contagionem (

τῷ ῥεύματι su

tum fluminis

τοὺς καμάτȣς i

latione) a

omnia, C.6.22.

ut resistat (*du*

*ungulis, l.*6.7.

sistere fortiter

m.n. ἀντέχων

laboribus, l. 2.

νȣς, retinens *fr*

*l.*5.6.17. F. G.

ιλύος *resistent*

Imperf. 3. pl. ἀντεῖχον *retentabant (eum milites utrinque)* *l.*5.6.18. μετὰ βίας *resistebant vi*, *l.*8.4.19. Aor. 2. part. A. s. m. ἀντισχόντα πρὸς ὄχλον *parem qui resistat turbæ*, *l.* 8. 3. 21. Pl. n. ἀντισχόντες ἐπ' ὀλίγον *quum paulo primum restitissent*, *l.*3. 7. 14. ἀνδρείως *l.*6.5.22.

Ἀντὶ, *præp. & per Apost.* Ἀνθ', *vel* ἀντ', cum Gen. significat, *pro, vice*. *l.* 1. 3. 7. 7. C. 4. 9. C. 10. 15. *l.* 2. 11. 9. *l.* 3. 6. 11. 11. *l.* 4. 15. 19.

Ἀντίγονος, ου, *Antigonus*, nom. pro. *unius ex Alexandri M. successoribus*, *l.*1.3.7.

Ἀντιδίδωμι, & ex δίδωμι, *do*. Aor. 2. Inf. ἀντιδοῦναι μεῖζον referre *majorem gratiam*, *l.* 2. 3. 14. Pass. Aor. 2. part. n. s. n. ἀντιδοθὲν κατ' ἀξίαν *redditum dignè; relatum digna gratia*. 15. *Hinc* Nom.

Ἀντίδοσις, εως, *f.* Pl. D. ἀντιδόσεσι νομισμάτων *muneribus numismatum quæ alter alteri mittit*, *l.*1.16.7.

Ἀντίδικος, ου, C. & ex δίκη, *jus*, Pl. A. m. ἀντιδίκους *adversarios (in forensibus caussis)* *l.*7.7.7.

Ἀντικαταλλάσσομαι, *vel* ττομαι & ex κατὰ & ἀλλάσσω, *muto*. Med. præs. Ind. 3. pl. ἀντικαταλλάσσονται τὴν εἰρήνην μεγάλων μισθῶν commutant; venalem habent *pacem magna mercede*, *l.*1.6.25; Aor. 1. part. A. m. s. ἀντικαταλλαξάμενον ἀρχὴν χρημάτων parantem sibi *imperium are*, *l.* 2. 6. 20.

Ἀντίκειμαι, & ex κεῖμαι *jaceo*. Præs. part. G. f. s. ἀντικειμένης Εὐρώπη *(Asia)* sitæ ex adverso Europæ. *l.*6. 4. 9. A. ἀντικειμένην, *l.*2.8.13. C.14. 14. *l.* 3.7.2. C.15.17. N. D. s. ἐν ἀντικειμένῳ *in adversa parte (chori;) in altera parte*, *l.*4.2. 10. Pl. n. n. ἀντικείμενα ἀλλήλοις *(castra)* opposita *inter se*, *l.*4.3.13.

Ἀντικρὺ, Adv. *cum* Gen. τοῦ συνεδρίου ex adverso; è regione *curiæ*, *l.*1.14.18.

Ἀντιλαμβάνομαι, & ex λαμβάνω, *capio*. Med. præs. Inf. ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων capessere *remp.* *l.* 2. 7.12.

Ἀντιλέγω. & ex λέγω, *dico*. Imperf. 3. s. ἀντέλεγε, *contradicebat; abnuebat*, *l.* 4. 10.11.

Ἀντιόχεια, *Antiochia*, Nom. prop. *urbis*, Vel *in Caria, Asiæ minoris, ad Mæandrum sita*, *l.*3.6.19. Vel *Syriæ metropolis*, G. Ἀντιοχείας *l.* 2.8.10. D. Ἀντιοχείᾳ, *l.*4.13.16.

A. Ἀν-

A. Ἀντιόχειαν, l.2.7.15. l.4.3.15. *Hinc*

Ἀντιοχεὺς, έος, *Antiochenus*. Pl.G. Ἀντιοχέων, l.3.3.3. D. Ἀντιοχεῦσι, l.2.8.16.

Ἀντίπαλος, ου, C. & ex πάλη, *lucta*. M. pl.G. ἀντιπάλων (*adversus*) *hostes oppositos*, l.6.3.14. l.8.5.6. A. ἀντιπάλους *vindices*, C.8.3. F.f.n. ἀντίπαλος τύχη τῆς μάχης par viribus *pugnæ fortuna*, l.8.5.1. A. ἀντίπαλον *æmulam*; vel *in diversa distractam* (*animi sententiam*) l. 3.13.4. N. pl.n. ἀντίπαλα πλήθει (*copiæ*) pares *viribus*, l. 6.5.1.

Ἀντιπίπτω, & ex πίπτω, *cado*. Præs. part. D.f. n. ἀντιπίπτοντι *repugnanti rei*; h. e. *viris repugnantibus*, l.6.3.13.

Ἀντίπνοια, οίας, *f.* & ex πνέω *spiro*. D.f. ἀντιπνοίᾳ χρήσασθαι vento adverso *usum esse*, l.5.4.22.

Ἀντιποιέομαι, & ex ποιέω *facio*. Med. Præs. Inf. ἀντιποιεῖσθαι ἀρχῆς affectare *summam potestatem*, l.2.9.14. Aor.1. Opt. 3.f. ἀντιποιήσαιτο ἀρχῆς, l.7.9.26. Part. D. f. m. ἀντιποιησαμένῳ ἐλπίδος, auspicanti *spem*, l. 2.10.4. *Hinc* Nom.

Ἀντιποίησις, εως, *f.* D. f. ἀντιποιήσει *affectatione* (*inexplebili*) l.1.8.3.

A

Ἀντιπεράτ…
ho facio. Præs…
ἀντιπεράττοντε…
νοις adversant…
10.10.

Ἀντίστασις…
ἀνθίστημι.

Ἀντιστρατ…
ex στρατοπεδεύ…
Aor.1.part. pl…
τοπεδευσάμενοι…
castra metati…
rati ad pug…
rant, l.3.4.8.

Ἀντιχόντ…
τέχω.

Ἀντιτάσσ…
τάττω *ordino*. …
n. ἀντιτάξων …
structurus bel…
Germanos; vel…
7.18. Med. præ…
τεσθαι *resistere*…
l.6.9.5 Part. p…
τόμενοι βαρβ…
conferre cum…
10.10. Fut. 1. p…
ξόμενοι *instruct*…
aciem; *adversa*…
turi, l.7.9.8.

Ἀντιτυπὴς…
τύπτω *verbero*. …
πεῖς πρὸς τὴν σ…
æquales; pares…
in pugna ad fe…
trarium ictum…
Steph. aut supp…

τοὺς τὴν μάχην, conjungit cum ἐπίθετον. *Aut* post αὐλιτυπεῖς censet distinctionem scribendam esse. N. s. n. αὐλιτυπὲς ῥεῖθρον, durum; pulsationi resistens *flumen* (*ob glaciem.*) *l.*6.7.16. Pl. A. αὐλιτυπῆ τῶν ποδῶν *perVia pedum ictui loca* (opp. *cœnosa*) *l.*7.2.11. Quare non opus est hic censura Stephani, censentis legendum αὐλιτυπία, & vertendum, contumacia; quæ transitum contumaciter denegarent.

Ἀντώνιος, *Antonius*, nom. pro. *Viri Romani, Augusti æmuli*, G. Ἀντωνίου, *l.* 3. 13.8. A. Ἀντώνιον, *l.*3.7.18.

Ἀντωνῖνος, *Antoninus*, nom. pro. vel *SeVeri filij, & in Imperio successoris*, *l.* 3. 10. 4. vel, *Mæsæ filij, antea Bassiani dicti*; *l.* 5. 3. 25. Vel *Pij Imperatoris*, *l.*1.7.5. G. Ἀντωνίνου, *l.*4.8. 4. D. Ἀντωνίνῳ, *l.* 5. 7.7. A. Ἀντωνῖνον, *l.*3.10.9.

Ἀνυπέρβλητος, ου, C. ex ἀ, pr. ὑπὲρ & βάλλω *jacio*. F. A. s. ἀνυπέρβλητον *eximiam*; *insuperabilem* (*gratiam*) *l.*2.3.15.

Ἀνύποπτος, ου, C. ex ἀ pr. ὑπὸ, & ὄπτομαι *Video*. Pl. n. m. ἀνύποπτοι *Vacui à suspitione*, *l.*1.4.12.

Ἀνύω. Præs. Inf. ἀνύειν οὐδὲν, perficere *nihil*; *omnes conatus in cassum eVasisse*, *l.*8.2.4. Imperf. 3. s. ἤνυε *conficiebat* (*iter*) *l.*5.6.17. Aor. 1. part. s. m. n. ἀνύσας *quum faceret* (*iter*) *l.* 1. 7. 3. *confecto* (*itinere*) *l.* 3. 8. 5. Inf. ἀνύσαι *efficere*, *l.* 2. 10.4. C.14.9.

Ἄνω. Adv. ἡ ἄνω *superior* (*terra*) *l.*8.2.7. *Hinc.*

Ἄνωθεν ἐκ τριγονίας retrò *ex tertio generationis gradu*, *l.*1. 7.5. Sic ἀπὸ προγόνων retro *à majoribus*; *jam inde à majoribus usq;*, *l.*2.8.3. *jam pridem*; *à multis annis*; *antiquitus*, *l.* 4. 13. 5. *l.* 5.1.13. *l.*7.7.2. *l.*8.6.13. C.7. 1. *supernè*; *è superiori loco*; *l.* 1.15.5.6. *l.*3.3.1. *l.*7.12.4. *desuper*, *l.*8.4. 11.26. ἡ ἄνωθεν *Vetus* (*beneVolentia*;) *à multis retro annis præstita*; *l.*3.12.21. Cum Gen. ἄνωθεν πύργων; *è loco qui supra turres est*; *l.*8.4.20. Steph. tamen supplet, ἀπὸ, Quòd Sylb. improbat.

Ἄξιος, ία, m. A. s. ἄξιον τιμῆς *dignum honore*, *l.*2.3.16. Pl. N. ἄξιοι λόγου *qui meritis egregiis sunt*; *l.*8.8.19. θανάτου, *l.*2. 13. 14. G. ἀξίων λόγων, *egregiorum*, *l.* 1. 13. 14. D. ἀξίοις, *l.*8. 8. 1. F. s. A. ἀξίαν *debitum* (*supplicium*) *l.* 2. 13.11. Pl. D. ἀξίαις, *l.*1.5.20. A. ἀξίας, *l.*1.10. 15. N. s. n. ἄξιον, *l.*2.15.14. Pl. A. ἄξια, *l.* 1. 1. 8. supper-

ſupperlat. A. m. ſ. ἀξιώτατον πάντων. *digniſsimum omnium, l.* 2. 7. 10. *Hinc* Nom.

Ἀξία, *f.* G. ſ. ἀξίας προτέρας ἀρετῆς *priſtina vita, artificiumque, prior* officii, *vel* dignitatis *ratio, l.* 6. 1. 6. A. κατ' ἀξίαν, *pro merito; ſecundum dignitatem, l.* 2. 3. 15. *Et* Verb.

Ἀξιόω, Præſ. Ind. 3. pl. ἀξιοῦσι, *putant, cenſent, l.* 2. 6. 17. Part. ſ. m. n. ἀξιῶν πρωτεύειν dignum ſe cenſens; *poſtulans priores partes habere, l.* 8. 8. 8. Pl. n. ἀξιοῦντες *putantes (ſe vicisse) l.* 4. 15. 10. Imperf. 1. ſ. ἠξίουν, *petebam; putabam, l.* 1. 5. 6. pl. 3. *orabant, l.* 2. 7. 5. *petebant, l.* 3. 5. 12. *volebant, l.* 5. 8. 12. *depoſcebant, l.* 7. 10. 2. *cenſebant, l.* 4. 3. 11. Aor. 1. Ind. 3. ſ. ἠξίωσε *petiit, l.* 3. 12. 2. Inf. ἀξιῶσαι, *petere, l.* 3. 5. 8. *Hinc* Nom.

Ἀξίωμα, *n. amplum magiſtratus officium, l.* 1. 10. 12. *l.* 4. 2. 5. G. ἀξιώματος *autoritatis, l.* 2. 1. 20. *dignitatis, l.* 7. 3. 7. D. ἀξιώματι, C. 10. 6. A. ἀξίωμα *autoritatem, l.* 1. 10. 12. *ampliſsimam dignitatem,* C. 15. 15. *imperatoriam, l.* 2. 5. 8. στρατηγικὸς per ſynecd. *dignitate prætorius, l.* 7. 11. 6. *Et*

Ἀξίωσις, *f.* G. οἱ ἐπ'

ἀξιώσεως, ἢ q...
ſuperat, l. 2. 2. ...
σ... ὄντες, *qui* ...
toritateq. pol...
D. οἱ [ἐ]ν ἀξιώ[σει] ...
toritate præd...
quo Compoſ.

Ἀξιοθέατ[ος] ...
θεάομαι *ſpect*...
ὄψιν *ſpectatu* ...
Et

Ἀξιόμαχ[ος] ...
μάχη *pugna.* ...
χου *ad pugnam* ...
neæ (materia...
A. ſ. ἀξιόμαχ...
pugna æquipa...
les faciens a...
reſiſtendum, l...

Ἀξιόχρεω[ς] ...
χρέως. *debitum* ...
δύναμις πρὸς ...
exercitus ſuffi...
ad pugnandum ...

Ἀόπλους, ...

Ἀόρατος, ...
& ὁράω *video* ...
τον *nemini vid*...

Ἀπ', v. ἀπ[ό] ...

Comp. ...

Ἀπαγαγεῖ[ν] ...

Ἀπαγγέλλ[ω] ...
λω, *nuntio.* ...
ἀπαγγέλλει περὶ ...
tiat *de iſto, l.* ...
ἀπαγγέλλουσι, *l.* ...

n. m. ἀπαγγέλλοντες, *l.* 5. 3. 21. G. ἀπαγγελλόντων, *l.* 8. 3. 17. Imperf. 3. f. ἀπήγγελλε τῷ πατρὶ referebat (*hæc*) *ad patrem*, *l.* 3. 10. 16. Aor. 1. Ind. 3. pl. ἀπήγγειλαν *renuntiarunt* (*exploratores*) *l.* 8. 2. 3. Inf. ἀπαγγεῖλαι, *l.* 7. 6. 15. Part. pl. G. m. ἀπαγγειλάντων, *quum renuntiassent* (*legati hæc*) *l.* 6. 4. 10. Pass. Imperf. 3. f. ἀπηγγέλλετο ταῦτα *nuntiabantur hæc*, *l.* 2. 11. 12. & *l.* 6. 6. 10. ubi tamē Steph. scribit ἀπηγγέλλη, *nunciatum erat*. Præt. part. G. pl. n. ἀπηγγελμένων *nunciatorum*, *l.* 1. 13. 8. Aor. 2. Ind. 3. f. ἀπηγγέλη *nuntiatum est*, *l.* 2. 9. 6.

Ἀπαγορεύω, & ex ἀγορεύω *concionor*, Præs. Inf. ἀπαγορεύειν, *defatigari*; *fatiscere*, *l.* 8. 2. 4. Part. G. m. f. ἀπαγορεύοντος τοῦ στρατοῦ πρὸς ταῦτα defatigato *exercitu hisce rebus*, *l.* 3. 9. 12.

Ἀπάγω, & ex ἄγω, *duco*. Præs. Inf. ἀπάγειν *abducere*, *l.* 4. 4. 9. *raptare*, *l.* 4. 6. 11. Part. f. m. n. ἀπάγων ἑαυτὸν τινὸς *abducens se*; *alienus ab aliqua re*, *l.* 4. 3. 8. Pl. n. m. ἀπάγοντες *abducentes vi*, *l.* 4. 6. 13. Imperf. 3. f. ἀπῆγε, cum Gen. *abducebat* (*à turpibus*) *l.* 5. 7. 9. (*à laboribus*) *l.* 1. 8. 3. (*à studio*) *C.* 13. 15. Pl. 3. ἀπῆγον (*vi*) *deducebant*, *l.* 8. 8. 13. Aor. 2. Ind. 3. f. ἀπήγαγε *abegit* (*prædam*) *l.* 6. 5. 11. *eduxit*, *l.* 7. 12. 13. Inf. ἀπαγαγεῖν, *bigere* (*prædam*) *l.* 3. 14. 1. υἱεῖς τῆς Ῥώμης *abducere filios ex urbe Roma*, 4. Pass. Aor. 1. part. pl. n. m. ἀπαχθέντες τῆς τρυφῆς abducti; *procul à luxu*, *l.* 3. 14. 4.

Ἀπαίδευτος, ου, C. ex ἀ pr. & παιδεύω, *instituo*. Pl. n. m. ἀπαίδευτοι ἔργων imperiti *operum*, *l.* 7. 9. 10.

Ἀπαίρω, & ex αἴρω, *tollo*. Aor. 1. Ind. 3. f. ἀπῆρε τῆς Ῥώμης profectus est *Româ*, *l.* 6. 4. 3. Inf. ἀπᾶραι τῆς Βρεττανίας solvere (*navi*) *ex Britannia*, *l.* 3. 15. 15. Part. f. m. n. ἀπάρας *decedens* (*Italia*) *l.* 4. 7. 2. Et sine casu, *inde movit*, *l.* 4. 9. 17.

Ἀπαιτέω, & ex αἰτέω, *peto*. Præs. part. G. f. f. ἀπαιτούσης τῆς ὥρας postulante *tempore*, *l.* 5. 5. 5. τῆς χρείας, *quum res postulat*, *l.* 6. 3. 12. Imperf. 3. f. ἀπῄτει *postulabat* (*necessitas*) *l.* 3. 10. 2. Fut. 1. part. f. m. n. ἀπαιτήσων δίκας, exacturus *pœnas*, *l.* 6. 3. 12.

Ἀπαλείφω, & ex ἀλείφω, *ungo*. Fut. 1. Opt. 2. pl. ἀπαλείψοιτε *deleveritis* (*reliquias belli*) *l.* 1. 5. 19.

Ἀπαλλάσσω, ττω, & ex ἀλλάσσω, *muto*. Aor. 1. part. f. m. n.

f. m. n. ἀπαλλάξας τ̃ διατριβῆς postquam deduxisset (*exercitum*) à *commoratione*, *l*.4.15.22. Fut.1. Ind.2.f. ἀπαλλάξεις πάθος, tolles *pestem*, *l*.7.5.12. Sylb. tamen censet legendum πάθους: ut ἀπαλλάξεις, sit nomen A. pl. *In* Pass. præt. part. pl. n. m. ἀπηλλαγμένοι ὅπλων abhorrentes; remotissimi ab *armis*, *l*.2.11.6. Aor. 2. Ind.3. pl. ἀπηλλάγησαν κακῶς (*repulsi*) digressi sunt *turpiter*, *l*.7.12.4. Opt. 3.f. ἀπαλλαγείη *discederet è vita, moreretur*, *l*.3.15.4. Pl.3. ἀπαλλαγεῖεν τ̃ διατριβῆς liberarentur à *commoratione*, *l*.1.7.1. Med. fut.1. Ind. 1.f. ἀπαλλάξομαι φόβου liberabor à *formidine*, *l*.2.1.17. *Hinc* Nom.

Ἀπαλλαγὴ, *f*. ῆς, *discessus, mors*, D.f. ἀπαλλαγῆς, *l*.5.2.2. de violenta morte.

Ἁπαλὸς, ῦ, *m*. Pl. f. D. ἁπαλαῖς *mollibus* (*vestibus*) *l*.5.8.2. N. pl. A. ἁπαλὰ *molles* (*ungulas*) *l*.4.15.8.

Ἅπαντα, &c. v. ἅπας.

Ἅπαξ, Adv. *omnino, semel*, *l*.1.10.8. *l*.6.7.2. *l*.7.5.1. *C*.7.9. *C*.10.3.

Ἀπαξιόω, & ex ἀξιόω, *dignor*. Præs. Imperat. 3. f. ἀπαξιούτω *indignum censeto*; *l*.5.1.10. Part. G.f.m. ἀπαξιοῦντος, *indignante*, *l*.7.12.7.

Ἀπᾶραι, v. ἀπαι…

Ἀπαράσκευος, ου, … pr. & παρὰ; & σκευ… vas. M.A.f. ἀπαρασκευ… *paratū*, *l*.2.14.11. Pl.A… ἀπαρασκεύους, *l*.6.8.16. Abi… est. Ἀπαρασκευάστος… pl. D. m. ἀπαρασκευ… *imparatis*, *l*.3.10.19.

Ἀπαρέσκομαι, & ε… σκω; *placeo*. Præs. Inf. … ρέσκεσθαι αὐτῷ *displicer*… *improbare eum*. *l*.5.6.8… pl. A. m. ἀπαρεσκομένους… *probantes*, 1. Imperf. 3… ἀπηρέσκετο *quæ improb*… *l*.6.1.24. Pl.3. ἀπηρέσκο… βίω *improbabant vitam*… 2.11. *C*.5.17. *C*.10.11.

Ἅπας, αντος, *m*. ἅ… *omnis: universus*, *l*.3.6… ἅπαντα, *l*.3.8.4. Pl. n. ἅπ… *l*.8.8.12. G. ἁπάντων, *l*.1… (vel, neut. *præ omnibu*… *imprimis*,) D. ἅπασι, *l*… 14. A. ἅπαντας, *l*.2.6.10… ἁπάσης *omnis; tota* (*S*… *l*.6.4.9. ἅπασαν, *l*. 6.2.1… A. ἁπάσας, *l*.6.11.7. N… ἅπαντα, *l*.3.4.9. G. ἁπ… *l*.2.8.6. περὶ ἁπάντων, *i*… *mis* *l*.4.1.10. D. ἅπασι… *omnibus modis* (*vole*… Pol. *imprimis*. Sylb. … positum esse pro παντ… *omnimodo*, *l*.3.13.3. A. ἅπ… *l*.6.2.13.

Ἀπασχολέω, & ex ἀ pr. & σχολὴ otium. Præs. part. G. s. f. ἀπασχολούσης εἰς ἑαυτὴν impedimentum afferente *intra se*, Sylb. *in se recipiente & occupante*, *l.* 7.12.10. Imperf. 3. pl. ἀπησχόλουν υἱὸν περὶ κηδείαν distinebant *filium funere patris*; vel *negotium facessebant filio, funerando patri*, *l.* 1.5.1.

Ἀπατάω. Aor. 1. Inf. ἀπατῆσαι *decipere*, *l.* 2.1.22. Part. s. m. n. ἀπατήσας, *qui fefellit*, C. 7.2. *Hinc* Nom.

Ἀπάτη, ης, *f.* D. s. ἀπάτῃ *fraude*, *l.* 4.14.18. *Et*

Ἀπατεὼν, *m.* G. ἀπατεῶνος *fraudulenti*, *l.* 8.3.10. A. ἀπατεῶνα ἄνδρα *hominem plenum fraudis*, *l.* 3.5.9.

Ἀπαχθέντες, v. ἀπάγω.

Ἀπέβησαν, v. ἀποβαίνω.

Ἀπεγνωσμένην, v. ἀπογινώσκω.

Ἀπεδείχθη, v. ἀποδείκνυμι.

Ἀπεδέχοντο, v. ἀποδέχομαι.

Ἀπεδίδρασκον, v. ἀποδιδράσκω.

Ἀπεδίωκον, v. ἀποδιώκω.

Ἀπεδοκιμάσθη, v. ἀποδοκιμάζω.

Ἀπέδοντο, v. ἀποδίδωμι.

Ἀπέδρα, v. ἀποδιδράσκω.

Ἀπέζωσε, v. ἀποζώννυμι.

Ἀπέθεντο, v. ἀποτίθημι.

Ἀπειθὴς, ἐος C. ex ἀ pr. & πείθω *suadeo*. M. pl. A. ἀπειθεῖς *dicto non audientes*, *l.* 2.4.10. F. G. s. ἀπειθοῦς *contumacis (status)* *l.* 2.6.22. *Hinc*

Ἀπειθία, *f.* G. s. ἀπειθίας *contumaciæ*, *l.* 3.11.11.

Ἀπεικάζω. ex ἀπὸ & εἰκάζω *assimilo*, ab εἰκὼν, *imago*. Aor. 1. Ind. 3. s. ἀπείκασεν ἄν τις εἰκόσιν assimularet *aliquis (eum) imaginibus*, *l.* 5.3.15. Opt. 3. s. ἀπεικάσαι τις ἂν *compararet quis*, *(formam ejus illis)* *l.* 4.2.15.

Ἀπειλέω, Præs. Ind. 1. s. cont. ἀπειλῶ *minor*; *edico*, *l.* 2.3.18. In 3. ἀπειλεῖ, *l.* 6.2.3. Inf. ἀπειλεῖν φόβους *(imagines illas)* præ se ferre *terrores*, *l.* 1.14.19. Part. s. m. n. ἀπειλῶν, *l.* 4.3.8. Pl. n. ἀπειλοῦντες, *l.* 6.8.14. Imperf. 3. s. ἠπείλει, *l.* 4.12.4. Pl. 3. ἠπείλουν *l.* 7.10.11. *Hinc* Nom.

Ἀπειλὴ, *f. mina*. G. s. ἀπειλῆς, *l.* 1.10.5. Pl. D. ἀπειλαῖς διὰ χειρὸς *comminationibus, quæ manuum gestibus fiunt*, *l.* 7.8.21. A. ἀπειλάς, *l.* 3.11.1.

Ἄπειμι, ex ἀπὸ, & εἶμι, eo. Præs.

eo. Præſ. Ind. 3. ſ. ἄπεισι, *abit*, *l*. 2. 2. 4. Inf. ἀπιέναι εἰς τὰ οἰκεῖα reverti *domum* *l*.1.17.21. ὡς πορρωτάτω diſcedere *quam longiſsimè*, *l*.2.13.18. ἀπράκτους reverti *rebus infectis*, *l*.8.3.16. Part.pl.A.m. ἀπιόντας, *abeuntes*, *l*.3.4.17. Med. plusq. 3. ſ. ἀπῄει ἡττημένος, diſceſſerat (*coram tribunali*) *victus*; *reus perageretur*, *l*.7.3.5. Pl.3. ἀπῄεσαν *diſceſſere*, *l*.2.13.20. ὡς πορρωτάτω receſſerunt *quàm longiſsimè*, *l*.4.13.10.

Ἄπειμι, *ex* ἀπὸ, & εἰμὶ *ſum*. Præſ. part. ſ.m. G. ἀπόντος, *abſente*, *l*.3.5.4. A. ἀπόντα, *l*.2.7.8.

Ἀπείργω, & ex εἴργω, *arceo*. Præſ. Inf. ἀπείργειν *arcere*, *l*. 6. 5. 12. Part. m. ſ. n. ἀπείργων ἑαυτὸν δικαστηρίων abſtinens prorſus *à jurisdictione*, *l*.1.11.15. Pl. n. ἀπείργοντες δόρασι repellentes *contis*, *l*.7.11.17. N. n. ſ. ἀπεῖργον *coercens*, (*barbaros*) *l*. 2. 9.1. Imperf. 3. ſ. ἀπεῖργε *arcebat*, *l*.5.8.7.

Ἀπειρηκότων, Pl. G. m. part. præt. *verbi inuſ*. ἀπερέω, *ex* ἀπὸ & εἴρω *dico*. *defatigatis jam* (*Severi militibus*) vel, *quum animum deſpondiſſent*, *l*.3.3.8.

Ἄπειρος, ου, C. *ex* ἀ pr. & πεῖρα *experientia*. Cum

Gen. *imperitus* (*liter*… *l*.5.5.1. (*pugna*) *l*.3.4.1. … Adv.

Ἀπείρως ἔχων π… των rudis plane *rerum* … *lium*, *l*.4.12.1. (*forenſi*…

Ἀπεῖχε & c. v. ἀπ…

Ἀπεκαρτέρησε, v. ἀ… τερέω.

Ἀπεκέκλειντο, v. … κλείω.

Ἀπεκείρατο, v. ἀπ…

Ἀπεκόμιζον, v. ἀπ… ζω.

Ἀπεκείνατο, v. ἀπ… μαι.

Ἀπέκτεινε, v. ἀποκτε…

Ἀπεκινήθη, v. ἀποκ…

Ἀπελαύνω & ex … *agito*. Præſ. inf. ἀπελαύν… *gere* (*pecora*) *l*. 3.9.17. … m.n. ἀπελαύνων *abigen*… *das*) *l*.7.2.9. Imperf. 3. … λαυνε *agebat* (*prædas* … 14. Aor.1.part. ſ. m.n. … σας, *l*.7.2.9.

Ἀπελείπετο, v. ἀπ…

Ἀπελεύθερος, ου, … ex ἐλεύθερος, *liber*. … ἀπελευθέρων *libertoru*… 8.11. D. ἀπελευθέροις, *l*…

Ἀπελθεῖν, & c. v. … χομαι.

Ἀπελογεῖτο, v. ἀπο… μαι.

Ἀπεμάχοντο, v. ἀπομάχομαι.

Ἀπένεμε, v. ἀπονέμω.

Ἀπέπεμψαν, v. ἀποπέμπω.

Ἅπερ, v. ὅς, & περ.

Ἀπέραντος, ου, C. ex ἀ pr. & πέρας, n. *finis*. F. G. s. ἀπεράντου *infinitæ; inexplicabilis; quæ ad finem perduci nequit* (*obsidionis*) *l*.8.5.22.

Ἀπερριμμένα, &c. v. ἀποῤῥίπτω.

Ἀπερρωγότας, v. ἀποῤῥήγνυμι.

Ἀπέρχομαι, ex ἀπὸ, & ἔρχομαι *venio*. Aor. 2. Inf. ἀπελθεῖν σύν τινι abire *cum aliquo; sequi aliquem*, *l*.4.3.14. εἰς νεὼν invisere *templum*, C. 13. 7. Part. pl. n. m. ἀπελθόντες *ingressi* (*in castra*) *l*.8.8.17. A. ἀπελθόντας *digressos*, *l*.4.4.18.

Ἀπεσείσαντο, v. ἀποσείω.

Ἀπεσκεδάσαντο, v. ἀποσκεδάζομαι.

Ἀπέσκωπτε, &c. v. ἀποσκώπτω.

Ἀπέσβει, v. ἀποσβέω.

Ἀπέστη &c. ἀφίστημι.

Ἀπεστερημένῳ, v. ἀποστερέω.

Ἀπέτεμον, ἀπετμήθη, v. ἀποτέμνω.

Ἀπέχει, &c. v. ἀπέχω.

Ἀπεχθὴς, έος, C. & ex ἔχθος, n. *inimicitia*. M. s. n. *invisus. exosus*, *l*.3.11.6. Sylb. tamen pro eo legit ἐπαχθής. *Hinc*

Ἀπέχθεια, ας, *f. odium*. D. s. ἀπεχθείᾳ, *l*.3.2.13. *Et* Adv.

Ἀπεχθῶς ἔχειν πρός τινα *in fensum esse alicui*, *l*.1.12.11. διακεῖσθαι πρός τινα, *l*.1.9.15.

Ἀπέχω, & ex ἔχω, *habeo*. Præs. Ind. 3. s. ἀπέχει ταῦτα *abstinent; prohibent; retrahunt hæc* (*cupiditatem*) *l*. 1. 6. 13. Steph. legit ἐπέχει, vel ἀνέχει. Part. D. s. m. ἀπέχοντι τῆς πόλεως (*fluvio*) distante ab *urbe*, *l*. 8. 4. 2. Imperf. 3. s. οὐδὲν ἀπεῖχε γυναικὸς; *nihil* differebat ab *uxore; uxoris loco habebatur; nihil erat ea inferior*, *l*.1.16.9. Pl. 3. ἀπεῖχον τῆς ἀφόδου, μὴ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν, distabant ab *aditu*, *non multorum dierum itinere*. *l*.3. 9. 15. Med. Imperf. 3. s. ἀπείχετο βίας omittebat *violentiam; abstinebat ea*, *l*. 3. 10. 13.

Ἀπήγαγε, v. ἀπάγω.

Ἀπήγγειλαν, &c. v. ἀπαγγέλλω.

Ἀπῆγε, v. ἀπάγω.

Ἀπῄει, &c. v. ἄπειμι.

 Ἀπήλ-

Ἀπηλλάγησαν, &c. v. ἀπαλλάσσομαι.

Ἀπηνέγκατο, v. ἀποφέρω.

Ἀπῆρε, v. ἀπαίρω.

Ἀπηρέσκετο, v. ἀπαρέσκομαι.

Ἀπηχόλουν, v. ἀπασχολέω.

Ἀπῄτει, v. ἀπαιτέω.

Ἀπιέναι, &c. v. ἄπειμι.

Ἄπιστος, C. ex ἀ pr. & πιστὸς *fidelis*. M. G. s. ἀπίστου *perfidi*, *l*.6.9.1. A. ἄπιστον, *l*.3.6.3. Pl. A. ἀπίστους, *l*. 2. 9. 11. N.A.s. *pro* subst. ἄπιστον, *perfidiam*, *l*.3.6.12. Pl. A. ἄπιστα *incredibilia* (*dicere*) *l*.7.8.7. *Hinc* Adv.

Ἀπίστως προσφέρετο πᾶσιν *nulli satis confidebat*, *l*.1.13.14.

Ἄπληστος, C. ex ἀ pr. & πλήθω *impleo*. F. G. s. ἀπλήστου *inexplebilis* (*cupiditatis*) *l*.6.3.11. D. ἀπλήστῳ, *l*. 3. 6. 7. A. ἄπληστον, *l*.2.6.21. *Hinc* Adv.

Ἀπλήστως, *insatiabiliter* (*incitari*) *ad illecebras*, *l*. 3.13.14.

Ἁπλόος, ου, *m*. Comp. s. m. n. ἁπλούστερος τὸ ἦθος simplicior *morum*, *l*. 7. 10. 8. A. m. ex *alia term*. ἁπλοϊκώτερον, *simpliciorem*, *l*. 2. 15. 4.

Ἀπό, & *per* Apost. ἀπ' vel ἀφ' *seq. spi*[...] Gen. varia no[...] *via recta dela*[...] *lo liberari*, *l*.2[...] *tu ab aliquo* [...] *μίου oriundu*[...] *à majoribus* [...] 8. 3. *à loco ad* [...] C.13.18. *è mari*[...] 1.11. *ab unqui*[...] *l*.5.3.13. *ab al*[...] 5.11. *jam inde* [...] *dignoscere un*[...] *l*. 7. 6. 4. *caus*[...] *propter quam* [...] *materiam*; *o*[...] *bus*, *l*.1.16.4. *l*.[...] *l*.7.9.2. C.11.1. [...] *officij depositi*[...] *natorem*, *exc*[...] 11. Sic etiam [...] C. 11. 6. *pro* [...] autem, *locu*[...] *l*.1. 14. 7. C.15. [...] *quo* (*denomin*[...] *l*.7.5.19. ἀφ' [...] (*interficere*) *l*.[...] Comp.

Ἀποτέρω, [...] τῆς πόλεως rem[...] (*situm*) *l*.1.11[...]

Compo[...]

Ἀποβαίνω, [...] *eo*. Præf. part. [...] βαίνοντες τῶν ἵ[...] *tes ex equis*, *l*.[...] part. pl. n. m. [...] *l*.4.11.10. Aor[...]

ἀπέβησαν, *l.*4.11.6. Subj. 3. pl. ἀποβῶσι, *l.* 4.15.9. Med. fu. 11. part. n. n. ſ. ἀποβησόμενον eventurum, *l.*2.8.6. *Hinc* Nom.

Ἀπόβασις, *f. eventus*, *l.*3.7.4.11. G. ἀποβάσεως, *l.*8.3.21. A. ἀπόβασιν, *l.*2.9.4. *l.* 3.7.10. Sed *l.*3.9.17. *descensum; exscensionem (ex navi in terram facere).*

Ἀποβάλλω. & ex βάλλω *jacio.* Præt. Inf. ἀποβεβληκέναι *amisisse (principem) l.*4.13.15. Aor. 2. part. pl. n. m. ἀποβαλόντες *quum amisissent (patrem) l.*2.6.3. D. ſ. m. ἀποβαλόντι τὸ πλεῖστον τῆ στρατῆ desiderata *maxima parte exercitus l.*6.6.7. A. pl. ἀποβαλόντας *amissis (possessionibus) l.* 7.12.14. *Hinc* Nom.

Ἀποβολή, ῆς, *f.* D. ſ. ἀποβολῆ; *amissione; interitu (principes) l.* 4.14.8.

Ἀποβεβηκότες, &c. v. ἀποβαίνω.

Ἀποβεβληκέναι, v. ἀποβάλλω.

Ἀποβλέπω, & ex βλέπω, *video.* Præſ. 3. pl. Ind. ἀποβλέπουσιν εἰς τὰ χρήματα ſpectant *pecuniam (milites) l.*5.8.6. Part. ſ. m. n. ἀποβλέπων εἰς θεὸν *aſpectans deum*, C.6.17. Pl. n. ἀποβλέποντες εἰς *ſpectantes (regem) l.*2.13.8.

Ἀποβολῆ, v. ἀποβάλλω.

Ἀποβῶσι, v. ἀποβαίνω.

Ἀπογινώσκω, & ex γινώσκω *noſco.* Paſſ. præt. part. A. ſ. f. ἀπεγνωσμένην *deſperatam*, *l.*4.4.6. Pl. D. m. ἀπεγνωσμένοις *deploratis (hominibus; quales ſunt gladiatores) l.*1.16.10. *Hinc* Nom.

Ἀπόγνωσις, *f.* G. ſ. ἀπογνώσεως μεῖζον δεόμενον *(facin⁹) majus quam ut ſalvus quis eſſe poſſit citra deſperationem*, *l.*7.5.14. D. ἐν ἀπογνώσει ἐσχάτῃ εἶναι, *in extrema deſperatione eſſe; actum de ſe eſſe, exiſtimare, l.*2.11.12. γίνεσθαι C.13.21.

Ἀποδεδρακότας, v. ἀποδιδράσκω.

Ἀποδεικνύω, & ex δεικνύω *oſtendo.* Præſ. Ind. 3. ſ. ἀποδεικνύει *appellat. declarat. (Cæſarem) l.*2.15.5. Aor. 1. Part. ſ. m. ἀποδείξας, *l.* 3.9.1. F. G. ſ. ἀποδειξάσης, *l.* 7.11.16. Fut. 1. Ind. pl. 2. ἀποδείξετε *reddetis (optimum principem) l.*1.4.14. Inf. ἀποδείξειν *declaraturos eſſe (imperatorem)* Paſſ. præſ. Ind. 3. ſ. ἀποδείκνυται *declaratur (Cæſar) l.*5.7.7. Aor. Ind. 3. ſ. ἀπεδείχθη, 8. Inf. ἀποδειχθῆναι, Sylb. legit ἀποδεχθῆναι, *recipi, probari. l.*2.12.9. *Hinc* Nom.

Ἀπόδειξις, *f.* εως, A. f. ἀπόδειξιν φανερωτέραν argumentum *apertius*, *l.*3.12.12.

Ἀποδειλιάω, & ex δειλὸς *timidus*. Præs. part. A. s. m. ἀποδειλιῶντα *pavitantem*, *l.*2.12.6.

Ἀποδείξαι, &c. v. ἀποδεικνύω.

Ἀποδέχομαι, & ex δέχομαι *capio*. Imperf. 3. pl. ἀπεδέχοντο *approbabant*, *l.* 5. 2. 11. Aor. 1. Inf. ἀποδέξασθαι, *l.* 2. 2. 9. Steph. legit *in fut.* 1. ἀποδέξεσθαι; Part. s. m. n. ἀποδεξάμενος παρ' ἄλλων ἱστορίαν accepta *ab aliis historia*, *l.*1.1.4.

Ἀποδέω, & ex δέω, *unde* δεῖ *opus est*. Cum Gen. Præs. part G. s. f. οὐκ ἀποδεούσης δυνάμεως (*actionis*) quæ non abest *a potentia*, *l.*5.1.3. (*exercitus*) *conferendi cum aliis*, *l.*6.5.23.

Ἀποδημέω, & ex δῆμος, *populus*. Aor. 1. Inf. ἀποδημῆσαι τῆς Ῥώμης secedere *Romā; peregre ab ea abesse*, *l.*4.7.1.

Ἀποδιδράσκω, & ex δράω, *fugio*. Præs. Ind. 3. s. ἀποδιδράσκει ἐκ τῆς πόλεως fugam capit, *relicta urbe*, *l.* 3. 4. 13. σὺν ὀλίγοις *paucis comitatus*. *l.* 5.4.14. Part. pl. n. m. ἀποδιδράσκοντες, 12. Imperf. 3.

pl. ἀπεδίδρασκ
τα *secedebant*
6. 5. Præt. p
ἀποδεδρακότας
gisse, *l.*3.3.13.
ἀπέδρα μόλις
l. 4. 11. 9.

Ἀποδίδωμ
do. Med. Ao
ἀπέδοντο αὐτῷ
των vendider
rium pecunia

Ἀποδιώκ
persequor. Im
δίωκον αὐτοὺς ἐκ
bant *eos a mu*

Ἀποδοκιμ
μάζω, *probo*. P
3. s. ἀποδοκιμ
tum est (*cons*

Ἀποζωννύ
νύω, *cingo*. Ao
ζωσε *exautora*
*l.*8.8. 4. Inf. ἀ
17. Pass. præt.
ἀπεζωσμένων e
l. 2. 14. 10. Ao
ἀποζωσθεῖεν,
σθείησαν, exar
8. 3. Inf. ἀποζ
ctum esse, *l.* 2.

Ἀποθανόν
θνήσκω.

Ἀποθέμεν
τίθημι.

Ἀποθέωσι
θεὸς, *deus*,

quis in numerum deorum refertur, à Romanis celebrari solitus, cujus prolixa descriptio habetur, l. 4. 2. A. ἀποθέωσιν, I.

Ἀποθήκας, &c. V. ἀποτίθημι.

Ἀποθνήσκω, & ex θνήσκω *morior*. Aor. 2. part. G. ſ. m. ἀποθανόντος, *mortuo*. l. 3. 15. 8.

Ἀποίσεσθε, V. ἀποφέρω.

